38 xima presumptio contra contumacem. ¶ † Explicitis glos. ⁊ his que potuerunt cõmode ad glos. applicari oppo. cõtra tex. ꝙ iste episcopus non potuerit ꝓ simplici contumacia excõmunicari: requiritur eñi trina citatio. de sent. excõmu. sacro. xxiij. q. iij. de illicita. de sen. excõ. statuimus. ⁊. c. cõstitutionẽ. lib. vj. Sol. dicit do. Anto. speciale in excommunicatione: ad cuius solennitatẽ nõ exigitur citatio ⁊ monitio que solũ exigitur ad purificandũ delictum contumacie qua aliter detecta: vt qr manifesta est contumacia nõ requiritur alia citatio[c]. dixit tñ q͛ in alijs sententijs vt mulcte requiratur noua citatio: non enim potest iudex mulctare propter cõtumaciam nisi citet de nouo ad se excusandum: vt not. Bart. in. l. ij. ff. si qs in ius voc. dicit tñ satis cõgrue posse dici q͛ qñ agitur de pena cõtumacie commisse in iudicis conspectu vbi nulla cadit excusatio: ⁊ ista põt infligi absq; alia citatione maxime si pars est ꝑsens. Si autem aliqua cadere potest excusatio vt in mulcto absenti citato imponẽda ⁊ exigitur citatio: vt in. d. l. ij. ⁊ ideo infert ꝙ condẽnatio expensarum potest ferri ꝯtra absentẽ absq; alia citatiõe si contumacia fuit manifesta alias secus sicut dictũ est in mulcta: licet aliter sentiat Cy. post Pe. in. l. sancimus. C. de iudic. vbi dicit contumaceꝫ indistincte posse condẽnari absq; alia citatione. Aduerte quia. d. Ant. nunc videtur sibi contrarius: quia supra dixerat q͛ esset spãle in excommunicatione vt data cõtumacia manifesta possit iudex sine noua citatione excõicare: postea vero dicit q͛ etiam mulctare ⁊ in expensis condẽnare potest si contumacia est manifesta: vnde dico ꝙ in hoc nulla est specialitas in excõmunicatione sed trina monitio requirit͛ vbi contumacia nõ est manifesta: at vbi manifesta est non est opus tribus citationibus que ad solam cõtumaciam conuincẽdã requiruntur: frustra ergo fierent vbi contumacia manifesta est: vt sentit hic Colle. facit glos. in. c. de illicita. xxiij. q. iij. ⁊ aperte tenet Innoc. in. c. ad petitionem. de accu. ⁊ allego tex. apertũ in. c. quoniã. vt lite nõ cõtest. in primo respõso vbi tex. exparat q͛ quis sit contumax: qr perẽptoria citatione recepta cõparere nõ vult: vel seipsum occultat vel

29 impedit ne citatio ad eũ ꝑuenire valeat ¶ † Unde dicit Inn. in preallega. c. ad petitionem. si citatus rñdet nũtio se non velle comparere nõ est vlterius citandus: cũ ergo in iudicio iste dixerit se nõ velle coram eis respondere et recessit satis manifesta est eius contumacia: vt in. c. venerabilibus. §. secus. de sent. excom. lib. vj. ⁊ idem dico quo ad aliam mulctã indicendã. arg. hic ⁊ eorum que superius dixi. Itẽ ⁊ quia sñia diffinitiua põt ferri ex quo certum est absenti defensionem non cõpetere: vt in. l. ij. §. q͛ de frumentaria. ff. de admi. re. ad ci. perti. ⁊ q͛ ibi no. Bar. in. c. cum olim. de re iudi. ⁊ in. c. cum sit romana. in fi. de appel. ⁊ sic intelligo q͛ no. Bart.

30 in ꝑalle. l. ij. ff. si quis in ius voca. ¶ † Si aũt contumacia est notoria an reqrat͛ citatio ad mulctam imponendaꝫ. videtur primo q͛ sic per. l. ij. et quod ibi no. Bar. ff. si quis i ius voc. In ꝯtrariũ facit q͛ no. idem Bart. in. l. si finita. §. iulianus. ff. de dam. infect. ⁊ in. l. consentaneum. C. quõ et qñ iudex. vbi dicit q͛ si iudex citauit partẽ peremptorie vel tribus edictis vel vnica citatione cum cõminatione procedendi ad vlteriora non requirit͛ noua citatio quin possit ꝓcedere ad missionẽ in possessionem: sed reperio Bar. hec dicta notabiliter ad concordiã reducentẽ in. l. desertorẽ. §. si diem. ff. de re mili. vbi dicit ꝙ qdã est pena cõtumacie que respicit ipm ꝓcessum in quo cõmissa est ꝯtumacia vt ferre sententiã vel dare possessionẽ ex primo vel secundo decreto: ⁊ tũc nõ requiritur alia citatio. qdã pena venit extrinsecus: scilicet nõ cõcernens ipsum processum vt cõdemnare in pena pecuniaria vel ꝓhibere ab aliquo officio: ⁊ tũc etiam post peremptoriũ requiritur alia citatio ad finem cõdemnandi:

b ☞ Sebasti. Sapia. ¶ Ipso iure. Que sint cause que inducunt priuationẽ ipso iure ponit Pe. de ancha. in cõsi. ccxciij. incip. vltra alia: refert et sequitur Feli. in. c. ij. col. iiij. de rescri. ⁊ circa distinctionẽ Abb. hic vide Car. in. c. perpendimus. de sen. excom.

c ☞ Sebasti. Sapia. ¶ Citatio. vide Do. in. c. j. de offi. dele. li. vj. Lapuꝫ alle. lxxiiij. inci. prelatus regularis. Alexan. in. l. ꝯtumacia. ff. de re iudic.

vt predicta.l.desertorē.qđ est valde notādum:ꝛ ad hoc.l.aut qui aliter.ꝛ qđ ibi no.ff.qđ vi aut clam.ꝛ qđ no.Inno.in simili in.c.cōsuluit. de offi.delega. 32 posset enim cōpetere aliqua defensio. ¶ † Quid autē dicendū in cōdemnatione expensarum an re a quiratur noua citatio[a].vide tex.cū glo.in.c.constitutis.de procu.ꝛ Inno.in.c.querelā.eo.ti.ꝛ Ioan.an.in.c.si.de do.ꝛ contu.vbi videt̄ concludi qđ nō sȝ reperio Barto.in.l.nō ignorat.C.de fruc.ꝛ li.expen.ita distinguētem.qđ aut citatio fuit facta simpliciter vt veniat ad se defendendum:ꝛ tūc in condēnatione requiritur noua citatio:quia ad aliud nūc argitur.argu.d.l.aut qui aliter.Aut facta fuit comminatio de ꝓcedēdo adulteriora:ꝛ tunc nō requirit̄:vt in.l.cōsentaneum.ſm vnam lec.C.quō et qñ iud. ꝛ ex hoc ex dicto precedenti infertur qđ in hoc sit differentia inter condēnationē expensaruȝ ꝛ actum missionis:ꝛ ideo dico supplenduȝ in hac cōdemnatione expensarum quod.s.dixi actu missionis:vt si citatio fuisset peremptoria vel monitio fuisset facta per iudicem que habet vim peremptoriā:vt.l.j.C.quomodo ꝛ quando iudex.ꝛ no.per gl. in.c.cōsuluit.de offci.deleg.non requireretur noua citatio:ꝛ sic pōt intelligi.c.constitutis.ꝛ qđ not.in c.querelā.de ꝓcura. ¶ Quoties autē iudex possit in eadem causa mulctare:non tangitur hic per canonistas nec alibi qđ meminerim:ꝛ est q̄stio valde vtilis et quotidiana.tex.in.l.fina.C.de modo mulctā.videt̄ innuere ꝙ nō liceat vltra tres vices. In contrarium facit tex.in.l.nunꝗ.ff.de priua.delict. et in.ca.j.de penis.vbi patet qđ quoties quis delinquit toties puniendus est: sed tu distingue post Bar.in prealleg.l.nunꝗ.post prin.qđ aut delictuȝ cōmittitur circa idē ꝛ non ad iniuriam alterius et habet locū pręalle.l.vlti.vt non possit vltra tertiā vicē.Exemplum quis citatur sub certa pena vt respondeat positionibus ꝛ non venit citatur iterum sub alia pena et non venit:potest iterum citari sub alia pena ꝛ non amplius vt ibi.Si autem nō ꝯcurrunt circa idem vel veniant ad iniuriam alteri⁹,et 33 tunc habēt locum iura contraria:qđ no. ¶ † Sed b quia.s.in notabilibus[b] dixi quem non posse citari sine iudicis autoritate an hoc sit verū.Bar.cōcludit in.l.neminē.C.de exhi.ꝛ intro.reis.ꝙ nec personalis nec realis citatio fieri pōt sine iudicis autoritate:vt ibi.C.de episco.ꝛ cle.l.omnes.ꝛ.l.cū clericis.nec placet sibi qđ sentit Innoc.in .c. quoniam. de proba.vt nuntius generalis ad citationes hoc possit,quia ſm eum commissio generalis ad hunc casum se non extendit.arg.in.l.j.C.de iur.do.impe. fallit ſm euȝ in casibus in quibus a iure permittit̄ vt capere deprehēsum in flagranti crimine: vt.l.j. C.de rap.vir.et.l.si quis in seruitute.ff.de fur.Iteȝ c dic qđ fallit in debitore fugiente:[c] vt.l.ait pretor. §.si debitorē.ꝛ qđ ibi not.ff.de his que in frau.cre. vide qđ not.insti.de act.in prin.in verbo in iudicio Itē vide gl.valde sin.in.l.nullus.C.de iudeis.q̄ aperte sentit qđ si offensorem meum non possuȝ ad iudiciū adducere ꝛ sic timetur de fuga qđ possum propria autoritate vlcisci.pro hoc facit illa.l.et qđ no.glos.j.distin.ius gentiū.nam in defectū iustitie d potest quis propria autoritate[d] sibi ius facere: vt ibi no.ꝛ idem not.Inno.in.c.olim.el.j.ſ.de restitu. spolia. ¶ An autē in casu fuge possit creditor propria authoritate citare verbaliter debitorē quo ad effectū preueniendi iurisdictionē:iuxta no.in.c.ꝓposuisti.j.titu.proxi.et.l.si quis postea.ff.de iudic. do.Ant.putat qđ non:quia illa citatio debet esse legitima vt ibi:nec obstat qđ permittat̄ realis q2 illa est puri facti:sed ista est iuris:ideo legitime dȝ esse facta.ꝛ pro hoc allego bonā glos.in preal.c.cū sit romana.in ver.nec solent.q̄ dicit ꝙ licet tu propria autoritate appelles me vt veniam ad iudicē: ego nō teneor venire.ꝛ idē Inn.in.c.dilecti.de ma e io.ꝛ obe. ¶ An autē[e] si appareat citationē factam per nuntiū sed nō cōstat de cōmissione iudicis an f illa presumat̄[f].Guido de suza.ꝙ sic.in.l.ad peremptorium.ff.de iudicijs.Bart.ꝯtra in.l.sciendum.ff. de ver.obl.quia hec est solennitas que ꝓuenit actū ideo nō p̄sumit̄:vt not.in.l.j.C.de fide instru.ꝛ iure haste fis.li.x.Ego puto posse eque dici ꝙ si nūtius sit alias bone fame ꝛ agit̄ de modico p̄iudicio presumat̄ cōmissio.ad hoc qđ not.Inn.in.c.j.de cleri. pereg.facit qđ legi.ꝛ not.in.c.ea noscit̄.de his que fiunt a p̄lat.ꝛ.c.cū dilectus.de cōsue.in gl.ꝛ in.c.ad 34 audientiam.de prescri. ¶ † Quero an per illa v̄ba nullus eidem cōicet:ferat̄ excōicatio:hec litera v̄r f velle ꝙ sic:vt inducāt v̄ba sequentia ibi:donec fuerit absolutus.Io.an.tenet ꝙ sic maxime si addātur illa verba donec fuerit absolutus.hoc veruȝ dicit duobus concurrentibus.s.qđ iudex hoc intendat et talis sit proferens qui excōicare possit: non em̄ refert qd ex eqpollentibus fiat:alias autem cū talia verba cadant etiam in iudices qui excōicare nō possunt.de immu.eccle.c.vlt.lib.vi.ex sua significatione non inducāt excōicationē:ex quo sequit̄ ſm eū ꝙ talis cōicando aliis non peccaret vel celebrādo irregularis nō esset:ꝛ hoc tȝ Guil.de mōte lauduno.in.cle.frequens.de exces.p̄la.Io.de lig.ꝯ scȝ qđ hec verba nō inducāt excōicationem ēt si addat̄ verbū illud donec satisfactionem ꝛc.q2 si excōicationem inducerēt equipollerēt verbis istis excōico te donec absoluaris:ꝛ sic vellet absolutionē impēdi iam vinculo soluto ex modo sententiandi,vñ contineret quādam repugnantiā:ꝛ ad hāc decr.rñdet quod hic interuenerunt verba apta ꝛ disposita importātia excōicationē:hoc vltimū ego credo ꝙ hic īteruenerunt alia verba nec hic referunt̄ v̄ba sententie:nec in effectu aliquis vt ita supinus vt ꝑ talia verba excōicationem proferret ꝛ maxime hodie per.c.j.de senten.excō.lib.vj.tñ si faceret ꝛ ꝯstaret de mente satis ꝓcederet opi.Io.an.q2 excōmunicatio qualitercūꝗ ferat̄ tenet licet non seruetur forma ex quo ꝯstat de mēte vt not.in p̄alle.c.j.et in c.sacro.j.de sen.excōi.ij.qđ.j.in summa.ꝛ.xi.qđ.iij. in summa.vñ quia raro accidit ideo nō multum insisto:sed breuiter concludo post do.Anto.qđ si sit certum de mente ꝙ velit vel non velit excōicare ser uanda est mens rōne supradicta.Si de mente dubitatur.ꝛ tūc si proferuntur hec verba a non habēte potestatem:certū est ꝙ nō inducunt excōicationem:ꝛ idē vbi hoc intēderet:q2 ex quo deficeret potestas non sufficeret volūtas.de offic.deleg.cū sup. ꝛ.l.multū interest.C.si qs sibi vel alteri.de pe.dist.j. quem penitet,quia ꝛ absoluere non potest etiā in casu necessitatis:vt in prealleg.c.quē penitet.ꝛ no. glo.in.c.pastoralis.§.preterea.de offi.ordi. Si ꝓferunt̄ ab habente potestatē:tunc si dicit̄ nullus tali cōmunicet donec absoluat̄ satisfactione premissa: inducitur excōicatio.Presupponūt enim hec verba vltima vinculum.argu.ff.de verbo.obligatio.l. decem.de despon.impu.ad dissoluendū:ꝛ pro hoc facit quia ecclesia videtur in actu excōmunicationis quē declarare esse extra ecclesiā:vt no.xxiij.q.j. ca.quodcūꝗ.quod satis innuunt verba premissa Non ob.motiuū Io.an.quia talia verba cadūt in. nō habentē potestatē:quia tūc ex defectu potestatis verba restringūtur. Intelligi em̄ debent ad limites potestatis de sent.excōmu.a nobis.Nec ob. dictū Io.de lig.ꝙ hec verba inducerēt repugnantiam:q2 sola mēte excōicātis volētis tollere vinculum non tollitur nisi actu intercedat absolutio.ad d hoc glo.no.in cle.j.de deci.sed si simpliciter proferrent hec verba nullius cōmunicet tali:ꝛ tūc si premissa cause cognitione foret in apparatu excōmunicandi ꝓferretur excōmunicatio:facit quod not. in simili in.c.tue.ꝛ in.c.tua.de spon.alias secus:cū e hec verba de sui natura excōicationē non inferūt. ar.in.c.j.de immu.ecc.lib.vj.nec est obseruata debita forma eccl̄ie.ar.in.c.j de sen.excō.lib.vi.vnde esset p̄sumere delictū in ꝓferēte cōtra.c.ad audiētiā. 35 de p̄scri. ¶ † Et ad hoc allego notabile dictū Innocen.in.c.cuȝ tu.de testi.vbi dicit qđ in foro iudiciali p̄sumendū est in mitiorē partē vt censeat̄ non ligatus:sed in foro penitētiali secus est:ꝛ sic limito f hoc dictū:ꝛ pro hoc vide bonā gloss.in.c.j.de seru. 36 quā sic intelligo. ¶ † Vltimo no.ꝓ iuuenib⁹ quero quid importat hoc nomen:de quouultdeo.Solu. dic qđ est nomē ꝓpriū ꝛ ſm Hosti.deest prepositio quouultdeo propriū nomē:ꝛ tunc cōstruitur cum

Sebasti.Sapia.
¶ Noua citatio. Vid.d.Ias.l.sancim⁹.C.de iudic. vbi arguit ꝯ cōeȝ vt ibi ꝑ eū.ꝛ vide ꝙ dicit Gemi.in c.j.ꝑ illū tex.de resti.spo.lib.vi.

b ¶ Notabilib⁹.ad de Frā.are.consi. xxxvj.ꝛ an in citatiōe p̄sumant̄ oīa solēniter acta per eūdē ꝯsi.xxx.Ro ꝯsi.ccccciij. Abb. ꝯsil.xliij.adde ꝙ istā materiaȝ citationis multū late attingit Ias.i.§.q̄drup.i.iij.colū. in sti.de ac.vbi vide Aeneas de falco.

c ¶ Fugiēte. adde qđ voluit Alexā. consi.lxiij.ij.lib.

d ¶ Addo ꝙ istā materiā de debitore fugitiuo examinat ꝑ plura capitula latissime.d. Ias.isti.de act.in ꝑn.in.xv.col.et se. post Angel.aret. ibi:ꝛ aliqd ꝑ ipm Ias.in.l.vinū.ff.si cer.pe.vbi fuit i si. opi.veȝ ꝙ d̄bitor fugitiu⁹ pōt capi i eccl̄ia vt ibi ꝑ eū qđ tñ dictū mihi nunꝗ placuit in materia.vid Cor. se.i ꝯsi.cxxxvi.ici. visis i.ij.col.i iiij. vol.ꝛ do.Alexā.i ꝯs.xix.inci.viso ꝓcessu.i.ij.vol.ꝛ in ꝯsi.lxiij.ici.ꝛ si celeberrime.e.vol.ꝛ istā gl.quam alle. iste i.l.null⁹.C.de iud.ego nō reperio:q2 nō reperit̄ illa lex:nec est i.l. nulli.C.eod.titu. Aene.de falco.

Nō intellexit iste Aene.panor. corruptū:et voluisse alleg.gl.i.l.nullus C.de iudeis ꝛ nō de iudic.vt vides me castigasse ꝛ est gl.in v̄sic.vltionē Alex.lose.auilia. Zacharias.

e ¶ Adde paul.de ca.ꝯsil.xxvij.ici.ꝑ pleniori examine Io.bap.de caciano.i suo trac.d de bi.fugi.i.vj.q. ꝑn. col.v.et.vj.Bal.i c.cū nō ab hoīe.ꝛ ibi istā colū.iij.et iiij.j.eo.tit. Ant. cor.sing.cccviij.in v̄ si.testis.vbi ampliat hoc dictū ꝛ plenis.ꝑ Lāfran. c.qm̄ ꝯ. §.recusationes num.3.ꝛ ibi ꝑ celsuȝ diffusius q̄ per aliquem.j. de ꝓba. Anto.Francis.

f ¶ Circa h an debitor fugiens possit ꝑ creditorē capi i eccl̄ia propria autoritate: absꝗ dubio nūꝗ tenerē opi.affirmatiuaȝ q2 per talē capturā cēserē violari inmunitatē eccl̄ie ꝑ ea q̄ habētur i.c.inter cetera.de immu.ecc.ꝛ i l.ꝑnti. C.de his q ad ec. cōfu.fateor em̄ ꝙ talis fuga forsan induceret p̄sumptionē debiti aut delicti.Sȝ in delicto illđ esset verū qñ ꝯ fugiētem nō esset istituta accusatio.al̄s lec⁹ vt ꝑ Bar.i.l.lex corne lia.ff.ad sille.et ꝑ eūdem in.l.j.ff.de do.eox q mor.sibi ꝯsci.ꝛ an talis fugiēs capt⁹ habeatur ꝓ ꝯfesso hr̄ ꝑ Bar.i.l.raptores C.d epi.ꝛ cle.ꝛ.i.l. ꝯsiliarios.C.de asses.ꝛ materia qñ liceat capere debitorē fugientē propria authoritate ple.tra.i.l.ait pretor.in.§.si debitorem.ff.de his q̄ in frau.cre.ꝛ insti.de act.in ꝑn.hic alle. ꝛ qñ possim facere capi d̄bitorē meū nō.dico fugientē: sed suspectū de fuga:ꝛ qualiter debeat cōstare de fuga:ꝛ an requirat̄ citatio ipsi⁹ debitoris trac.ꝑ doct. in locis prealle.et maxime per Bar. in.d.l.ait pretor.§ si debitorem.

d ¶ Propria autoritate ꝛc. Adde Alexā.consil.iij.ꝛ xxxv.primo lib.

Sebasti. Sapia.

e ¶ An aūt. Vide Bal i.l.his solis. C.de reuoc.dona. Saly.in.l.tres denunciationes.C. quō ꝛ qñ iud. Feli.in.c.sicut.col.penul de re iudi.

f ¶ Presumatur. adde q̄ supra posui in ꝓxima apostilla in verbo notabilibus.

verbo placuit:vt si sensus placuit.s.ȝcilio de quo-
nultdeo ⁊c. Potest etiã intelligi vt totũ sit nomen
propriũ:⁊ tunc regat a verbo cóicet:vt sit sensus ꝙ
nullus cóicet de quouult deo ⁊c. prima expositio
plus plꝫ ꝓpter verbũ eidẽ,qꝺ sequit:⁊ solet impo-
ni hoc nomẽ:qꝛ desyderat significatũ in nominato
quasi velit ꝙ deus vult:et quasi consimile nomen
habetur.j.de simoni.c.iij.in suprascriptione vbi de
hoc noie deodatus.⁊ alibi deusdedit.in suprascri-
ptione.de simon.tãta.⁊ licet laudabile sit [a] habere
bonũ nomẽ.argu.ex no.per gloss.in proemio cle.in
prin.vbi Joan.an.extollit nomẽ proprium: et per
Accur.in.l.facta.§.si in danda.ff.ad trebellian.vbi
interpretat nomen suũ dicẽs:qꝛ occurrit et succur-
rit contra tenebras iuris ciuilis:et turpe nomen oĩ
no cauendum ⁊ timendum est:vt ibi no.p Joã.an.
in.c.cum sm apostolũ.de preben.tñ in veritate non
valet arg.ab etymologia nominis ꝓprij:quia no-
mina imponũtur ad bene placitũ.vt no.Barto.in
proemio infortiati super rubrica:secus dic de ety-
mologia nois apellatiui:tunc enim argu. negati-
ue sumptuꝫ semper valet:vt ꝓbatur optime in.l.ij.
ff.si cer.peta.dũ mutuũ dicitur qꝛ de meo fit tuum
vbi ergo de meo nõ fit tuũ nõ est mutuũ:⁊ dicitur
testamentum quasi mẽtis testatio:⁊ vbi nõ est mẽ-
tis testatio nõ est testamentũ:vt in.l.i.ff.de testa.et
dicitur clericus a cleros qꝺ est idem ꝙ sors: qꝛ ele-
ctus in sortem dñi:si enim nõ est electus in sortem
dñi nõ est cleric⁹.Sed contra hoc facit quia impe-
rator dicit augustus ab augendo:et tamẽ si nõ au-
get sed diminuit nihilominus dicitur imperator vt
not.glo.in proemio.ff.veteris.Et papa dicitur põ
tifex quia facit pontem.i.viam alijs exemplo vite
et doctrine:tamẽ si hoc nõ facit:sed est malus nihil
ominus papa est:vt not.in.c.i.de consti.lib.vi. Ad
idẽ.ix.q.iij.aliorum.⁊.c.nemo.⁊ ꝙ not.in.c.si papa
xl.distinc.Solu.puto posse dici qꝺ primũ procedit
quando nomẽ imponitur seu sumitur ex essentiali
natura sua vt mutuũ testamentũ ⁊c.sed quandoqꝫ
nomen assumitur nõ ex essentiali natura rei: sꝫ ex
eo qꝺ desiderat seu rationabiliter debet esse in no-
minato:⁊ tunc nõ ꝓcedit arg.dicitur enim augu-
stus:quia imperator debet esse propositi augendi
imperiũ:sic et pontifex quia debet põtem facere si
tñ nõ facit peccat:sed ex hoc tamen nõ desinit esse
papa:qꝺ not. ¶ An autẽ valeat arg.ab etymolo-
gia seu ab allusiõe vocabuli affirmatiue sumptum
cõmuniter cõcludit ꝙ sic si nõ cõtradicit diffinitio
ni.diffinitio eniꝫ prefertur etymologie:qꝛ euacuat
diffinitũ secundum genus ⁊ substãtiales differen-
tias:ad hoc.l.j.ff.de do.et qꝺ not.in.l.oĩs diffinitio
ff.de reg.iur.Et ideo dicit ibi tex.qꝺ omnis diffini
tio in iure periculosa est.Exemplum testamentum
dicitur scdm etymologiam suam qua mentis testa
tio:ergo omnis mentis testatio est testamentum.
quod non valet quia ex hoc sequeretur qꝺ codicil-
lus esset testamentum:vnde non valet affirmatiue
sumptũ ex quo contradicit diffinitioni:de quo dic
vt le.⁊ no.in ꝑalleg.l.i.ff.de testa.vbi no.p Barto.⁊
37 super rubri.infortiati. ¶ † Ad vnũ tamen aduerte
quod communis vsus loquendi in quacunqꝫ ma-
teria semper ꝑfertur proprio significato verborum
siue illud propriũ significatum eliciatur ex diffini-
tione siue ex etymologia siue iuris authoritate: vt
l.librorum.§.quod tamẽ cassius.ff. de lega.iij.⁊.l.cum
de lanionis.§.asinam.ff.de fund.instru.⁊.l.labeo.ff.
de supel.leg.⁊ in.c.ex literis.j.de spõ.⁊ no.Bartol.
in.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iure.⁊ Innoc.in.c.
olim de verbo.sig.et gloss.in.c.nõnulli.de rescript.
38 ¶ † Quid autem dicẽdum est de nominibus ver-
balibus:nũquid posito solus actus exercitio po-
natur ⁊ nomẽ.Exemplũ.doctor dicitur a docendo
an eo ipso ꝙ docet dicatur doctor:⁊ imperator ab
imperãdo an ex eo ꝙ impetrat posset dici impera-
tor:calũniator a calũniando an statim cum calum
niatur dicitur calumniator:⁊ idẽ in similib⁹.Solu.
cõclude post Bar.in proemio.ff.veteris.ꝙ interdũ
hec nomina verbalia habẽt significare aliquam di
gnitatẽ seu aliquod exercitiũ ad quã vel ad qꝺ nõ
sufficit solus actus exercẽtis sed depẽdet ab alio:
⁊ tũc exercitiũ illius nominis verbalis non habet
inducere illũ effectum,vt dicitur in doctore qui di
citur a docendo.Nã vt sit doctor nõ sufficit vt le-
gat sed qꝺ sit approbatus optimorũ cõspirante cõ
sensu:vt in.l.magistros.C.de profes.⁊ me.lib.x. Et
ideo si non habet istud preambulũ non dicitur do
ctor.⁊ sic in imperatore:habet enim dignitatem q̃
non dependet ex solo nomine:sed ex quibusdam
ꝑambulis vt electione ⁊ coronatione.ẽ.de elec.ve-
nerabilẽ.vnde pater vel abbas vel dñs qui impe-
rat:non potest dici imperator ex solo exercitio ĩpe
rãdi:qꝛ ex solo nomine dependet ex seipso. Inter-
dum ista nomina verbalia sonãt in delictum vt ca-
b lũniator vel preuaricator:⁊ tunc ex solo vno actu [b]
verificant: vt.l.athletas.§.ꝑuaricator.ff.de his q.
notan.infa.fallit in tribus delictis que quãuis so-
nent in delictũ non verificant ex solo vno actu: vt
in abigeo ꝙ est nomen verbale ab abigo:gis.vt.l.i.
ff.de abigeis.Item fallit in errone:quia ex solo vno
actu non dicitur error sed vbi frequenter sine causa
vagatur vt.l.quis sit fugitiuus.§.errone.ff.de edil.
edic. Item in plagium:vt.l.si abducta. cum gloss.
C.de furtis.vbi plagiũ cõmittitur qñ ex consuetu-
dine quis surripit seruos alienos non vbi semel tã
tum. Item fallit in mercatore.vt.l.j.§.j.ff.de tribu-
to.vbi mercator est ꝓprie ille qui plures negotia-
tiones facit non vnam tantum quod est notandũ
sm Bar.sed ego allego optimum tex.in.l.semper.
§.negotiatores.ff.de iure imu.q̃ singulariter pro-
bat ꝙ immunitas cõcessa mercatoribus seruatur
c in illo qui maiorẽ partẽ [c] facultatem tenet in mer-
cantijs:hoc facit contra id qꝺ no.ipse Bart.in.l.le
gatis seruis.ff.de legat.iij.vbi dicit ꝙ locator ron
cinorũ potest dici mercator per illum text.Ex quo
inferebat ad statutũ quo cauet.qꝺ libris mercato
rũ credat vsqꝫ ad certã quantitatem:qꝺ mihi non
placet:tñ quia hec est quedã immunitas a statuto
mercatori concessa:tum quia cũ talis locator non
põt dici mercator:vt.l.mercis appellatiõe. iuncta
gloss.ff.de verbo.signi.tñ dicit bar.hoc cõmitti ⁊ re
ferri ad vulgi opin.qñ dicatur mercator.argu.in.l.
39 sciendum.§.illud.ff.de edil.edi. † Ad ꝑdicta appli
ca notabile dictum Joan.de li.in proemio cle.vbi
dicit qꝺ scholares etiã scholas intrantes nõ atten
d dentes [d] nec studentes nõ gaudẽt priuilegio scho-
e larium [e], adducit not.per gloss.in.l.vnica.C.de stu-
dijs libera.vrbis ro.lib.xi.et videtur tex.in.l.si quis
C.de domesticis ⁊ protectoribus.li.xij.⁊ idẽ si i ho
neste viuit.C.de curi.et statio.l.agentes.alias inci-
40 pit p id temp⁹.lib.xij. ¶ † Adde ad hoc notabile
dictum Bartol.in.l.semp.ff.de iure immu.vbi per
illum text.dicit ꝙ illi q sunt in collegio alicuius ar
tis si artẽ illam non exercent non debent gaudere
priuilegio illi⁹ artis:facit.d.l.semper.§. negotiato
res.xvj.q.i.generalr. ¶ Ultimo differentiam inter
etymologiã interpretationem ⁊ deriuationẽ. vide
per Pau.de leaza.in proemio prealle.scilicet cle.

1 ☞ Laici nullo modo possunt tractare negotia ecclesiastica.nu.3.4.5.7.10.19.
2 Abbates veniant appellatione prelatorum.
5 Laicus non potest excommunicare nisi ex permis su solius pape.
Delegari que possint a papa ⁊ que ab episcopo.
Delegatus si nõ bene cognoscit appellatur ad de legantem.
6 Statutum qꝺ ne quis presumat:intelligitur nomi ne proprio,secus alieno.
7 Prelat⁹ cogit causas criminales delegare laicis.
8 Clerici possunt esse delegati causarum laicorum.
9 Laicus non potest esse vicarius episcopi.12.
11 Fructus decimarum possunt locari laico.
13 Laicus potest esse assessor iudicis ecclesiastici.
Assessores qꝺ officium habeant.
Sententia debet legi ab illo qui eam dat:nisi sit a- liqua excellens persona.
Assessor non potest torquere nisi in presentia sui ordinarij.
Causa ecclesiastica nõ potest delegari clerico cum conditione vt ferat sententiam:prout talis laicus iudicabit.

Laicus an

☙ Sebasti. Sapia.
a ¶ Laudabile sit. Hoc etiam dicit Bald.in rubri.ff. sol.ma.⁊ ꝙ impu tãdum sit illi qui ꝯtraxit cũ eo qui habet malum no men:tenet And. sicu.in.c.j.per illũ tex.i verb.belial. j.de posi.Jas.i.l.j. in.4.lec.col.vij.C. de sum.tri.et fide catho.Maria.so zi.in.c.cũ dilecta. de excess.prela.
b ¶ Solo vno actu Adde Roma.cõ sil.ccccii ij.
c ¶ Maiorem par tem.Adde qꝺ cõ suluit Alexã.pro pter hoc consilio cvij.quarto libr.
Zacharias.
d ¶ Non attendẽ- tes.Adde Car.i proe.cle.in princ. vbi dicit qꝺ scho laris studium nõ attẽte aduertens ad suam lecturaꝫ seu faciens castra in mari habet p nõ scholari idem si ĩhoneste viuat: vt per Bal.in ꝓe. feudorũ.in.j. colũ.in fi.no.Spec.in ti. de in integ.restit. §.j.vsi.si vo actor sit absens:⁊ nota ui in apostil.post istum in proemio decreta.et ibi la- tius Feli.col.xvj. versi.secũdo limi ta.j.de probatio. Anto.Fanc.
e ¶ Circa hoc qñ scholaris desinat esse scholaris ita vt nõ gaudeat ꝑ- uilegio scholaris vide Barto.in.l. aut facta.in.§.tẽ- pus.ff.de pen.Et adde qꝺ si schola ris stetit per quin quẽnium absens a studio non gau det ꝑuilegio etiã si sit matriculat⁹: vt per Bart. vbi s.et habet in.l.ij. C.de priuil.schol. libro.xij. et in.l.si duas.in.§.fi.ff.de excu.tu.et idẽ di cas si transiuit ad

aliud exercitium. vt in.l.legat⁹.§.si ex officio .ff.de le ga.iij.et habetur per Bal.in.l. qui sub ꝑtextu.C. de sac.san.ecclesi.Et addõ qꝺ scholaris nõ gaudet priui- legio scholastico licet resideat ĩ stu dio vt si non stu- det:vt p Archi.ĩ d.c.de quibusdã. xxvij.dist.⁊ si scho laris eẽt vagabũ dus et negligens studere non gau- det ꝑuilegio vni- uersitatis vt est bo.text.in.l. gene raliter.§.ij. C. de episco.et cle.imo si scholaris inui- to socio duceret scortuꝫ siue mere tricẽ in domo pos set expelli d socie tate:⁊ si ĩpediret socios studere si- militer posset ex- pelli.⁊ de primo habet in.l.nõ alr. ff.d vsu ⁊ habita. de scdo habet p Spec. in titu.de iudi.i.§.ij.et vide host.i.c.j.d offi.ꝑ mi.⁊ Pau.d lea. ⁊ ceteros scibẽtes post eũ in ꝓemio cle.vbi ponunt q̃ sũt necessaria scho laribus vt ꝓficiãt in studio ⁊ gaude ant ꝑuilegio scho lastico.

☙ Sebasti. Sapia.
e ¶ Scholarium. Adde qꝺ decidit singulariter Al- beri.de rosa .in.l. in ambigua.ff.de legi.vbi dicit se iu dicasse qꝺ schola ris ꝑbendat⁹ non possit percipere fructus beneficij. quãdo est ĩ studio ⁊ non studet. Et nunqd scholaris nõ studẽs gaude at ꝑuilegio scho- lariũ. vide Mo- der.i.l.scriniarios C.de testa.mili.

14 Laic⁹ an possit esse notarius ĩ causis ecclesiasticis. Laicus an possit preiudicare.
15 Clerici cõiugati licet possint tenere beneficia ex dispensatione: tamen nõ possunt esse cõmissarij in cã criminali clericorum. 12.
16 Prelati qui dicantur.
17 Electus ab vniuersitate hꝫ iurisdictionem ab ea.
18 Argumentum ab ordine litis validum est.
19 Laici possunt in necessitatibus baptizare et confessionem audire.
20 Verba decernimus statuimus ꝛ innouam⁹ quid impotent.

DEcernimus. Nõ summatur per Jo. an. qꝛ bene est: sed põt sic summari. Laici ecclesiastica negotia tractare nõ dñt sed prelatorũ iudicio disponunt. h. d. Et sunt tres partes. scda ibi, sꝫ epi. tertia ibi: nec ꝑpter. ¶ Casus literalis. Dubitabat vtrũ laici negotia ecclesiastica tractare possint. Et statutũ fuit ĩ synodo Eugenij pape ꝙ laici negotia ecclesiastica tractare nõ presumant. Item prelati ecclesiarum de negotijs ecclesiasticis non disponãt iudicio laicorum: ꝛ precipue de spũalibus: ꝛ propter eorum prohibitionẽ nõ dimittãt ecclesiasticã iustitiam exercere. Ber.

1 ¶ † Not. primo qd laici nec principaliter nec ministraliter possunt tractare negotia ecclesiastica seu spiritualia. non enim sunt ipsi tanꝙ habentes potestatem nec eorum iudicio ꝛ authoritate disponi debent: sed per prelatos. 2 ¶ † Secundo no. qd appellatione prelatorum: nõ solum veniũt episcopi ꝛ archiepiscopi: sed etiaꝫ abbates. cõcor. c. j. de etate ꝛ quali. ꝛ in. c. indẽnitatibus. de elec. li. vj. vbi ꝓbatur ꝙ abbates habent dignitatem.[a] ꝛ sic videtur ꝙ sint preferendi[b] alijs clericis priuatis. vide glo. in. c. a subdiacono. xciij. dist. ꝛ no. per Joã. de lig. in cle. ꝛ si principalis. de rescrip. ꝛ gloss. in cle. j. eo. tit. vbi ponit an verbũ abbas: sonet in nomen dignitatis an officij. 3 ¶ † Not. ibi maxime de illis ꝛc. qd causarum quedam sunt spirituales ꝛ quedam non. ꝛ dic ꝙ causarum ecclesiasticarum alia est mere ciuilis: alia spiritualis: alia criminalis: alia mista: et prosequere vt no. xj. qõ. j. in summa. et de omnibus istis laici se impedire nõ habent vt hic ꝛ. s̃. de const. ecclesia sancte marie. vbi statutum factum per laicos nõ valet. xcvj. dist bene quidem. ¶ Condescendo iuxta ordinem ad glo. Et prima est facilis. secũdã diuido in duas ptes: ꝛ secunda ibi. videtur etiam. 4 ¶ † Op. primo contra text. de. c. exposita. s̃. de arb. vbi patet ꝙ in laicos a clericis compromitti potest ꝛ sic poterunt tractare negotia ecclesiastica. Sol. ẜm gloss. propria authoritate tanꝙ habentes potestatem laici non possunt tractare negotia ecclesiastica: ꝛ hec innuit verbũ presumãt: sꝫ delegari per epm poterunt cause pecuniarie seu mere ciuiles nõ autẽ criminales seu spũales: et sic etiam de mere ciuilibus põt in eos cõpromitti vt in contrario. papa võ potest delegare criminales ꝛ spirituales ꝛ ciuiles laico. glo. allegat iura. Sed contra hoc scdõ oppo. ꝛ vr̃ ꝙ nedũ eps possit imo teneatur. xj. qõ. j. te quidem. glo. remittit ad no. in. c. contingit. de arb. sed ibi recte nõ soluit: sed p̃mo dic ꝙ illud. c. loquit de causis nõ spectantib⁹ ad ecclesiã quas dꝫ eps dimittere laicis. de iudic. nouit. ꝛ ita glo. ibi no. vel dic ẜm Jo. an. hic post Tan. qd hec decre. loquit ẜm consuetudinẽ reprobatã. s̃. de cõsue. c. ad audiẽtiam. ꝛ latius materiã. j. attingam. 5 ¶ † Not. j. ex gl. ꝙ cause ciuiles possunt laicis per epm delegari: sed non spũales vel criminales. idem no. xcvj. dist. bene quidẽ. ꝛ. xcv. dis. peruenit. xxxij. dist. §. verum. que dicit epm non posse demandare laico potestatem excõicandi: sed papa sic.[c] qd etiã tenẽt hic doctores. ꝛ que papa possit delegare vel episcopus: vide per gloss. in prealleg. c. peruenit. et per Innocẽ. et alios in. c. quanto. de consuetu. vbi plene Fran. limitat hoc dictum glos. ꝙ episcopus possit delegare laicis[d] causas ciuiles clericorum qñ clerici non inueniuntur idonei. alias non. alleg. c. relatum. j. ne cleri. vel mona. et de religio. domi. ca. inter quatuor. que iura hoc non probant. vnde Jo. de lig. ꝛ communiter doc. moderni tenent oppositum dicentes ꝙ licet hoc sit equum: nõ tamen necessarium: maxime si committitur nudus articulus. argu. eius qd no. glo. ꝛ Archi. in. c. statutum. §. j. de rescript. lib. vj. in glo. in verbo: ꝛ ideo. et Guil. in spe. de lega. §. si. versi. quid si certus articulus. nõ obst. c. significasti. j. ti. proxi. vbi patet ꝙ in iudicem laicum clericus consentire non potest etiam cum licentia episcopi: quia illud intelligitur quãdo clericus vult iurisdictionem iudicis laici prorogare, hic loquitur quando episcopus vult delegare. primuꝫ fieri non potest vt ibi, sed secundum[e] sic vt hic: hec ratio diuersitatis est quia in prorogatione iudex iudicaret iure proprio et si contingeret appellari appellaretur ad superiorem ipsius laici: et sic clericus iudicaretur a laico. sed in delegatione secus qꝛ delegatus vtitur iure ꝛ vice delegantis, ꝛ sic illa iurisdictio est ecclesiastica cum delegatus nihil habet proprio. vt in. l. j. ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio. et in. c. p. ꝛ. g. ꝛ. c. sane. de offic. deleg. ꝛ ab isto appellatur ad ipsum episcopum delegantem. 6 ¶ † No. ij. ex gloss. significatum huius verbi presumant.[f] refertur enim ad eum qui explicat rem propria authoritate cum non possit: licet de mandatione ꝛ delegatione possit. ꝛ sic facit ad statutũ quo cauetur vt quis non presumat aliquid attentare. debet enim intelligi nomine proprio non vice alterius nisi aliud impediat. facit quod not. Joan. an. in regula potest quis per alium. de regul. iur. li. vj. in mercu. 7 ¶ † Tertio not. ex glo. ꝛ ex dictis doctorum: epm seu aliũ prelatũ non arctari posse ad cõmittendũ cãm etiã tẽporalẽ laico respectu ipsorum clericorum: imo vt. s̃. dixi de honestate non debet cõmittere nisi clericis. Sed generaliter conclude post do. Anto. qd si causa est spũalis seu criminalis seu ciuilis de persona clericorũ nõ arctatur etiam ex debito honestatis prelatus ad delegãdũ. ꝛ pro hoc allego qd habet in aut. vt cleri. apud proprios epos. vbi dicitur ꝙ de negotijs ecclesiasticis iudices laici nihil debent scire[g]. facit etiã hoc. c. si causa est criminalis ꝛ sanguinis arctatur[h] ad delegandum laicis vt si prelatus habet temporaleꝫ iurisdictionem in loco: de quo dic: vt in. c. sñiam. ne cleri. vel mo. vel melius vt habetur hodie. in. c. fin. eo. titu. lib. vj. si cã est criminalis et non sanguinis nec concernit psonã clerici satis est honestũ vt deleget ne propter has causas distrahantur a diuinis, vt in prealleg. c. te quidẽ. qd sic potest intelligi ẜm alium sensum siue intellectũ: si tñ cognosceret non vitiaretur dispositio cũ vere sit iudex. facit. c. in archiepatu. de rap. idẽ dico si est causa mere ciuilis ꝛ tẽporalis vt honestum sit qd cõmittat ex quo non tangit clericuꝫ vel ecclesiã tñ per se cognoscere potest si vult. arg. in. c. romana. §. debet. de appel. lib. vj. et in. c. si duobus. eo. ti. in antiquis. 8 ¶ † An autem p̃lati possunt vel debent suscipere delegationem

a ¶ Dignitatẽ. Adde an sit dignitas. L. apũ alleg lxxiij. in penul. colũ. Zacharias. ¶ Addo istũ in. c. exposuisti. ꝛ ibi remis. in apo. meis in ver. dicitur officiũ. s̃. de cor. vi. vbi credo me allegasse tex. in iure ciuili in. l. generali. C. de sac. sanct. ec. et tractaui de prelatione ꝛ preeminentia abbatis ꝛ quibus preferatur: vbi concludebaꝫ abbatẽ p̃ferendũ esse cũctis dignitates habẽtibus inferiores ab ẽpatu: qd fa. ad apostil. seq;

b ¶ Preferẽdi. no. abbates preferendos alijs clericis p̃uatis. vide tex. in ca. presenti. de offi. or. lib. vj. et in c. si. de offi. deleg. eo. lib. ab ordine litere vbi abbas prefertur habẽtib⁹ psonatũ in ecclesia seculari seu cathedrali. vid tex. in aut. habita. in verbo abbatum ducũ. vbi p̃fertur abbas duci: sed tu vide tex. in Jnam in. c. q̃uis. el. ij. de preben. libr. vj. vide ibi Dom. qui vidit in facto. And. Barb. Ant. Francis. ¶ Ad hoc quod hic dr de abbate Dicas ꝙ hoc nomẽ abbas: est potius nomẽ solicitudinis ꝙ dignitatis. vt. i. c. j. viij. q. ij. ꝛ not. Archi. in. c. lꝫ. de preben. li. vj. ꝛ hr̃ p gloss. fi. in. c. tuã. de eta. et q̃li. ꝛ p glo. etiã fi. in. c. exposuisti. de corpo. vit. ꝛ vide q̃ hñr in ca. indẽnitatibus. in. §. verũ. de ele. lib. vj. ꝛ in. c. q̃ꝙ. eo. tit. ꝛ li. imo dixit Jo. mona. i. c. inquisitionis. de here. li. vj. ꝙ appellatiõe dignitatis nõ venit abbatissa: qd ẽt voluit Jo. an. in. c. ij. de preb. li. vj. et de multis p̃uilegijs q̃ habent abbates, vide in c. antiqua. de p̃ui. Dicas tñ qd abbatissa quãdoꝗ sonat in nomẽ dignitatis secularis ꝑut in plerisꝗ locis caput concilij ciuitatis noiatur abbas vt in. c. ex transmissa. de renun. et in. c. fin. de instit. vbi p Jnn. ꝛ qualis honor debeatur abbatib⁹ vide text. et glo. in. c. a subdiacono. xciij. dist. Dicas tñ ꝙ abbas non põt regulariter cognoscere de causa matrimoniali: vt in c. accedẽtibus. de exces. prela. ꝛ no. in. c. j. de consan. ꝛ affi.

c Zacharias. ¶ Sed papa sic. Adde istũ in ca. ecclesia sancte marie. nu. v. ꝛ ibi plene posui in apostil. in ver. potestate excõicandi. s̃. de const. et in c. sacrosancta. nu. ij. ver. no. ij. s̃. de elec.

d ¶ Delegare laicis. põdera qꝛ in psona ecclesiastica semp est dare qditatẽ ꝛ essentiã spũalẽ. Sed laicus est incapax spũaliũ. ergo bal. hic reprehẽdit istã gl. vide hic p eũ loquitur singulariter. And. Barb.

e ¶ Secundum sic. adde Cepo. consi. xj. Sebasti. Sapia.

f ¶ Presumatur. Vid Bal. in. l. nõ eo min⁹. C. de accusa. vbi notat ꝙ verbum p̃sumere non cadit in eo q facit authoritate iudicis. ꝛ idẽ vult Calde. in ꝯsil. iiij. sub tit. de sñia ex cõ. Cardi. in cle. j. in xxxviij. q. de p̃uileg. et ꝙ laicus nõ possit p̃sumere de causis spũalibus vide Pau. de ca. ꝯsil. lxxi. incip. visis qõni. corrupte allegatum p Jasonẽ i. l. quoties. C. de iudic. ꝛ de verbo p̃sumere: vide etiã Fel. ĩ rubr. de p̃sump.

g ¶ Debent scire. põdera diligẽter qꝛ hic dr p̃sumant gl. hic ꝛ doc. exponũt autoritate ꝓpria: secus si delegata: certũ est qd in. c. mulier. xxiij. dist. dr ꝙ mulier nõ p̃sumat predicare in conspectu virorũ: ꝛ tñ ex delegatione epi hoc sibi committi nõ põt: vt no. ĩ. c. mulierẽ. xxxiij. q. v. et hoc p do. ab. Ergo lꝫ hic dicatur p̃sumat non sequitur ergo authoritate epi. nec ob. cũ dr ꝙ eps põt delegare cãꝫ ecclesiasticaꝫ: qꝛ si est clerici nõ põt qꝛ i clerico reperitur quedaꝫ quiditas spũalis cuius laic⁹ nõ est capax. Jo. Gui. d̃ cu. in aut. cleric⁹. de epi. ꝛ cle. distinguit queꝫ ibi bal. reprobat sed hoc idẽ bal. approbat vide hic bal. ꝛ bene ponderabis. Andr. Barb.

h ¶ Arctatur. Addo tñ ꝙ si papa scienter cãꝫ sanguinis religioso committit vr̃ illum dispẽsare vt consuluit Are. consi. lviij. ¶ Addo ꝙ ꝑ ista opi. facit tex. melior de iure. i. l. litẽ vlpian⁹. in fi. ff. de exc. tu. de quo vide etiã pulchre p bar. i rep. l. barbarius. in. viij. col. vsi. sed qd si pa. ꝛ ibi moder. ff. de offi. pret. vbi dicit etiã ꝙ nõ ꝓcederet si inferior a papa hoc fecisset. vide istũ in. c. cũ in cũctis. §. inferiora. ver. an etiã epi. ꝛ in. c. innotuit. in. ij. colũ. ver. si autẽ. ꝛ in. c. quisquis. in. ij. no. s̃. de elec. Aeneas fal.

a ⁂Sebasti. Sapia. ¶ Quod peccant. Quod non peccent tenuit Cald. in consi. vj. sub ti. de offi. dele. ⁊ qd teneat iudiciũ voluit Fed. de se. in cõsi. ccxciij. inci. factum tale est. ⁊ Ro. in cõsi. ccxciij. facit ꝙ no. idẽ Fede. in consilio. cclxx. incipi. qd clericus. vbi dicit ꝙ in casibus in quibus clericꝰ non potest esse procurator si tamen fiat procurator commissio non erit nulla, ipso iure.

b ¶ Delegationes principuz. vide q̃ dixi in rub. de of. dele. Jo. cal. in ti. de offi. dele. cõsi. j. vbi consuluit contrariũ. And. bar.

⁂Sebasti. Sapia.

c ¶ Procurator. An ⁊ qñ laicꝰ possit esse procurator in causa spirituali. vide Feli. in c. apostolice. colũ. iiij. ver. tene mẽti. j. de excep.

d ¶ Syndicus. sed an possit esse consanguineus p̃lati vide hic Bal. qui tenet ꝙ non. Andr. Barb.

Anto. Francis.

¶ Ad hoc qd dicitur de syndico: Dicas ꝙ regulariter laicꝰ potest esse syndicus ecclesie: vt in. c. j. de syndi. et facit. c. j. de ꝓcur. lib. vj. cõsanguineꝰ aũt p̃lati ex doctrina Bald. de quo hic fit mẽtio id videt excludi a syndicatu ecclesie cuius cõsanguineus est p̃latus ꝓpter suspitionẽ que insurgit ex consanguinitate quã habet cũ p̃lato ſm bal. hic qui ad hoc est oĩno videndus. nec mirum qꝛ cõsanguinitas inducit suspitionez: vt not. in. c. j. in fi. vt eccle. bñfi. ⁊ in. c. j. de coha. cle. ⁊ mulie. ⁊ habet i. c. requisisti. de testa.

e ¶ Que dicit. tu põdera subtiliter text. c. indicatum ibi eñi fuit cõmissa cura laicis rerũ tp̃aliũ qui male gubernarũt depredãdo bona ecclesie text. dicit ꝙ debẽt puniri ⁊ de cetero est cauendum vt laicis sub regula cl'icali nõ degẽtibus nõ cõmittatur sed clericis ꝓbatis qui vt subditi corrigi possint si quid male gubernant: et sic si põderetur ille tex. nõ improbatur constitutio in rebus temporalibus propter incapacitatem laicorum: sed qꝛ non fuit subditi non pñt ita habiliter corrigi. And. Bar.

¶ Obuentiones. Adde Ro. consi. cclxvj.

f ⁂Sebasti. Sapia. ¶ Operarius ecclesie. Vide Calde. in consi. j. sub ti. de consue. ⁊ in consi. xviij. in ti. de preben. Roma. in sing. cclvij. incip. fructus ecclesie.

a iudicibus secularibus de honestate videt qd nõ per p̃alle. c. te quidẽ. ⁊ si recipiãt putat do. Anto. ꝙ peccant:[a] qꝛ nõ debent forensiũ causarũ esse disceptatores: arg. C. de testa. l. cõsulta. xcvj. distin. cũ ad verũ nõ tñ per hoc vitiabitur iudicium: qꝛ habent habitũ iurisdictiõis talis. de iudic. nouit. ⁊ qd ibi no. hoc tamen limita per. c. in archiepiscopatu. de rap. vbi patet ex responsione pape ꝙ licite etiam prelati assumũt delegationes principũ.[b] ⁊ restringuo illud. c. qñ delegat causa cuiꝰ decisio cõcernit bonum totius christianitatis: qꝛ tunc oẽs clerici debent esse solliciti. arg. c. j. de homi. lib. v. ⁊ qd no. Inno. de vo. quod super his: alias autẽ non debent assumere delegationes principum: vt in. c. sepe. xxiij. q. viij. ⁊ in prealleg. c. te quidẽ. qd sic potest intelligi

9 † Et expediendo materiã tacitã per gl opp. aliter contra text. de. c. vno. de syndi. vbi innuitur qd laicus põt esse syndicus ecclie: quinimo etiam in causa spũali potest esse ꝓcurator:[c] vt in. c. j. de ꝓcu. lib. vj. Sol. dicunt doc. ꝙ laici non possunt tractare ñegotia ecclesiastica suo noĩe vt quasi ius habẽtes in eis: sꝫ nomine ecclesie tractare possunt vt in contrarijs. simile de filiofa. dicitur in. c. qui generaliter. de procu. li. vj. ¶ An autem possit esse administrator vniuersalis bonorũ ecclesie vt economus Innocẽ. sentit ꝙ non dicit enim ꝙ laici generalem administrationem vel iurisdictionem habere non possunt super clericos maxime de spiritualibus. et idem Hostien. alleg. lxxxix. di. indicatũ. xvj. q. vij. in nona. Idẽ ipsemet Host. ⁊ Ja. an. post eũ de syndi. c. vno. vbi dicit ꝙ non põt laicus esse vicariꝰ vel economus vel generalis administrator bonorum vel personaruꝫ ecclesiasticarũ. pro hoc facit qd no. Archi. xvj. q. vij. laicis. vbi dicit ꝙ triplex est dispositio rerum ecclesiasticarũ: quedã est authorizabilis ⁊ hec spectat ad solum ep̃m: ⁊ quedam ministerialis: ⁊ hec pertinet ad economum quedã sollicitudinis: ⁊ hec competere potest laicis quasi sentiat qd economus dicit habere in ecclesia ministerium. i. officium cũ generaliter oĩa administrat: sed quando est procurator seu syndicus[d] ad vnã vel plures causas non proprie dr̃ habere officium in ecclesia sed potius quandã solicitudinẽ: ⁊ sic intellige Archi. in. c. in nona. xvj. q. vij. vbi sentit ꝙ non potest esse syndicus. debet eñi intelligi de generali qui censet habere officiũ in ecclesia nõ de speciali. Nam syndicus ad vnam vel plures cãs equiparatur procuratori. vt no. Joã. an. in. c. ij. de test. lib. vj. ⁊ no. in. c. in pertractandis. j. de iura. calum. sed Colle. hic dicit qd gñalis administrator nõ põt esse in loco prelati absentis vel loco illius qui reputatur absens vt est minor: vt in. c. ij. de eta. et quali. sed si prelatus preest spũalibus bene potest committi cura temporalium laicis maxime vbi clericus non reperitur idoneus. alleg. no. ibi per Innoc. vbi notabiliter dicit ꝙ laicis generalis administratio committi nõ potest: ita vt super oẽs dominẽtur: vt ibi. sed specialis administratio quarũdam rerum committi potest. ita vt superiori administratori rñdeat: quod mihi placet: ⁊ ad hoc induco glo. no. in. c. indicatũ lxxxix. di. que dicit[e] ꝙ ille ep̃s ibi fuit reprehensus quia economũ fecerat laicum: cum tamen deberet esse clericus: alias autem laicis bene potest cõmitti, cura rusticorum ⁊ aliorum bonorũ episcopatus. ⁊ sic aperte sentit illa glo. cũ dicit ⁊ aliorũ bonorũ: q̃ cura oĩm temporalium bene potest demandari laicis quia ex hoc non presunt ecclesijs vel clericis nec impediunt se de spiritualibus. Nam video ꝙ omnes redditꝰ ecclesie possunt laico locari: vt in. c. querelam. ne prelati vices suas: fortius tanq̃ minister ecclesie poterit habere curam ne clerici abstrahãtur a diuinis: ar. de syndico. c. vno. et sic intelligo ꝙ non possit esse economus. i. habere generalem administrationem oĩm bonorum ecclesie temporalium ⁊ spũalium: vt sic presit oĩbus. ⁊ ita loquitur. c. ij. de eta. ⁊ qua. ⁊ hoc reperio hic sentire Gaspar. de Cald. dicit enim ꝙ laicus potest constitui economus ecclesie vacantis in temporalibus: ⁊ sic deberent intelligi no. in. d. c. in nona. ⁊ sic sentit qd multo fortius poterit si ecclesia nõ vacat, cum tunc habeat rectorẽ immediatũ supra se: ad hoc not. in dicto. c. in nona. quod no. do. Ant. hic videt transire simplr̃ cum primo dicto ⁊ nihil tangit de predictis: ⁊ facit etiam quod statim dicam. dic etiam qd laicus non potest esse ꝓcurator etiã ad vnũ actum spũalem si habet ibi exercere iudicio suo actũ spiritualitatis: id non põt constitui procurator ad eligendũ: vt not. Jo. an. in regula ꝙ alicui suo non lꝫ. de reg. iur. lib. vj. facit. xcvj. di. bene quidẽ. et regula prealleg. ⁊ sic limita dictũ. c. j. de procur. lib. vj. qd

10 tamen tacite satis hoc vult. ¶ † Ex his infertur ad questionem nunqd possit esse operarius ecclie:[f] i. habere fabrice officium faciendum: et putat hic. d. Anto. ꝙ non: ex quo habet colligere obuẽtiones[g] spirituales: ⁊ qꝛ haberet officium in ecclesia vt distribueret redditus ad libitũ in fabricca ecclie: nec etiã ſm eũ posset laicus cõstitui proprio noĩe principalis collector ⁊ administrator spũalium obuentionum. alleg. no. per Archi. in prealleg. c. in nona. Plus etiam putat ꝙ nõ potest constitui syndicus ad alienandũ bona vel iura ecclesiastica vel vnam rem singularem: qꝛ ibi veniret vt principalis dispositor reruꝫ ecclesiasticarum. Hec dicta mihi ex toto nõ placent. sicut enim laicꝰ põt cõstitui procurator ad lites etiam spũales: vt in preal. c. j. de procura. li. vj. ita ⁊ fortius videt ꝙ possit cõstitui ad negotia mere temporalia vt ad videndum aliquam rem ecclesie,[h] cũ ex hoc nullã preeminentiã habet in ecclesia vel sup clericos: sed vt nudus minister ⁊ maxime quia in hoc laici magis sunt instructi: ⁊ facit hec litera que ꝓhibet eis hec negotia administrare qñ presumunt hoc noĩe proprio. Item hoc officium nõ reperitur eis interdictũ nec in genere nec in specie: ergo ⁊c. ar. in p̃al. c. j. de ꝓcu. li. vj. nec etiã puto ꝓcedere quod dicit ꝙ nõ possit deputari p̃ncipaliter collector obuẽtionum spũalium. nã licet ipsum ius percipiẽdi si quid spũale ne cadit in laicũ: ita intelligitur. c. cãm. de p̃scrip. ⁊. x. q. j. hanc cõsuetudinem: tñ ipsi fructus non sunt quid spũale.

I ¶ † Hinc est ꝙ fructus decimarũ possunt laicis locari. in. c. vestra. de loca. facit qd not. in. c. vt super. de rebꝰ eccl. nõ alie. vnde nõ video quare laicus ad hos fructus colligendos qui sunt quid temporale deputati tanq̃ procurator ⁊ administrator nõ possit: maxime iuxta consuetudinem aliquorũ locorũ vbi clerici vadunt ad rusticos pro decimis percipiẽdis. nã honestius ⁊ honorabilius videtur ipsis clericis ⁊ ecclesijs vt alios laicos tanq̃ factores mittant ⁊ deputent q̃ ꝙ ipsi vadãt: nec ex hoc laicus iurisdictionẽ videtur habere nec preeminentiã super clericos vel ecclesiã: ⁊ sic cessat ratio quam ponit Inno. in ca. ij. de eta. ⁊ quali. De officio fabrice etiam putarem ꝙ si sit deputatus ad illud officiũ etiam quodãmodo super laicos ⁊ habere preeminentiã ⁊ potestatẽ distribuẽdi redditus inter clericos ⁊ percipiendi, vt est hic senis, vbi tale officium est valde honorabile in ecclesia: adeo ꝙ oportet ꝙ efficiatur miles puto ꝙ tale officium nõ posset cõcedi laico citra autoritatẽ aplicam. ar. c. ij. de etate ⁊ qua. ⁊ quod ibi. ⁊ hic not. Inno. ⁊. lxxxix. di. indicatum. sed si haberet purũ ⁊ nudũ officiũ cõuertẽdi aliquos redditus in fabricam ecclesie ⁊ tenetur aliꝗ persone ecclesiastice reddere rationem administrationis: non video quare debeant hec laicis interdici: cum sicut eis potest deputari cura rerum temporalium: vt. s. dixi: ita ⁊ hec cura fabrice. maxime cum ipsi in hoc magis sint experti q̃ clerici: et vt clerici nõ abstrahantur a diuinis. ⁊ sic potest

g ¶ Obuentiones spũales. tu põdera ga do. Ant hic dicit qd põt ministeriũ preberi laicis vt colligãt obuẽtiones spirituales sed ipse nõ potest esse principalis collector tu vide Joã. de lig. in c. j. de vit. ⁊ ho. cleri. ⁊ ibi do. An. dicit ꝙ laicꝰ q emit obuẽtiones spirituales non potest illas colligere in altari: sed debent clerici illas colligere ex altari et dare laico: ita videtur dicẽdum in proposito nostro. And. Barb.

Anto. Francis.

¶ Circa hoc de laico an possit colligere obuentiones ecclesie dicas ꝙ licet laicus possit esse economus ecclesie vacantis ꝙ intelligendum est respectu temporalium. vt in. c. in noua. xvj. q. vij. tñ de oblationibꝰ ecclie ipsi nõ debent se impedire, nec illas colligere nisi ꝯsentiẽtibꝰ ipsis clicis ⁊ nolẽtibus ⁊ eoꝝ noĩe vt in. c. qꝛ sacerdotes ⁊ in. c. sanctorum. ⁊ in. c. hanc cõsuetudinem. x. q. j.

h ¶ Rem ecclie. tu põdera qꝛ res ecclesie est xp̃i. xij. q. j. c. qui xp̃i pecunias. quo ergo poterit res xp̃i vẽdere. Itẽ nec habẽt laici illã charitatẽ pro ecclesia quam haberẽt clerici ad vendendum. Andre. Bar.

conseruari

a ¶ Esse assessor. ad istud de assessore dixi in voce multum singulariter et allegaui elegantissimum consilium Ang. cclxix. vbi mirabiliter loquitur de assessore quod quilibet iudex debet sequi suum consilium. Allegabam Bal. qui multa optima verba spargit. facit. l. si quis aliam. in ff. si cum peritioribus tractatum habuisset. etc. C. de inge. ma. alle. istum tex. Host. in. c. j. de pe. et Bal. hoc querit an possit haberi consilium magistri in theolo. de ordine fratrum minorum. et an dz loqui iste assessor. et vide vltra gl. all. per. d. Abb. text. sing. in. l. metum. §. sed ex facto. in versi. me assidente pretorem interlocutum. ff. quod metus causa.

Andre. Barba.

Sebastia. Sapia.

b ¶ Iudicis ecclesiastici. Vide Deciu. in. c. si pro debilitate. colum. vj. de offi. dele. et not. quod laicus merus legista non pot esse assessor in causa mere canonistali: nec econtra. ita not. Gemini. in. c. statutum. in princi. de rescrip. lib. vj. quem sequitur Decius in c. sciscitatus. ante finem. §. de rescrip. vide do. Jaso. in rub. ff. de offic. asses. et ibi declarat quid possit facere assessor.

c ¶ Officium consulendi. tu pondera istum tex. primo prohibet ne laici tractent negotia ecclesiastica. secundo quod prelati non disponant iudicio laicorum. iudicium capitur multipliciter vt dixi in rubri. videtur hic quod capiatur pro deliberatione laicorum. sed none cuz prelatus disponit de consilio assessoris laici, disponit iudicio laicorum: ergo non tz senten. tia. pro certo istud mihi videtur verius et quia nos vidimus ignorantiam prelatorum qui casu iudicio laicorum disponunt spiritualia. And. Barba.

12 **Additio.** ℭ † Sed quero qd excōicatus incepit agere: nec a principio fuit expulsus ᵉ nūqd reus possit instare vt compellatur agere ex quo semel edidit actionē iuxta formā aut̃. qui semel.C.quomodo ⁊ qn̄ iudex. Inn.in.c.exceptionem.j.de excepti. quod sic.⁊ ideo idē dicit qn̄ non est conuētus vt reus: cogit̃ tamen agere iuxta materiā.c.significauit.de testi.⁊.c.lator.qui fil.sint legiti. Nam si contrariū diceretur sequeret̃ absurditas ꝙ excomunicatio prodesset excōmunicato ⁊ noceret aduersario nō excōmunicato.qō esse nō debet argu.hic.⁊ hoc bene not.⁊ sic habes casum in quo excōmunicatus agit nec debet per iudicem repelli.⁊ hoc quia hoc nunc tendit in sui preiudicium ᶠ ex quo reus instat: ⁊ sic facit ad id quod.s̄.dixi ꝙ fortius pōt stare vt reus ex quo trahitur in suum damnum. ℭ An autem excommunicatus possit agere vt reus condictione.l.diffamari.C.de inge.manu, vel si actor desistit petere vt compellatur prosequi iuxta formā predicte aut̃.dic ꝙ nō: quia hoc tendit ad eius cōmodū ex quo hoc petit ⁊ vult satisfacere volūtati sue.argumē.hic.⁊ in.l.penul.ff.de cōdi. ob causam. ⁊ in.l.si pignore.ff.de fur.hoc tenet do. Ant.⁊ no.in prealle.c.exceptio‑
13 nem. ℭ † Sed quero nūquid teneat iudicium si excōmunicatus fuit de facto admissus ᵍ ad agendum nec fuit repulsus. dic ꝙ si litigauit corā delegato per se impetrato durante excōmunicatione nō tenet iudiciū quia rescriptum fuit nullum.vt in.c.j.de rescriptis.lib.vj.secus si litigauit coram ordinario vel delegato impetrato ab alio vel a se ante excōmunicationem: de quo tamen dic vt plenius not.in.c.j.de rescrip.in.vj. preallega.⁊ in.c.pia.de excep.eo.lib. Et ibidem vide rationē diuersitatis. etiā predicta procedunt siue sit occulte siue publice excōmunicat⁹: licet. Petr.contra.⁊ non bene: qꝛ in his que cōcernūt priuatam vtilitatem non est differētia inter publicum ⁊ occultū vt singulariter no. In‑
14 nocen.in.c.cum dilectus.de ꝯsue. Jo.an.in prealleg.c.j. ℭ † Sed quia hic dicit̃ ꝙ excōmunicatus nō pōt esse in iudicio agēdo: quid de interdicto vel suspēso.docto.cōmuniter hic tenēt ꝙ isti bene possunt agere quia nō sunt remoti a cōmunione hominū.ad hoc.c. a nobis.de excep. Sed quero qd de periuro.videt̃ ꝙ nō possit agere: qꝛ cū in iudicio habeat iurare saltē de calūnia: ⁊ ipse a iurando repellendus sit: ex quo fuit semel p̄iurus: vt in.c.paruuli.xxij.q.v.ergo agere nō potest. Joā.de lig. ⁊ Collec.hic cōtra ⁊ bene qꝛ p̄iuriū nō repugnat directe facultate agendi: imo quilibet criminosus qui alias repelleret̃ ab agēdo pro publico interesse admittit̃ cum ius propriū p̄sequitur.iij.q.vj. omnibus. Nec ob.ꝙ nō debet admitti ad iurandū qꝛ illud verum est in sacramēto honoris nō oneris sicut est in iuramēto calūnie: ⁊ sic intelligit̃.c. paruuli. vt ibi not. Archi. Ad hoc allego tex.not.in.c.cū in ecclesijs, de maio.⁊ obedien.vbi compelluntur illi canonici in eorū preiudicium iterum iurare: licet a principio venissent contra iuramētum etiā sup eadē re pre‑
15 stitum. ℭ † Ultimo quero an cōdemnatus in metallū vel deportatus repellatur ab agēdo sicut excōicatus: ⁊ an ꝯ eos agi possit: tractat hic Joan.de ligna.sed breuiter dico ꝙ in his que habere possunt poterūt agere ⁊ contra eos agi.⁊ que possunt habere isti damnari in metallum seu deportati vide tex.cum ibi not.⁊ in.l.si in metallū.ff.de his que pro non scrip.hab.⁊.l.quidam.ff.de pe.vbi est bonus tex.⁊ ibi per Bartol.

An au

a ¶ Monachus. Adde fede. consi. cclxxxvij.
b ¶ Infamis. Adde Joan. de ana. consi. cij.
c Sebasti. Sapia. Canon seruatur. Uide latissime qñ lex ciuilis seruāda sit p Feli. in. c. ecclesia sancte marie. colū. xv. ver. queritur primo. de cōstitu. & Alexā. in consi. clxvj. incip. viso processu. in. ij. vol. & Areti. in consi. xlviij. incip. reuocat in dubiū.

d ¶ Doctorem legum. Adde Ro. consi. ccxxxiij.

Zacharias.

¶ Adde per istū i. c. j. de cōsang. & affini. per Feli. plene in rubri. de maiori. et obediē. col. ij. versi. precedit etiam nisi forte talis canonista esset ignarus & literarum expers: vt not. idē Feli. in c. ex lris. cōsil. iiij. ꝟ. & adde Bar. ꝟ. de cōstit. Doctor aūt iuris vtriusqꝫ simplicē canonistā precedit nisi forte talis ī vtroqꝫ iure habens titulum ignoret canones ꝫm Felin. paulo post. ibi ꝟ. vbi ēt inuenies.

e ¶ Subiectū nobili⁹. cōsidera verba Bald. in. l. hac cōsultissima. C. q testa. face. pos. cōiūctis his que habentur in. c. quanto. de magistris. Andre. Barba.

Zacharias.

¶ Addo tamē ꝙ quis ppter subiectum nobilius doctor theolog⁹ preferatur: vt latepersciben. hic illud estintelligēdum in ordine sessionis vt p Feliū. vbi pꝫi. mea apostil. notaui in promoto nōnunqꝫ pfertur doctor canonuꝫ theologie doct. vt p Hostiē. i. c. j. de ꝯsangui & affi. & Feli. in. c. fi. in pñ. de magistris.

Zacharias.

f ¶ Licet sufficiētior nō prefertur. Contrariū visus est tenuisse domi. Alexa. de imo. in l. cū quid. ff. si certum pet. maxime qñ hꝫ dignitateꝫ quā antiquor non habet. alleg. Jo. de pla. in. l. j. & ibi etiā And. de baru. & Jac. rebuff. C. de cōsu. lib. xij. vel si iunior diu legit et maiora sti

19 ¶ An aūt monachus[a] possit agere maxime sine licentia abbatis tractat Collec. sed plene no. i c. cū dilecta. de rescri. ad qḋ me remitto. & aliquid dicam in. c. olim. & c. ex parte. de accu.

1 ¶ Clerici debēt cōueniri coraꝫ iudice ecclesiastico & ꝯsuetudo aliter disponēs non valeret. ꝟ. 6.
2 Jus canonicum in concernentib⁹ materiā ecclesiasticā seruak. vbi in alia materia sec⁹: qꝫ seruatur in terris ecclesie & ius ciuile in terris imperij.
3 Doctores qui preferuntur: an in. cano. an in. ciuilis an medicine vel theologie vel ius vtriusqꝫ.
Doctorat⁹ a doctoribus corruptis nō gaudet pͥuilegio doctorū. Et an doctoratus sit dignitas.
Doctor qui prefertur iunior a senior.
Doctor qui legit per. xx. an. est comes.
4 Argumentū de ꝯsuetudine ad legē validum est.
7 Causa ecclesiastica est tractanda secundum regulas sacras.

Clerici. ¶ Clericus de omni crimine debet corā ecclesiastico iudice ꝯueniri: nec valet cōsuetudo cōtraria. h. d. duo facit. primo legē pbat. scḋo ꝯsuetudinē improbat: ibi non dꝫ.
¶ Et pone casum: ꝙ ꝯsuetudo regia erat qḋ oēs fures puniret iudex laicus & hāc ꝯsuetudinē papa hic dānat: & in rōne decidendi arguit hic papa p locū a maiori: & ideo facit hic mētioneꝫ de lege alias nō faceret ad ꝓpositū quasi dicat ꝫm Joā. and. si canon hoc casu vincit legē scriptā et ꝯmunem fortius legem non scriptam & particularem vel localē. ¶ No. pͥmo ꝙ leges ciuiles sequunt canonū dispositionē: & sic in effectu non pōt dari cōtrarietas inter canones et leges. Qḋ intellige in materia spectante ad ecclesiam: & sic pōt dici qḋ etiam de iure ciuili mulier nubens intra annū luctus nō efficitur infamis[b] quia canon permittit. vt in. c. pe. & vlti. de secū. nup. nec vsure pmittunk de iure ciuili: nec ꝯcubinatus: qꝫ materia spectat ad ecclesiam & canon phibet. & sic de alijs & qḋ tetigi in. c. cum sit gñale. de fo. ꝯpe. facit qḋ not. Jo. and. in. regula, sine culpa. lib. vj. in mercu. Secus in materia indifferenti qꝫ tunc data ꝯtrarietate inter canonē & legē conō seruak[c] in foro suo & lex in foro suo, vt no. gl. in regula possessor. de re. iu. & ibi Jo. and. in mercu. lib. vj. tex. cum glo. in. c. ij. de arbi. eo. lib. et de materia dic vt dicam plenius in c. j. de no. ope. nuntia. & facit tex. in auk. qūo opor. epis. ꝟ. j. col. j. vbi impator dicit se velle pseq & seruare regulas sacras. vt in. l. cunctos pplos. C. de sum. tri. & fide cath. ¶ Et ex hoc & ex tex. no. ꝫ Frācis. et Jo. an. ꝙ doc. decretorū etiā si sint laici dñt precedere doct. legū[d]: et hoc dictum pbo sic Quelibet sciētia dr nobilior quāto subiectū ipm sciētie est nobili⁹. arg. hic & pealle. auk. qūo opor. epis. Sicut in sili dicim⁹ ꝙ tanto quis melior est quāto melioribus pest. vt in auk. de defen. ciuit in pñ. sed subiectū canonice scientie est nobilius ꝙ subiectū ciuilis sciētie: qꝫ subiectū in ciuili sciētia est hō dirigibilis simpliciter in bonū cōe: sed subiectum in canonica sciētia est hō dirigibilis nō solum simpliciter in bonū cōe: sed etiā in deū: scḋm sacras regulas vt plene not. ꝟ. in proemio huius cōpilationis: & aliqḋ per Joā. and. in regula, peccatum. de reg. iur. lib. vj. in mercur. Sed docto. legum debēt pcedere doctores artiū & medicine: qꝫ eorū scientia est nobilior ratione subiecti: & maxime in medicina cuius subiectū est homo egrotus Theologi ꝟo habet subiectū nobili⁹[e] ceteris qꝫ principalis sermo est de deo quod patet ex etymologia vocabuli. Si ꝟo vn⁹ est doctor vtriusqꝫ iuris: aliter vero tantum decretorum tunc dꝫ precedere habens vtrūqꝫ gradū qꝫ duo vincula vincunt vnū. vt in. c. j. de treu. & pa. in. l. fi. C. de adop. & in auk. post fratres. C. de legi. here. Secus dicit

pendia habet. verum iuxta illum causa mouebatur ppter acerrimam quam. de ista re cum Bartholo. Cepo. dum Padue legeret contentionem habuit de quo per Felinum in rubri. de maio. & obedien. col. & ver. in. j. mea apostil. huius. c. prealleg.

g Sebastia. Sapia. ¶ In deferendis. Adde tex. in. c. j. de controuersijs inter pa. termi. in vsi. feu. vbi probatur ꝙ seniores debent esse primi ad loquendum. quē tex. dicit singularem Roma. in sing. lxxxiij. incipiē. quis debet vbi tamē dicit qḋ Rota seruat contrarium. et plura de seniorū pcellentia tradit Feli. in c. j. de maio. & obedien. col. ij. pro in nioribus tamē vide dñm Andre. Sicu. in repe. rubri. C. qui admit. ti. co. xj. & que no. in. l. gallus. in pñcipio. ff. de libe. et posthumis. aliq etiam circa hanc materiā vide per do. Jas. in. l. cum quid. ff. si certum petatur.

Zacharias.

h ¶ Principatus seu comitat⁹. adde Jac. rebuf. in l. alexandrinus. et ibi ī apostil. Cel. remis. C. de decu. lib. x. et ibi an per superuenientē aliā dignitatē comitatus perdat alias quas habet.

i ¶ Sit dignitas. Adde Alex. cōst. xciiij. j. lib.

Zacharias.

¶ Adde bart. in pe. C. in. iiij. col. & ibi Sali. et Ruf. Ang. i. l. ex co. ff. de mili. testa. eundem in. l. oēs. & in l. curiales. et ibi Ja. reb. & ī apost. Cel. ad ipm. C. de decu. lib. x. eundē Rebuf. i. l. j. & ibi etiam i apostil. p Cel. C. de mune. & hono. eo. lib. istuꝫ in. c. ꝙto. & ibi Feli. in pñ. de magi. et Cardi. i repe. c. perpēdimus. de sen. excō. lib. vj.

k ¶ Nec consuetudo. an possit consuetudo dispone re ꝫ concubinas clericorum, vide peñ. i regula eaq. li. vj. in. xxiij. qō.

l ¶ Dicunt idem Scias tamē ꝙ si cleric⁹ ageret cōtra laicum in cu

do. Petr. de anch. hic et in. c. j. de paro. in illo qui satis mediocriter studuisset in vna: assumpsisset postea gradum causa honoris in alia prorsus sibi incognita vt multi sunt legiste qui doctorātur in cananibus qui prorsus ignorant nedum iura canonica: sed etiā moduꝫ procedendi in decretis et quod deterius est etiā ipsas rubricas decretaliuꝫ ignotas habent: tunc enim debet precedere habens vnum gradum & altiori scientia prefulgens. arg. in. l. nemo. C. de offi. magist. officiorum.

Additio. Et pro hoc facit qḋ no. Archidiac. in. c. de quibusdam. xxxvij. dist. vbi dicit qḋ promotus a corruptis doctoribus non debet gaudere priuilegijs doctoratus. alle. bo. tex. in simili in. l. vna. C. de athle. li. x. & facit tex. iūcta glos. in. l. j. C. de anno. ci. li. xj. vbi dicitur ꝙ stipēdia sunt tractanda non p ti. dignitatis vel p numero scholariū ꝫ ꝫm merita. Ideo colligit ibi gl. argu. contra insufficientes doctor. vt scholares eruditi eis preferank. Hoc dictum illius glo. intellige vt preferank in casu quo non requiritur titulus doctoratus. Ad legendum vero sine doctoratu preferri nō dñt ꝙtunciqꝫ sint idonei: quia nisi prius doctoretur non admittunk ad legendum. vt in. l. magistros. C. de profes. & medi. lib. x. & Bar. in. l. vna. C. de athle. eo. lib. & Archi. in. d. c. de quibusdā. latissime tractat. Itē in honoribus iam delatis iunior ꝫ sufficientior non prefertur[f]: secus in deferendis[g] quod declara vt no. Bart. in. l. ij. ꝟ. prius. ff. de vulga. & pupil. & sic intellige tex. in. l. honores. ff. de decuri. iuncta. l. j. ff. de albo scriben. quod no. & C. de offi. magist. l. nemo. Js enim gradus ceteros antecellat queꝫ stipēdia meliora vel labor plixior fecerit anteire, vt ibi dicit tex. i. d. l. nemo. Et facit iste tex. in argu. ꝙ doctor qui diu legit et meliora stipienda hꝫ ꝙ alius dꝫ pcedere. qḋ satis puto procedere qñ legit ad minus per. xx. an. qꝫ tunc adipiscik dignitatem pͥcipat⁹[h] seu comitatus: vt in. l. vna. C. de pfes. qui in vrbe cōstanti. lib. xij. licet postea ꝙ ali⁹ qui tāto tpe nō legit fuerit doctorat⁹: qꝫ iste adeptus est dignitatē quā ille primo non habet: et sic non est simpliciter seruādus ordo tēporis. de maior. & obe. statuimus. Et an doctoratus sit dignitas[i] remitto te ad no. per bar. in. l. ex eo tēpore. ff. de test. mili. & ad not. tex. ꝟ. de magist. c. ꝙto. vbi plenius dicam.
4 ¶ Tertio not. ꝙ licitum est arguere de lege ad ꝯsuetudinē p locū a maiori: vt qḋ non possit facere lex nō possit facere ꝯsuetudo: vt ꝫ optime probatur. et pro hoc quia consuetudo inducik tacito cōsensu. vt. l. de quib⁹. ff. de leg. lex vero per expressum: & regulariter validior est expssus consensus ꝙ tacitus. qḋ de se patet vt not. in regula scienti. de reg. iur. lib. vj. in mercu. & facit glo. in. l. j. C. vbi de cri. agi opor. Nec ob. si dicatur ꝙ ꝯsuetudo derogat legi: qꝫ illud est ex legis permissione & non aliter. & idē potuisset facere lex ꝙ ꝯsuetudo. argu. in. c. fi. de cōsue. iūcto. c. j. de cōsti. lib. vj. Et sic etiā colligik ꝙ dicit gl. no. insti. de iure natur. gen. & ciui. ꝟ. ex nō scripto. ꝙ ꝯsuetudo hꝫ tres pprietates. imitatur eni legē: quia succedit loco legis vbi deficit lex. j. dist. cosuetudo. xj. dist. in his. interpretak legē in. c. cū dilectus. de consuetu. & l. si de interpretatiōe. ff. de leg. & derogat legi: vt in preal. c. fi. de cōsuetu. oia eni hec facit ex consensu legis. l. oēs ppli. ff. de iust. & iure. als nō posset inferior tollere legē superioris. de elect. in cle. ne romani.
5 ¶ No. vltimo ꝙ nec lex ciuilis nec cōsuetudo[k] pōt facere ꝙ clericus cōueniatur de aliquo crimine corā iudice seculari. & cū text. simpliciter loquak de clerico debet intelligi in quocūqꝫ ordine cōstituto. & hoc no. tex. ꝟ. eo. cum non ab hoīe.
6 ¶ Sed quia iste tex. loquik in crimine quid dicēdum in causa ciuili. doc. hic & bene dicunt idem

ria secula ꝙ statuta laicorum casu isto scilicet in concernentibus illam causam ligant clericos. Corneus in ꝯsi.cxiiij.incip.Quis. per totum. in ij.vol.⁊ per eundem consil.lxiiij.incip.consuluit.in.ij.colum. ⁊ seqnē.in in.iij.volu. Aene.falco.

a Sebastianus Sapia. ¶ Secundū canones. Uide archi.in.c.continua.xi.q.j.abb.et alios i.c.j.de constitu. et in.c.ecclesia sancte marie. colū.vj.versic.hec oia pcedunt. vbi etiā late Feli. eo. tit.⁊ eundē Abb. in.c.clericis.j.de foro competenti. Sebasti. Sapia.

b ¶ Fratres. De multiplici fraternitate ponit Jo. an.in.c.Joannes j.de regula.⁊ nūquid appellatione fratrū veniāt mēdicātes ex cōmuni vsu ponit Feli.in rub. proemij huiꝰ libri.co. iij. ⁊ nunquid fratres tertij ordinis sint d foro ecclesiastico. ponit do.Maria.soci.i c.ij.col.iiij.i.ix.de claratiōe.j.de foro competenti.

c ¶ Dici fratres. Uide tex.in.c.venientes.⁊ ibi dixi d simo. vbi appellanť fratres. vide tex.c.qm̄. eo.tit. vbi moniales appellātur sorores. vide do.Abb. in c.j.de his que fi. a ma.parte capitu. Andre.Barba. Zacharias.

d ¶ Proprie ⁊ stricte dicantur religiosi. adde an nouitij pprie ⁊ stricte dicantur religiosi vide Cardi. in clemē.j.in pri. de elec. ⁊ in cle.ij. xiij.q.de prebē. ⁊ in clemen.j.iiij.q. de decimis.

e ¶ Modū viuendi. Adde qd voluit Ant. d butr. consi.xix.

¶ Adde an appellatiōe religiosorum veniāt isti de tertio ordine sancti Frācisci qd do.Pe.phili.cor. de perusio consuluit ꝙ non iure communi in consilio.ccv.incipien.⁊ si videatur.in.j.volumi.vbi cōcludit ꝙ tenenť soluere collectas ⁊ possunt cōueniri de eorum delictis coram iudice seculari. vide ibi late ⁊ per eundē in consilio ccxx.incip.videť in hac consultatione.in.iiij.col.versi.nec pōt iuuari.in iij.volu.vide oīno in materia Barto.in.l.semper.§.si.⁊ ibi latissime do. Alex.in addi.ff.de iure immu,vide do.Felin.in.c.ecclesia sancte marie. in.ij.co.de cōsti.vide do.Alex.in addi.ad Bart.in.l.cōmodissime.ff.de libe.⁊ posthu.vide istum in consi.liij.⁊ Calde.in consil.xiij.in rub.de fo. compe. Quid autē de cōuersis alicuius ordinis puta sancti Pet. de perusio vbi sunt venerabiles patres mei monachi nigri sancti Benedicti vel alterius ecclesie regularis an sint religiosi: vel habeāt vocē in capi. Ro.distinguit in singu.suis.fo.xcviij.incip.fuit a me quesitum.quē omnino vide multa in materia per istum in.c.ij.in.iij.colū. versi.ex his infertur.j.titu.proxi. Aene.falco.

Antonius Frāciscus. ¶ Circa hoc de fratribꝰ tertij ordinis scti Francisci ⁊ de cōuersis alicuiꝰ religiōis: an gaudeāt priuilegio clericali, et sint immunes a collectis mihi placet opi. Bart.in.d.l. semper.in.§.si. de iure immu. q voluit ꝙ si non sunt effecti d tertio ordine vel non sunt facti conuersi in fraudē vt euitent onera ⁊ collectas et iudicia secularia sed sunt vere cōuersi ⁊ vere ⁊ ex deuotione assumpserunt habitum tertij ordinis: qꝛ quis non habeāt aliquē ordinē clericalem ex quo tamen habent modū viuendi ab ecclesia approbatū ꝙ debeāt gaudere priulegio clericali ⁊ hr̄e illas immunitates quas habēt clerici et ad hāc materiā vide plene Bal.in.l.officiales.C.de epi. ⁊ cleri. ⁊ Ange.in auť. sed quis.C. de epis. ⁊ cle.⁊ vide plenissime vltra alios p Joan. petrū de peru. in l.pe. ⁊ si.C. q test. face.pos.et per.d. Petr.de peru. in suo trac.de quarta canon̄.in.iiij.q. ⁊ vide cōsi. Joan. calde.cccxxiij. qd incipit, qsitū est a me Joāne de calde.⁊ habetur per Pau. de leaza. et Joā. de lig.in cle. cū ex eo.de sentē. excō.et vide dn̄m Ant. de but.in.c. ij.de fo. ꝯpet. vbi tenet istā opiū.cū Bar.et qd de eremitis habeť etiā p Bar.in.l.j.ff. de pen.in singu.suis in lr̄a E.in ꝟ. eremita.⁊ in ꝟ. ecclesiastica psona. tamen contra Bar.videtur esse gloss.in.cle.j.de religio.domi.⁊ ꝯtrarium etiam videtur tenere Feder.de sen.in suo ꝯsil.cxxiij.tamen mihi magis placet opi.Bar.cū sua distinctiōe,de qua.s.ex quo talis tertius ordo est ab ecclesia approbatus vt oēs etiā fatenť:de quo plene dixi in rubri.de regula legēdo illū ti.vbi tetigi istum passum. Et de cōuersis alicuius religiōis an admittanť ad electionē ⁊ habeāt vocē in capitulo simul cum alijs in electione prelatorū,videas que habentur ⁊ notanť in.c.ex eo.de elec.lib.vj.⁊ habetur per Hosti.in.c.ij.de institu.⁊ vide glo.in.c.vt priuilegia.de priuile.⁊ tex.⁊ glo.in.c.nō dubium.de senten.excom.⁊ vide aliā bonam glo.in.c.duo sunt.xij.q.ij.⁊ aliam in.c.quisquis.xvij. qōne.iiij.et

librorum

---

non enī in criminali nec ciuili pōt clericus cōueniri corā seculari.vt.j.eo.c.qualiter.⁊.c.si. diligenti. j.e.ti.pxi.probať de iure ciuili in auť. statuimus. C.de epis.⁊ cle.vbi ēi iudex ciuiliter puniť ex contrafactiōe. dicā in.c.si diligenti.j.ti. pxi.nec etiaꝫ valet cōsuetudo in ciuili:licet papa sciat ⁊ toleret qꝛ irrationabilis est.nec patientia iuuat qꝛ multa per patientiā toleranť ⁊c.de pben.cū iandudum. ⁊ hoc vltimū ponūt hic Jo.de lig.⁊ Gasp. de cal. in.c.decernimus.s.eodem.

Additio. Et hoc dictuꝫ ego pbo sic. Cōsuetudo ꝯ libertatē ecclesiasticā nō valet.vt in auť,cassa.C. de sac. san.eccl, sed ꝙ clericus cōueniatur corā iudice seculari est ꝯtra libertatē ecclesiasticā.vt ptꝫ ex no.in.c.nouerit.⁊.c.grauē.de sen. excō.⁊.d.auť. cassa.ergo ⁊c.

7 ¶ † Ultimo Jo.and. ⁊ Host.adducūt istam literā in arg. ꝙ causa ecclesiastica est tractāda ⁊ fienda sm canones[a] ⁊ sacras regulas nulla contradictione obstāte in auť.de san.epis.§. si autē ecclesiastica.⁊ seq.vsqꝫ ad.§.pro omnibus.co.ix. ⁊ in auť. de māda.prin.§.si vero canonicum.colla.iij. ⁊ possunt episcopi quācunqꝫ personā trāsgrediētem sacram regulā punire in auť.de san. epis.§.vt aūt oīs ecclesiasticus.col.ix sm eos.⁊ id qd prius dixi in.c.j.de cōsti.⁊ dicam plene in.c.clericis. de foro compe. ¶ Opp.imo videť qd qnqꝫ laicus potest iudicare de clerico.vt.j.eo.cū nō ab homine.Sol. dicunt docto.quod illud loquitur in deposito. sꝫ hoc intellige vt ibi not.⁊ melius in.c.ij. de pe.lib, lib.vj.glo.nihil habent.

1 ☞ Judex debet prouidere vt solennitates seruentur in iudicijs.4.

2 Religiosi non dicuntur isti qui sunt de tertio ordine sancti Francisci.

Monachi non veniunt appellatione fratrum in statutis odiosis.

Statuta intelliguntur sm cōem vsum loquendi.

3 Libellꝰ defectiuus pōt suppleri ex offō iudicis.

5 Episcopus sine capitulo nec econtra nō possunt agere in negotijs arduis:etiam ꝙ bona sint inter ipsos diuisa.6.

7 Uniuersitas vel capitulum potest accusari de maleficio.

9 Abbas ⁊ episcopus an quis possit simul esse.

9 Monachi ecclesie cathedralis qn̄ possunt vocari canonici pn̄t esse commissarij sedis apostolice.

10 Actus qn̄ venit explicandꝰ a duobꝰ,⁊ vnus obtinet psonā illorū duoꝝ pōt illū actū expedire vno ꝯtextu absqꝫ eo ꝙ dicat hoc facio vt talis ⁊ talis.

11 Sentētia lata ꝯ monachos litigātes sine licētia abbatis est nulla:secus lata in eorum fauorem.

Sententia lata in fauorem non citati est nulla.

Sententia lata contra tutorem qui adhuc nō cauit est nulla:secus si pro tutore.

Contractus factus ab ecclesia pastore vacāte est nullus nisi sit factus in eius fauorem.

Causam que. Judex puidere dꝫ ne collegiū litiget corā eo sine authoritate prelati.et sic cōiter summatur.aliter summa et generalius. ¶ † Judex ex officio puidere dꝫ vt debite solēnitates seruētur in iudicijs qbꝰ omissis iudiciū reddiť frustratoriū.pmo causam committit.secūdo delegatum instruit.tertio causam instructiōis ponit.secūda ibi:prouideas, tertia ibi:ne si ⁊c. Et quia litera est nimis decisa ideo figuro sic casum. Canonici dulmen̄.monasterij tanqꝫ actores habeant causam in curia romana cōtra fratres sancti Albani:demū fuerūt litere impetrate super hac causa in partibus ad iudicem delegatū ⁊ volens papa puidere vt ista qstio semel sopita non possit amplius suscitari ex defectu solennitatis mandat delegato ipsum instruēdo vt habeť in litera. ¶ Not.primo ꝙ isti de monasterio scti Albani qnqꝫ appellāť fratres[b] qnqꝫ monachi vt patet in litera ⁊ sic monachi appellātur fratres qnqꝫ.⁊ idē dic de monialibus que possunt appellari sorores.vt i.c.causam.s. de elec.et dic ꝙ.quilibet christianus pōt appellari frater qꝛ omnes sumus fratres in Christo.

Additio Nicolai. Unī in primitiua ecclesia oēs fideles appellabantur discipuli vel fratres:sꝫ postqꝫ apostoli fecerūt cōciliū antiochen̄. appellati sunt christiani.vide tex.cū gl.in.c.sacrosancta.xxij.distin. ⁊ dicūtur christiani a christo in ca.vnico.de sacra vnc. ⁊ vide qd ibi no.p glo.in.c. decet,de immu.ecclesia.lib.vj.quia lauachrum regeneratiōis facit nos vocare deum patrem.vt dixit text.in.c.ad mensam.xj.q.iij. Sed per excellentiā religiosi appellantur fratres quia sunt vel debent esse magis cōiuncti in christo:sicut in simili dicimꝰ de religiosis ⁊ oēs boni christiani possunt appellari religiosi vt no.super rubri.de reg.⁊ trāseunt.ad reli.⁊ in.c.ecclesia sancte Marie,de cōstitui. Et sicut appellatione vrbis intelligiť de Roma.instit.de iure nat.gen.⁊ ciui.in.§.sed quoties. vnde dico quod pprie ⁊ stricte omnes monachi ⁊ religiosi profitētes tria substātialia regule siue sint mendicantes siue habeāt bona in communi possunt dici fratres[c] ratione predicta.pro hoc bonus tex.in cle.exiui de paradiso.de verb.sig.i cle. dudū.de sepul.⁊ i.c.nimis.de excessi.pla. vbi mendicantes appellantur fratres. ¶ † Itē isti de tertio ordine sancti Francisci appellantur fratres: in cle.cū ex eo.de sentē.excō.sed dic qd nō simplr sed fratres de penitetia: vnde isti nō sunt pprie ⁊ stricte religiosi[d]: nec proprie dicuntur habere regulam sed potius quendam modū viuēdi[e]: vt est gl.not.in cle.j.de relig.do.⁊ in cle.cū ex eo. palleg. Monachi vero pprie ⁊ stricte possunt dici illi q virtute regule stāt solitarij in monasterio nec immiscent se predicationibus nisi habeāt administrationē. Dicūť enī mōachi a solitudine ⁊ vnitate.⁊,vide tex.in.c.placuit.el.ij.xvj.q.j.⁊.c.adijcimꝰ ⁊.c.doctos.⁊.c.sunt nonnulli.⁊.c.de presentiū. cuꝫ multis simi.ea.cau.⁊.qd.vn̄ oēs monachi possunt dici fratres:sed non conuertitur.quare nō omnes fratres monachi.⁊ sm cōem vsum loquendi illos appellamus monachos de ordine sancti Benedicti habentes bona in cōi:alios vero mendicantes appellamus fratres. Unde puto ꝙ in statutis et dispositionibus odiosis ⁊ restringibilibus appellatione fratrū nō venient monachi:qꝛ dꝫ attendi cōis vsus loquendi vt.l.labeo.ff.de sup. legat.et.l.

gl.in.c.j.de iniur. lib.vj.ꝛ aliá glos. in.c.sciát cūcti.in ver.ecclesiasticos. de elec.li.vj.et cō clusio ē ꝙ si sunt laici nec habent aliquem ordinez clericalem quod non possunt interesse electiōi prelatorum ꝛ si inter essent tali electioni irritaretur electio eo quod essent admissi inhabiles cum habilibus iuxta ea que habenꝰ in.c.sacrosancta.ꝛ in.c.massana.de elect. vbi plene ꝺ materia.

Sebasti.Sapia.

a ❡Ex officio.Uide de alexā.in.l.iiij.§.hoc autē iudiciū.ff.de dā. infe. no.in cōsi.lxij.incipi.viso themate.in fi.ꝛ Alex.in l.i.C.vt q̄ desunt aduo.et in.l.licet. C.de procur.

b ❡Glos. optimā. Idē tenet in.c.ecclesia.el.j.vt lite pend. ꝛ in.c.j.ꝛ.c. nulli.de accus.vide que notaui in l.iter quos.§.alieno.ff.de dā.infec. et que dixi hic in recollectis. Andreas Barba.

Sebasti. Sapia.

c ❡Ecclesia.Uide Roma.in consil. ccclxix.col.v. ver. tertia rō. ꝛ Lapū allega.xlix.incip. lz materia. ꝛ multa congerit. Feli. i.c.edoceri.de rescriptis.

Sebasti. Sapia.

d ❡Hāc qōnem q̄ no. Abb.in.c.per inquisitionem. in ij.nota.s̄.de elēc. Specu.in titu.de legato.§. excipiꝰ. versi. quid si fiat. Roma.in.l.ij.col. viij.ff.de ver.obl. Semi. et perusi.i c.statutū.in prin. de rescrip.in.vj.

librorum. §.quod tamē cassius.de leg.iij.et.l. cum de lanionis.§.asinā.ff.de fun.instru.et instru.lega. no.Bar.p̄sertim in materia statutorū in.l.oēs populi.ff.de iusti.ꝛ iur.facit qd̄ not.in.c.ex literis. de spon.ꝛ dixi.s̄.eo.c.j. Et dico idem in monialibus q2 ex cōmuni vsu loquēdi, iste de ordine mēdicantiū appellanꝰ sorores:alie vero moniales. 3 ❡†Nota qd̄ dixi in scdo summario ꝙ vbicunqȝ iudex videt ex defectu alicuiꝰ solennitatis iudiciū deficere ꝛ esse frustratoriū debet iudex supplere ex officio a q2 illud non venit solum ad cōmodum partiū sed ad publicū ne lites sint immortales : ad quod euitandum iudex bonus debet elaborare. ad hoc.c.finem.de do.ꝛ contu. et in.l.quidā estimauerunt.ff. si cer.peta.ad hoc solet allegari quotidie iste text. vide glo.optimā b in.c.j.de elec.lib.vj.hinc est ꝙ ex officio supplet circa defectū libelli:vt no. Innoc. in.c.j.de lib.ob.ꝛ vide quod not.in Spe.de iur.calum.§.superest.ver.quid si tutor. 4 ❡†No.iudicem nō debere pati vt cap̄lm maxime religiosorū litiget in iudicio sine autoritate prelati siue ille sit abbas:siue episcopus:siue alio noīe nuncupeꝰ vt hic. qd̄ intellige qn̄ autoritas siue cōsensus de iure est requirendus. ꝛ quo omisso iudiciū reddiꝰ frustratorium:q2 super hac ratiōe fundaꝰ ista litera. ꝛ qn̄ debeat de iure requiri. plene no.in.c.edoceri.de rescrip.dic vt ibi. ❡Not.qd̄ quis pōt esse episcopus ꝛ abbas diuerso respectu : qd̄ ītellige vt.j̄.subijciā. ❡Ultimo induco istum tex.ad probandū qd̄ etiā in causa in qua nō pōtest cōuentus agere sine autoritate ꝛ consensu prelati : valet tamen impetratio facta per solū conuentum absqȝ consensu prelati:ꝛ satis est vt cōsensus habeatur in actu agendi:nam vt pt3 hic ꝛ maxime in antiqua causa erat cōmissa audienda ꝛ diffinēda ad instantiā solius cōuentus: et tn̄ absqȝ noua impetratione pōt agi corā iudice sic impetrato dūmodo in actu agendi habeaꝰ consensus prelati : qd̄ bene no.ꝛ tenet Jo. an.in addi. Spe.in ti.de rescri.presenta.§.ratione quoqȝ eius.in fi.vbi idē dicit ecōtra si causa esset solius conuentꝰ:vt q2 diuisa est administratio tm̄ vt solus prelatus non possit agere ꝙ nihilominꝰ poterit rescriptum impetrare. ❡Glo.est facilis.ꝛ de materia iam remissa ad plene not.in.c.edoceri. de rescript.ꝛ vt omnis cesset obiectio posset intelligi hec decre.s̄m Innoc.qd̄ istud negotiū erat cōmune ꝯuentui ꝛ epō:ꝛ ideo nō poterat cōuentꝰ intrare iudicium sine autoritate epi. 5 ❡†Uel erat negotiū grāde quo casu non agit vnus sine alio.vt not. de his que fiunt a prela.quanto. ꝛ in antiqua diciꝰ s̄m Jo.an.qd̄ agebaꝰ super quadā eccl̄ia. c ❡Not. 6 ex hac vltima solutione.Inn.†ꝙ licet bona sint diuisa inter ep̄m ꝛ cap̄lm:tamē negotia grauia non expedit vnus sine alio.ad idē.c.j.de pcu.qd̄ sic potest intelligi. 7 ❡Itē no.scdo †qd̄ negotiū super ecclesia diciꝰ graue.facit.c.ij.de pcur. Itē dicit Uin. ꝙ quando conueniꝰ capitulū super maleficio non exigitur cōsensus superioris : q2 tangiꝰ factū proprium:ꝛ quod vniuersitas seu capitulum possit accusari de maleficio, not.in.c.dilectus.el.ij.de simo. et plene per Barto.in.l.aut facta.§.fina.ff.de pe. 8 ❡†Sed opp.ꝛ videꝰ ꝙ iste nō possit esse ep̄s ꝛ abbas.j̄.de conces.prebē.cum nostris. vbi ep̄s nō potuit habere preposituram cum ep̄atu. Docto.hic communiter dicunt ꝙ forte monasteriū erat vnitum ep̄atui.ad hoc.c.j.ne sede vacan.vel erat cathedralis eccl̄ia regularis sicut multe sunt in anglia.ꝛ in istā vltimam solutionē magis inclinant docto. Et dic ꝙ in sicilia due sunt eccl̄ie cathedrales regulares.vna est archiep̄alis vt ꝑ Panormi eccl̄ia montis regalis:alia est ep̄alis.vt ecclesia Cathaniē.vbi ego habitum a pueritia sumpsi sancti Benedicti: nec sunt ibi alij canonici seculares nec Abbas:sed ep̄s est loco abbatis vt hic. ꝛ conuentus seu capitulum canonicorum seu monachorum facit vnum corpus cū epō:vnde omnia expediūtur cōiter per ep̄m ꝛ conuentū. Et dic ꝙ tales monachi possunt appellari canonici:vt est text.iuncta glo.lviij.dist. c.ij.Nec etymologia vocabuli cōtradicit. nam canonicus diciꝰ a canone : ꝛ canon idē est qd̄ regula seu quedā norma viuēdi:vt.iij.dist.canon.vnde canonicus quasi canonice institutꝰ: vnde largo modo qlibet beneficiatus legitime posset dici canonicus. ad hoc qd̄ no. Jo.and.in.c.j.de elec.li.vj.vsus tn̄ cōiter loquendi accipit ꝑ canonicis canonicos cathedralis ecclesie:vt tangā.j̄.de vi.ꝛ ho.cle.super rub. 9 ❡†Et hic incidēter soleo recitare semp hanc d qō. a nūquid talibus monachis ecclesie cathedralis q possunt vt dixi appellari canonici ꝯmitti possit causa per sedē apostolicā:sicut cōmitti pōt canonicis secularibus ecclesie cathedralis:vt in.c.statutum.de rescrip.lib.vj. Archi.hanc.q.format: vt in preal.c.statutū. ꝛ cōcludit commissionē nō valere nisi religio exprimaꝰ. Ego vero aꝰs legendo scholaris tanꝙ substitutꝰ a doctore meo, allegaui cle.ꝛ si principalis.de rescri.ꝛ tenui contrariū:et postea factus doctor hanc opi.semper secutus sum:ꝛ monebar principaliter per illā cle. vbi pt3 ꝙ religiosus obtinēs prioratū conuentualē etiam manualē pōt esse delegatus pape tanꝙ proprie habens dignitatē vigore.c.statutū.vbi simpliciter fit mentio de habētibus dignitatē nec distinguiꝰ inter seculares ꝛ religiosos. Unde ex quo qualitas requisita ad delegationē suscipiendā reperiꝰ in religiosis efficiunꝰ habiles ꝛ capaces sicut seculares. et pro hoc optime no.xvj.q.j.sunt nonnulli.ꝛ.c.doctos.ꝛ c.moderamine. quāto enim quis est sanctior ꝛ excellentior tāto potentior ꝛ habilior : vt in prealle. c.sunt nōnulli. Ad propositum ergo sicut in.c.statutum. appellatione habentiū dignitates veniūt religiosi dignitates habētes : ita appellatione canonicorū:ecclesie cathedralis venire debēt monachi ecclesie cathedralis regularis qui dicūtur canonici vt.s̄.dixi. Nec religio facit in hoc eorum conditionē deteriorē:imo meliorē:vt in prealle.c.sunt nonnulli.ꝛ.c.doctos.ꝛ maxime in hac materia vbi nō tractaꝰ de odio:imo potius de fauore vt mandatum pape facilius executioni mandetur. Item in istis mādatis cessat ratio prohibitionis.c.statutum.nam clerici ꝛ religiosi simplices nequeūt esse delegati pape:q2 vt plurimum sunt ignari literarū ꝛ pauperes ꝛ indecens est vt tales gerant personā pape.que quidem ratio cessat in istis religiosis ecclesie cathedralis:q2 cōiter in eis vt plurimum instituunꝰ ciues optimi statꝰ ꝛ cōditionis qui dedicant se studio literarū:ꝛ multū pre alijs clericis ho e noranꝰ e in loco. ❡Sed cōtra tex.ꝛ predicta opp. et videꝰ ꝙ talis ep̄s non debeat appellari abbas. nam rōne dignitatis ep̄alis preesse pōt ecclesie regulari cum dicatur propter excellentiam dignitatis episcopalis religiosissimus et sanctissimus : vt in auꝰ.de sanc.episc.in rubro ꝛ nigro. colla.ix.ꝛ in c.ex multa.j̄.de voto.vn̄.c.vilissimꝰ.j.q.j.dicit vilissimus cōputandus est qui precessit alios in dignitate nisi precellat sciētia ꝛ sanctitate:videmus insuper ꝙ ep̄s potest recipere aliquos ad professionē sine monasterio ꝛ deputare eis aliquem honestum locū ad habitandū:vt no. Inn.in.c.porrectū. de regulari. Itē si assumptus est in abbatem alterius monasterij et renuntiat abbatie remanet sub iurisdictione ꝛ dispositione epi:vt not. Fede.de senis in consi.suis. ꝛ Jo.de ligna. post eum in cle.ne in agro.de statu reg. Item si assumiꝰ religiosus ad ecclesiā curatam secularē est sub episcopo: et nullā cōionem habet amplius cum monasterio.xvj.q.j. ne pro cuiuslibet.ꝛ not.gl.in preal.cle.ne in agro.ꝛ hec oīa ꝛ multa siēa facit in monasterio ep̄s iuxta not.in.c.quanto.ꝛ in.c.cū ab ecclesia.de offic.ordi. ❡Quero ergo quare in tali ecclesia vbi habet maiorē iurisdictionē nō d2 ep̄s respectu monachorū: sed abbas. Sol.credo responderi posse dupliciter. Primo q2 monasteria a principio fuerunt edificata vt sub abbatis regimine gubernarentur:vt.in.c. cum ad monasteriū. de stat.reg. ꝛ in regula monachorū vt serueꝰ antiqua institutio:ep̄s in tali eccle f sia diciꝰ abbas f respectu monachorū. est em̄ nomē solicitudinis ꝛ oneris ꝛ etiā honoris iuxta no.per doc.in cle.abbates.de rescrip.vel aliter : ꝛ hoc puto verius ꝙ ep̄s ecclesie regularis ꝑprie nō est abbas:nec pōt dici abbas:sed loco abbatis.ꝛ quicqd

e ❡Honorātur in loco. Addedo.de ro.deci.suis,de rescri. in antiquis. Cal.ꝯsi.ij.ꝛ meliꝰ ꝯsi.vj. de of.dele.

Sebasti. Sapia.

f ❡Abbas.Diciꝰ tur em̄ abbas pater.vt in.c.officiſ. de elec.ꝛ gl.in epistola inter claras. in ver. manifestū. C.de sum.tri. ꝛ fi. ca.appellat abbatem archimandritā. Unde solꝰ abbas tm̄ pōt quantū totū cap̄lm:vt dicit Bald.in.l.si plures. in.ij. lect. i.ij.not.ff.de pac. refert Jas.et alia allegat in.l.si pater.j̄.in.j.col. ver. tertio adde.ff. de vulg.et pup.hinc est qd̄ monachi dicunꝰ subditi.c.ad nostrā. vbi Abb. ꝛ Deciꝰ no.in.ij. no.j̄.de app. imo dicuntur serui. c. multos.liiij.dist.

¶ Sebasti. Sapia.

a ¶ Cōsensum prelati. Ad hanc qōnem faciunt not. p Bal.in.l.j.col. antepenul.C.qui admit. vbi ponit an si cōsensus ꝓpinquorū requisitus a statuto ī cōtractib⁹ mulierū deficiat vitietur actus. de quo per Jaso.in.l.vniuersis.co.si.C.de preci.impe.offe.

b ¶ L.nō eo min⁹. Pondera q2.d.l. nō eo minus. procedit eo casu quo est illa solennitas introducta fauore persone minoris.iō sentētia lata pro eo indefenso valebit: sꝫ in casu nostro non est introducta fauore collegij: sed ꝓpter rigorē iuris seruandum. pondera v̄ba Bar.in l.ea que.C.qn̄o et qn̄ iud. vide q2 ex verbis eius poteris decidere istam qō.And.Barba.

¶ Adde qō illa l.nō eo min⁹.non hꝫ locum in furioso. text.est in.l.furioso.ff.de re iud. quā alleg iste ad hoc in.c.pastoralis.in.ij.no.ī.eod. et est ratio diuersitatis quam ibi ponit glo.⁊ Bar. quos vide. Aeneas fal.

c ¶ Tenet oppositum.do. Car.hic reprobat dictum do.Ant.ex eo q2 imputandum est reo quare nō opposuit: sed ꝓ certo istud non facit q2 iudex debuit repellere vt hic dicitur: vnde posito quod pars nō repelleret: tamē iudex debuit repellere. Itē dicit do. Pet. ꝙ repellere est facti quia constat iudici quod agunt sine autoritate p̄lati: ⁊ pro certo mihi videt̃ qō veritatem dicat.d.Ant.⁊ moueor sic quod interueniat epi autoritas est introductum ad rigorē iuris cōseruandum.h.d.Bar.in l.ea que.C.qn̄o ⁊

erat explicandū p abbatē explicabit̃ per istum: sicut in simili dicimus ꝙ in qbusdā ecclesijs habet̃ eps loco canonici. non tn̄ est verus canonicus: de quo plene dicvt no.in.c.postulasti.de cōces.prebē. Et ꝙ iste proprie non sit abbas: patet q2 talis pōt esse nō religiosus ꝓpter excellētiā dignitatis epalis: vt probat̃ in.c.nullus. de elec.lib.vj.not.glo.in c.qō dei timorē.de statu reg. ex quo ergo nō est ꝓfessus nō pōt dici ꝓprie abbas: nā abbas ⁊ monachus est: vt in.c.fi.de simo. Pro ista sn̄ia primo induco tex.apertū in.c.j.ne sede vacāte. vbi monasteriū fuit erectū in ecclīam cathedralē ⁊ vnitū cathedrali ecclesie vt eps esset vtriusqꝫ ⁊ sic non dicit̃ ibi vt abbas. ad idē.c.nullus. preal. vbi tantū fit mentio de epo. ⁊ clemen.j.in fi.de elec.cū simi. ⁊ faciunt

10 omnia que.s̄.dixi. ¶ † Et dic ꝙ q2 iste est eps ⁊ est loco abbatis respectu monachorū qn̄ venit actus exercendus per istū vt abbatē ⁊ epm simul poterit illum actum exercere vno contextu. nec est necesse ꝙ dicat hoc facio vt abbas: et hoc vt eps: ex quo iste due potētie sunt vnite simul ex dispositione superioris: ad hoc qō no.in.c.cū inter canonicos. de elec.⁊ p gl.in.c.cū in ecclesia. de prebē.li.vj.⁊ p Jo.an.in.c.ne ꝓ defectu.de elec.in fi.⁊ per do.de Rot. deci.cclv. Et etiā puto ꝙ cum vnicus actus expediendus est qui pertinet ad abbatē non est necesse qō dicat se explicare illū actum vt abbas: sed sufficit ꝙ faciat vt episcopus: licet faciat loco abbatis: vt in prealle.c.j.ne sede vacāte. ⁊ probatur hic expresse dum dicit quod debet iudex ꝓuidere vt isti monachi intrēt iudiciū cum autoritate et assensu episcopi sui. Non enim dicit ⁊ abbatis sui: ⁊ tamē loquitur in actu explicādo per epm loco abbatis vt sequit̃ in text. Et sic intellige tex. quod iste potest se ponere abbatem.i.loco abbatis: ⁊ sic omnia que debent monachi explere cum autoritate ⁊ cōsensu abbatis, expleant cum autoritate ⁊ cōsensu episcopi: ⁊ hec oīa no. quia alibi ita plene non examinantur.

11 ¶ † Ultimo quero de vtili et notabili questione dicitur hic ꝙ isti monachi actores debēt negotium proponere cū autoritate superioris ne si succumberent valeat superior ex defectu eius cōsensus litem sopitā suscitare: ⁊ sic colligit̃ ꝙ non valeret talis sentētia lata contra eos. Quid dicendum si esset lata pro eis in fauorē ipsorum nūquid teneat ex quo nō habuerunt consensum prelati:[a] Pet. vt hic refert Jo.an. qō sit: arg.in.l.nō eo minus[b].C.de procur. vbi sn̄ia lata in fauorē minoris tenet: vbi si est lata contra minorem nō teneret: q2 cōstituit procuratorē sine curatore: ⁊ lꝫ cū hac opinione transeant cōmuniter hic doc. ⁊ maxime collec. qui dicit ꝙ etiam si testibus receptis ⁊ publicatis episcopus vidēs causam bene procedere petat concludi ⁊ sn̄iam ferri: ⁊ aduersarius dicat iudiciū siue processum nullū: q2 non interuenit consensus episcopi a principio nō est aduersarius ipse audiēdus sicut in minori dicimus sn̄iam valere. Tamen do.Ant. tenet oppositū:[c] scꝫ sn̄iam nō valere etiā pro cōuentu: sicut in simili dicimus sententiā non valere etiā pro non cōtumace ex quo nō fuit seruata debita citationis forma siue solennitas. vt no. gl.in.l.ea que C.quomodo ⁊ qn̄ iudex. nec etiam tenet lata pro furioso, vt no.in.l. furioso. ff. de re iu. nec obstat qō dicit̃ de minore in prealleg.l. non eo minus. q2 illud ꝓcedit sꝫ cū qn̄ hec nullitas surgit a principio meri fauoris: sed nullitas hic non surgit ex mero fauore conuentus: sed ex defectu potestatis: q2 nō habet potestatē solus cōuent⁹ rem in iudicio deducere in preiudicium ecclesie; ⁊ ideo nō valet sn̄ia lata etiā ꝓ conuētu. Et ꝙꝙ al's hāc opinionē fuerim secutus tandē adhibita diligenti inuestigatione puto primum dictū non bene reprobari[d]: ⁊ sic qō sn̄ia lata in fauorē ecclesie non habito in actu litigandi consensu prelati teneat. Et primo moueor per tex. iuncta glo. notabili de qua ibi Bart. ⁊ alij faciunt magnum festū in.l.si tutor. C.in quibus cau.in integ.resti.non est neces. vbi patet ꝙ sn̄ia lata contra tutorē qui non cauit pro tutelari officio est nulla: q2 non habebat legitimam administrationem: ⁊ tamē gl. ibi dicit ꝙ si fuisset lata

sententia in fauorem pupilli tenuisset iure singulari.i.fauore pupilli: ar. illi⁹.l.non eo minus. Ecce ergo ꝙ ibi sententia erat nulla ex defectu potestatis q2 tutor non poterit administrare ex quo non cauerat: ⁊ tamē valet in fauorē pupilli iure singulari. ergo idē in ecclesia que vtitur iure minoris.de in integ.resti.c.j. Item quasi in terminis videt̃ pro hoc casus in.c.si qua de reb⁹.xij.q.ij. vbi ptꝫ ꝙ licet cōtractus gestus de reb⁹ ecclesie ea vacāte sit nullus[e] attamen si in fauorem ecclesie est receptum vt si cedat in vtilitatē ecclesie possit episcop⁹ postea creatus talem cōtractum in veritate nullū ex defectu potestatis habere ratū: ⁊ pro hoc vide bonā glo.in.c.j.ne sede vacāte. in verbo sede vacāte, que est notabilis ⁊ sing. ad hoc. Ad idem facit glo.in.l. si meter.§.hoc iure.ff.de excep.rei iud. que dicit ꝙ sentētia lata cū falso ꝓcuratore pōt haberi rata p dn̄m: siue sit lata pro dn̄o: siue sit lata contra dn̄m. l.iij.§.falsus.ff.rem ra.ha. ⁊ illā gl. sequit̃ ibi Bart. Sic ad ꝓpositū cū conuētus agat noīe ecclesie potest prelat⁹ illam sn̄iam ratā habere lꝫ a principio non cōsenserit. ex quo nūc vult cōsentire: ⁊ hec ratio concludit ꝙ potest haberi rata etiam iure cōmuni ⁊ hoc qn̄ deficit ex solo cōsensu epi. sicut sententia lata cū falso procuratore. Itē in casu preal. l.nō eo minus. sn̄ia erat nulla etiā ex defectu potestatis: q2 maritus ibi nō erat cōstitutus ꝓcurator ab vxore legitime cū vxor esset minor ⁊ nō interuenit autoritas curatoris. ⁊ sic non habebat potestatem deducēdi rem ad iudiciū: ⁊ tamē si sn̄ia est lata ꝓ minore tenet vt ibi. Cōcludo ergo oīa predicta ꝙ aut solū deficiebat consensus epi: vt q2 negotiū erat cōe: ⁊ conuentus egit noīe ecclesie: ⁊ tūc sentētia pōt haberi rata etiam iure cōi: vt.s̄.dixi in procuratore falso. Aut deficiebat autoritas epi: quia negotiū erat cōuentus, sed erat arduū, ⁊ tunc poterit haberi rata iure singulari. vt in iuribus.s̄.alle. Sed aduerte quia tex.in.l.non eo minus. ⁊.l.si tutor. loquit̃ qn̄ alius litigabat pro minore non legitime cōstitutus. ¶ Quid autē si ipse minor vel tutor erat in iudicio nō legitime cōstitutus: nūquid eo modo sententia lata pro eo valet: dico ꝙ sic eadem ratione: ⁊ hoc no. glos.in.l.j.C.qui leg.perso. stant in iudi.non ha. Et idē in ecclesia consimili ratione ⁊ ꝓ predicta sentētia quā teneo induco vltra[d] predicta istū tex. vbi papa mādat prouideri vt interueniat autoritas epi ne istis autoribus succumbentibus sententia non valeat et sic lis sopita re[e]stauretur: ⁊ sic aperte innuit quod si pro eis ferretur sententia non posset infringi. ex quo ergo prouidet tantum in vno casu videtur quod in alio nō possit lis restaurari. arg.c.nonne.de presumptio. ⁊ xxv.distin.qualis.

1 ☞ Clericus non potest iudicari a laico etiam qō laicus sit rex vel imperator.

2 Clericus etiā prime tōsure gaudet priuilegio fori. Priuilegio fori gaudent illi qui sunt de familia episcopi.

3 Clericus etiam prime tonsure potest deponi.

4 Crimina per que clericus est deponendus.

5 Clericus regularis nō perdit priuilegium fori: nisi sit degradatus.

6 Clericus quo casu est tradēdus curie seculari.28.

7 Judex ecclesiasticus nō debet seuire in clericos pena laicali nisi prius fuerit vsus pena ecclesiastica.

8 Eps de iure cōi nō pōt tenere officiales armatos.

9 Clericus traditus curie seculari potest puniri pena que placebit iudici seculari: ecclesia vero nō habet aliud facere.

10 Clericus quando dicatur esse legitime deprehensus in delicto.

Laicus pōt deprehendere clericū in facinore.1[?].12.

11 Casus in quibus licet verberare clericum sine timore excommunicationis.

Clericus suspectus de fuga potest capi sine metu excommunicationis.12.17.

13 Defendere sociū ab iniuria sibi inferenda licitum est.16. aliter si nō defenderet̃ presumeret̃ occultus socius in illo crimine.14.

15 Clericus vadēs de nocte potest capi a familia potestatis

qn̄ iu. vbi dicit qō ad hoc vt contra absentem nō citatum non feratur sentētia est introductum ad rigorem iuris conseruandū. ideo non valet lata pro absente, ita dicam⁹: ideo non valet lata pro capitulo. Nec ob. cum dicit do. Ab. ꝙ hic est text. qui dicit qō non valet si est lata contra capitulum: ergo secus si pro capitulo. pro certo istud est erroneum ex eo q2 ideo hic papa expressit si esset lata contra quia considerauit illō quod est verisimili⁹: q2 si esset lata cōtra capitulū eps contradiceret: secus si ꝓ capitulo. bal. tn̄ hic facit nouā considerationē q2 in.d.l.non eo minus. dicit̃ qō minor agebat cū maiore: sed hic ista duo collegia equiparātur duobus minoribus: ideo seruat priuilegiū l.sed ⁊ milites.ff. de excusa.tu. tenementi q2 est noua inuētio. and.bar.

d ¶ Nō bene reprobari. adde Fede. consi.xc.

e ¶ Sit null⁹. pondera q2 actus nō erat nullus. vide que dico in.c.cedoceri.de rescrip. itē dic quod ibi erat defectus consensus: hic erat defectus solum veritatis necessarie. And.Barba.

testatis.item in die ex iusta causa.

16 Captus ob suspitionem fuge non potest allegare incompetentiam iudicis.

18 Offendere licitum est etiam clericum in rebus recuperandis.

19 Clericus deprehensus an possit puniri absq̃ eo quod sit aliter conuictus.

Deprehensio in aliquo crimine an inducat notorietatem vel infamiam:et an sit sufficiens ad torturam.20.

20 Notorium delictum dicitur esse illud cuius populus est testis.

Laici possunt esse testes contra clericum infamatum:sed regulariter non.22.

21 Populi appellatione non veniunt clerici.

23 Excõmunicatio ⁊ anathema quomodo differãt.

24 Pene quas irrogat ius canonicum.

Laicus dicitur minister ecclesie: ⁊ debet eam iuuare in occurrentibus.

25 Excõicatio est pena contumacie non delicti.

26 Clericus homicida nõ punitur sanguine, sed detruditur in carcerem toto tempore vite sue.

27 Clericus tertio monitus non desistens ab enormitatibus,perdit priuilegium clericale.

29 Judex secularis nõ potest cognoscere an clericus qui dicitur depositus sit de foro suo si talis clericus obiecit de priuilegio suo, et si aliter non fuit declaratum per iudicem ecclesiasticum.

30 Quando periculum est in fuga possunt recipi testes ante litem contestatam,⁊ parte non citata.

31 Irregularitatẽ incurrunt prelati quando faciunt mori suos clericos in carceribus forte quia non faciunt prouidere de victu.

Cum non ab hoïe.

¶ Clericus depositus incorrigibilis cõprimitur per curiã secularẽ. hec summatio cõis non placet qm̃ videtur contra tex.vt ĩ.subijciã.ideo summo sic.Clericus depositꝰ incorrigibilis excõicandus est,⁊ successiue anathematizãdus:⁊ si sic nõ resipuerit,p iudicẽ sclarẽ cõprimẽdꝰ est.Cõis diuisio.scda ibi.cõsultatiõi.¶ Casus literalis. Clerici aliquãdo deprehẽduntur in furto,homicidio, vel periurio, vel alijs qbuscũq̃ criminibus. Queritur vtrum liceat regi vel cuicunq̃ iudici seculari eos iudicare. respondet ꝙ si clericus in quocũq̃ ordine constitutꝰ in furto,vel in alio quocũq̃ crimine fuerit deprehẽsus legitime ⁊ cõuictus ab ecclesiastico iudice deponi dz:⁊ si depositus incorrigibilis fuerit,suspendi debet. Deinde ɔtumacia crescẽte anathematis mucrone feriri:⁊ si postmodũ in profundũ malorum veniẽs contẽpserit cũ ecclesia nõ habeat quid vltra faciat tradendus est curie seculari:ita ꝙ ei deputetur exilium vel alia legitima pena inferat. Ber.

1 ¶ †No.j.ꝙ laicis qualitercũq̃ ⁊ quantacũq̃ fulgeant dignitate, nõ est licitũ iudicare de clericis. Vñ dicit glo.in.c.duo sunt.xcvj.dist.qd̃ nulla dignitas secularis similis est sacerdotio. ad idẽ.xj. q.j.sacerdotibꝰ.vbi tex.no.de imperatore loquẽs.

2 ¶ †No.ibi,in quocũq̃ ordine ⁊c.gaudere clericũ priuilegio fori,vt nõ valeat conueniri corã iudice seculari,etiã si sit prime tonsure[a] tm̃ ẜm Hosti.s. de eta.⁊ quali.c.cũ contingat. Jmo plus dicit,qd̃ verbũ clericis,hic sumit large : vnde cõprehendit personas ecclesiasticas que gaudẽt eodem priuilegio.xij.q.j.duo sunt genera.xvij.q.iiij.si quis suadente.ĩ.de senten.excõ.porro.⁊ idẽ videtur ẜm eũ de familia epi.arg.s.de offi.archi.c.si. vbi de hoc. Ego fateor ꝙ isti gaudent hoc priuilegio fori:vt plene dicã.ĩ.e.in.c.cũ venissent. sed nõ fuit de mente istius.c.illos cõprehendere[b] sed tm̃ habẽtes ordinẽ:quod patet per ea que tex.subijcit de depositiõe que nõ cadit in nõ habẽtẽ ordinẽ.

3 ¶ †No.ꝙ ratione delicti non solum venit deponendus clericus in sacris cõstitutus, sed etiã si est inferioris gradus cuiuscũq̃ sit ordinis. facit.c.ij.⁊ quod ibi no.de cle.excom.mini.

4 ¶ †Not.ẜm Hosti.quod pro furto,homicidio, ⁊ piurio, põt quis deponi: ⁊ sic p periurio[c] non solũ põt clericus priuari beneficijs:vt in.c.querelã.de iureiu.sed etiam deponi:⁊ ex his criminibus potest in multis alijs informari qñ exigãt depositionẽ:vt plene dixi in.c. at si clerici.s.e.

5 ¶ †No.ꝙ etiã depositꝰ p crimine causante irregularitatẽ vt est homicidiũ,nõ perdit ipso facto priuilegiũ fori:imo remanet sub iurisdictione ecclesie.lxxxj.di.dictũ.sed degradatio actualis ipso facto priuat omni priuilegio ecclesiastico.vt in.c.ij.de pe.li.vj.vel secuta irregularitate post depositionẽ ẜm formam hic traditam.

6 ¶ †Et not.bene ꝙ p simplici homicidio vel furto nõ tradit clericꝰ statim curie seculari:sz omnino vide qd̃ dixi in prealleg.c.at si clerici.loquitur em̃ istud.c.quãdo ecclesia potest cõdignam penitentiam imponere.si vero non potest,relinquitur de facto curie seculari : vt hic in fi.Jdẽ si non põt de iure:qr ita grauissimũ est delictũ qd̃ non habet condignam penã. arg.in.c.j.de homi.lib.vj.⁊ dixi plene in prealleg.c.at si clerici.

7 ¶ †No.qd̃ dicitur contemnere qui sepe monitus nõ vult ab actu illicito desistere[d]. ¶ Not.ibi cum ecclesia non habeat ⁊c. ẜm Hosti.nõ esse vtẽdũ tpali gladio nisi premisso spũali.ad idẽ de her.c.excõmunicamus. §.j.de homi.postulasti.de cle.excõ . mini.c.ij.non em̃ debet vti gladio alterius anteꝗ̃ vtatur suo.⁊ idẽ dicendũ de iudice seculari.de quo per Hosti. in sum.de treu.⁊ pace.§.quid sit iustũ bellũ. ⁊ per hoc in questione facti:dixit do.Ant.iudicẽ ecclesiasticũ nõ posse arctare secularẽ iudicẽ ad carcerandum clericos, nisi habeat potestatẽ carcerandi clericos ⁊ carceres habiles ad custodiendum ⁊ detinẽdũ.ad hoc.c.administratores.⁊.c.pncipes. xxiij.q.v.et.c.si imperator. ⁊.c.duo sunt.xcvj.dist. ⁊ facit.c.j.de offi.or.

8 ¶ †An aũt eps possit habere de iure cõi officiales armatos,[e] alias interrogatus in.q.facti respõdi ꝙ nõ.ar.in iuribꝰ prealle.⁊ dicã plene in.c.significasti.de off.de.

1 **Ad aures.** ¶ † Iudex a quo pōt prefigere terminū appellanti ad ꝓsequendam appellationē quo lapso reassumit iudex iurisditionē. Et aduerte q2 istud ca. non est ex toto superfluū. nā loquiẗ in delegato de quo non habemus tex. ita apertū. Et ex hoc ⁊ ex tex. not. ꝙ nō solū ordinarius sed etiā delegatus pōt prefigere terminū appellanti restringendo terminū iuris s̄m dispositionē. c. cū sit romana. s. e. Sed circa hoc moueo notabile dubiuꝫ pone ꝙ delegatus detulit appellationi ⁊ p̄fixit terminuꝫ appellāti nūquid appellatore nō prosequente possit delegatus reassumere iurisditionem ⁊ sic habet locū iste tex. etiā vbi delegatus detulit appellatiōi dubium facit. c. cū appellationibus. e. ti. li. vj. vbi dicit ꝙ per delationē abdicata est iurisditio a iudice deferēte. Sed vide gl. no. in. d. c. cum appellationibus. que determinat contrarium: ⁊ vide plenius per do. de Ro. deci. cccl.

1 ☞ Appellatio pōt interponi per alia verba q̄ appello: puta si dixerit submitto me protectioni talis dummodo seruentur illa que requiruntur in appellatione. 3. 5. 6.

2 Solennitas verborum si non requiritur in aliquo actu sufficit q̄ō exprimatur effectus rei.

4 Attentata post ⁊ cōtra appellationem extraiudicialem sunt ipso iure nulla.

7 Prelatus an possit esse iudex inter ipsum ⁊ subditū dum agitur de causa subiectionis. an causa vero ecclesie sue potest esse iudex. 8.

8 Iudex an aliquis possit esse in causa quando eius cōmodum saltē in cōsequentiā venit applicandū ipsi iudici. 10.

9 Suspitio iudicis si non allegetur procedit iudicium coram eo factum.

10 Iudex q̄n possit cognoscere an sua sit iurisditio.

11 Iudex a quo potest cognoscere de iustitia appellationis ad hoc vt sciat an debeat deferre vel non.

12 Sententia lata sine cause cognitione: est ipso iure nulla. Excommunicatio debet ferri cum cause cognitione: tamen lata sine tenet.

1 **Ad audientiam.** ¶ † Qui se ⁊ sua ꝓtectioni pape submittit licet verbū appello[d] non exprimat itelligiẗ appellasse. Uel summa meliꝰ sic. Si ꝓcedēte grauamine qs submittit se protectioni superioris habeẗ ꝓ appellāte dūmodū seruauerit ea q̄ in appellatiōe sunt necessaria. ita limita. Primo narrat factuꝫ. Scđo dat iudicē ibi: lꝫ aūt. ¶ Casus lr̄alis. Ecclesia sancti Jacobi zamoreñ. subest ecclesie ꝯpostellane. ep̄s zamoreñ. multipliciter molestabat. G. p̄sbyterū dicte eccl̄ie sancti Jacobi. zamoreñ. ꝓpter q̄ō idē p̄sbyter se ⁊ ecclesiam suā sub ꝓtectiōe do. pa. supposuit. sꝫ p̄fatꝰ ep̄s nihilominus post inuocatū se. apost. patrociniū q2 forte verbū appellatiōis nō expressit dictū presbyterū excōicanit propter ꝙ idē presbyter do. pa. fuit conquestus. Respondit pa. lꝫ p̄dictꝰ p̄sbyter ex simplicitate v̄borū appellationis nō exp̄ssit tn̄ ex quo se ⁊ sua sub ꝓtectiōe apostolica subiecerat sine cāe cognitiōe nō debuit aliqua sn̄ia ꝯdēnari: vn̄ mandat quatenus si cōstiterit ita esse sn̄iam quā p̄dictus ep̄s tulit in eundē p̄sbyterū denunciat nullam esse. Bern.

---

[a] ¶ Per duos testes. adđ q̄lr̄ ꝓbetur infamia: ale. cōsi. lxiiij. ij. libr. zacharias.

[b] ¶ Propter solā infamiā. adde ro. sing. suo. cccccvj. ici. fuit a me q̄sitū an infamia ꝑuet. Sebasti. Sapia.

[b] ¶ Infamiā. An infamia ꝑuet aliquē bn̄ficio acq̄sito. Item an ꝑuet honoribꝰ ⁊ dignitatibꝰ. vide Feli. post abb. in. c. q̄relam. co. ij. s. de iureiuran.

[c] ¶ Consuetudo. adde ꝙ Fed. ꝯsi. cv. dicit ꝙ valet ꝯsuetudo ꝙ sine iuris ordine ex leuibus causis religiosi viri ex suis locis de administrationibus admoueantur. zacharias.

[d] ¶ Uerbū appello. Adde Lanfr. de oria. i. c. q̄m. ꝯ. §. iterlocutorie ⁊ appellatiōes. nu. 41. ver. sequiẗ aliqua videre. ⁊ ibi in apo. Bene. vadi. s. de proba.

¶ † No.j.ꝙ vbi ad certū actumᵃ explicandū non est ꝓfixa solennitas
verboꝝ sufficit exprimere cōceptū ꝛ effectū rei:licet nō exprimāt ꝓ
pria verba illi actui cōformia.pro hoc qꝛ verba deseruiūt intētioni ꝛ
non econtra.vide bo.tex.in simili.in.c.in his.j.de ver.sig.secus vbi so
lennitas verborum requiritur.l.j.ff.de verb.ob.facit.c.pe.ꝛ qđ ibi dixi
de iureiur. ¶ † Scđo no.ꝙ submissioᵇ ꝓtectionis ꝛ appellationis pa
ri passu ambulant.qđ intellige qñ in submissione exprimuntur ea que
requiruntur in appellatione.vt.j.latius dicā. ¶ † Ultimo no.ꝙ atten
tatum post ꝛ contra appellationē extraiudicialē est ipso iure nullū.de
quo plenius dixi in.c.consuluit.s.e. ¶ In gl.in ver.nostre protectioni
ibi de generali protectione ꝛc.Uel dic melius post Hostié.ꝙ ꝫrium
loquit cū papaᶜ per suas lr̄as recepit aliquos sub ꝓtectione sua quo
casu nō intendit eos eximere.c.recepimus.j.de priuile.hic loquit qñ
quis in certa causa submittit se ꝓtectioni apostolice ꝛ postea arripuit
iter ad sedē apostolicā.tūc eñ hꝫ vim appellatiōis:vt hic. ¶ † Et quā
uis Inn.multū inuolute in hoc insistat an ꝛ qñ submissio ꝓtectionis
hꝫ vim appellationis:tñ ꝓm mentem doc.facio istam cōclusionem ꝙ
vbicunqꝫ in submissione protectionis seruant̄ ea que seruari debēt in
appellatione:tūc talis submissio hꝫ vim appellationis:qꝛ nō est fien
da vis in verbis ex quo cōstat de intētione:vt hic ꝛ in.c.petitio.de ꝓ
cu.ꝛ ideo si quis appellare vult ante sententiam in iudicio dꝫ causas
exprimere.vt in.c.vt debitus.j.eo.apostolos petere.vt in.c.j.eo.tit.lib.
vj.si hec ꝛ similia seruat non est vis an dicat appello vel submitto me
protectiōi apostolice.Et idē dic qñ appellatur extraiudiciū vel post
sententiam vt semper seruentur ea que sunt necessaria ad illam appel
lationem. ¶ † Sed circa hoc ꝛ ex tex.dubitatur nunquid idem sit in
eo qui submisit se ꝓtectioni alterius citra papā.Host.ꝛ cōiter doc.ꝙ
sic ex quo ille est iudex appellationis qđ satis mihi placet:qꝛ est eadē
ratio in alio iudice ad quē est in papa pro hoc facit gl.in.c.j.e.tit.li.vj.
¶ In gl.pe.pro intellectu gl.oppo.videtur eñ ꝙ etiam cum cause co
gnitione non potuisset iste eṕs procedere contra appellationem:qꝛ
suspensa est eius iurisditio:vt in.c.non solum.eo.tit.lib.vj.Sol.glo.vt
arbitror metu contrarij supplet cum cause cognitione delegata a pa
pa quasi per se non potuisset cognoscere an appellatio fuit iusta vel
iniusta.Sed certe hec opiñ.gl.licet sit vera in se non tñ est verisimilis
qꝛ papa non remitteret causam appellationis ad iudicem a quo per
eum cognoscendam:vt.s.c.proxi.ideo extra gl.alij.supplent ad text.
maxime. ¶ Uel tertio dic ꝙ papa posuit hoc verbum ad magis ag
grauandum negotium.Item narrauit prout in facto cōtingit.Faten
dum est ergo ꝙ etiam cum cause cognitione non potuisset cognosce
re de iustitia appellationis nec de principali pendēte articulo appella
tionis:vt in.d.c.si a iudice.sed certe hec gl.ponit etiā aliam rationem
dicens ꝙ iste non potuisset cognoscere etiam alio respectu:qꝛ non po
terat sibi dicere ius.C.ne quis in sua cā.l.vna sed Io.and.multū breui
ter ꝛ obscure videt̄ approbare hāc vltimā lec.dicens hanc rōnem esse
falsam nisi referat̄ ad ꝓrimum dictū gl.quasi sentiat iudicem nō pos
se cognoscere an sua sit iurisditio qñ fuit ab eo appellatum:vt dicitur
in prin.gl.qꝛ ista cognitio spectat ad iudicē ad quem:vt habet̄ in.c.di
lectus.de rescri.quasi dicat secꝰ si nō fuisset appellatū.ꝛ tunc possit iste
eṕs cognoscere an sua iurisditio per iura generalia.sed.d.Ant.intel
ligit rōnem gl.generaliter etiā vbi nō fuisset appellatū:qꝛ hic conten
debatur non de nudo exercitio iurisditionis:sed de proprietate iuris
an iste ꝓsbyter eēt subiectus eṕo.ꝛ sic cōmodū cōsecutiue venit appli
7 candū iudici. ¶ † Ex hoc dicto do.Ant.nota duo primo ꝙ vbi est cō
tentio inter ꝓlatū ꝛ subditū super iure subiectiōis nō pōt ꝓlatus esse
iudex:qꝛ suspectus est cū multa veniant sibi cōmoda applicāda rōne
8 subiectionis. ¶ † Scđo not.gñaliter ꝙ vbi aliquod cōmodū saltē in
consequentiā venit applicandū iudici non potest in dubio cognoscere
an sua sit iurisditio.vide Inn.qui videt̄ primū dictū voluisse in.c.ve
nerabili.de censi.ꝛ in.c.ex parte.de ver.sig.ꝛ sic transit do.Anto.hic.et
ibi attingit istā materiā ꝛ maxime in.c.super literis.de rescrip.Sed
cōtra hoc dictū multū vrget tex.in.c.cū ꝓsona.de priuil.li.vj.vbi spe
cifice disponitur ꝙ subditus allegās exceptionē dꝫ eam ꝓbare corā
eṕo.ꝛ gl.ibi apertissime est contra hanc opinionem do.Anto.dicen
do ꝙ eṕs est ibi iudex:tum qꝛ ista cā nō est ꝓpria sed ecclesie.ꝛ in cau
sa ecclesie prelatus pōt esse iudex.j.q.v.si quis erga.tñ qꝛ ibi dubitat̄
de iurisditiōe:ergo cognoscet an sua sit iurisditio. Ad soluendū has
opi.primo dicerē in.c.cū persone.ꝙ ibi sit probatio corā eṕo de exce
ptione nō vt iudicet super ea:sed ad instructionē suā vt cognoscat an
interim debeat ꝓcedere cōtra subditū:ꝛ sic saluabitur dictum huius
9 gl.do.Ant.ꝛ Inn.sed hoc est cōtra gl.illius.c. ¶ † Scđo potest dici
vt intelligatur ꝙ posset esse iudex salua tñ recusatiōe sicut dicimus in
patre qui potest esse iudex in cā filij.iij.qđ.vij.§.tria.l.in priuatis.ff.de
iud.ꝛ tñ pōt recusari vt suspectus.ꝛ vt no.in.c.cū cōtingat.de fo.ꝯpe.
ita in ꝓlato i cā ecclesie.vt dicā.j.in.c.postremo.Tertio pōt dici ꝛ me
lius ꝙ superiꝰ posset esse iudex in cā exceptiōis qm̄ cā est ecclesie.non
10 eñ habet dñium iure ꝓprio. ¶ † Sed vtrū poterit recusari puto at
tendēdā ꝗtitatē.ꝛ numerū sibi ꝯsecutiue applicādoꝝ ꝑ illū subditū
ꝛ qualitatē ꝓsone iudicis:non eñ est verisimile ꝙ vnus eṕs daret sen
tentiā iniustā si recepturus est tm̄ a subdito quid modicum.secus vbi
esset magna quātitas vel maximus honor immi
neret sibi.ad hoc.c.ꝛ si qōnes.de simo.ꝛ sic cōclu
dere in quolibet iudice cui cōmodū sportularūᵈ
esset applicandū vt ꝓm quātitatem ꝛ qualitatē
ꝓsone iudicet̄ suspectus vel non suspectus in co
gnoscēdo an sua sit iurisditio.ꝓm hanc diffinitio
nem intelligerē gl.ꝛ doc.in.l.de iure.ad muni.ff.ꝛ
in.l.ij.ff.si qs in ius vo.per Bar.ꝛ per canonistas
in.d.c.sup literis.Nam gl.ꝛ Bar.indistincte vo
luerūt vt iudicet̄ suspectus ꝓpter cōmodū spor
tularū.sed ꝓmissa distinctio est equior. ¶ † Ulti
mo scias iudicē a quo posse cognoscere de iusti
tia appellationis ad instructionē suā vt sciat an
debeat deferre vel ne.no.Inno.in.c.pastoralis.§.
ꝓterea.de offi.deleg.sed cōditionaliter nō potest
cognoscere in preiudiciū appellationis:qꝛ hoc
spectat ad iudicē ad quē vt dixi.ꝛ sic itellige pri
12 mum dictū gl. ¶ † Ultimo opp.contra tex.in eo
ꝙ papa mandat inquiri de appellatione ad effe
ctum denūtiandū sniam esse nullam.videtur eñ
qđ sine qualibet appellatione ista snia erat nulla
tanꝗ lata sine cause cognitione:vt in.c.ecclesia
sancte marie.ꝛ ibi gl.de ꝯsti.ꝛ in.c.tum ex literis
de in integ.resti.ꝛ ꝑ Bar.in.l.prolatam.C.de sen.
So.dic ꝙ iste presbyter prosequebat̄ illud attē
tatum per viam appellationis.ideo debebat ꝓ
bare id ꝙ erat cā sue intentionis scꝫ appellatio
nis non tñ sequitur quin attentatum sit nullū.vñ
eo succumbente in causa appellatiōis posset iste
ꝓsequi per viam nullitatis vt dixi.in.c.j.s.eo.Fa
cit iste tex.ad vnum intellectū quē ibi dedi.facit
c.exhibita.de in.ꝛ ꝙ no.in.c.ex parte ade.de testi.
vel dic ꝙ procedit hoc.c.in sententia.f.excom
municationis que licet sit ferenda cum cause co
gnitione.vt in.c.nemo.ij.q.j.lata tamen sine ea te
net vt ibi.ꝛ in.c.sacro.j.de sen.excom.

1 ☞ Iudex ordinarius vel appellationis non po
test a se abdicare onus iudicandi.
2 Appellationi potest renuntiari ꝛ ad iudicem a
quo reuerti ex consensu vtriusqꝫ partis:non aūt
vnius.
3 Pluralitas quo casu resoluat̄ in singularitatē.
4 Renuntiari non potest appellationi a diffiniti
ua.sine consensu appellati:secus ab interlocuto
ria:ratio ponitur hic.
Appellatus potest prosequi appellationem in
uito appellante a diffinitiua,secus ab interlo
cutoria.

ACcepta. Causa nō est ad iu
dicē a quo remitten
da appellatione adhuc non iustifica
ta nisi de partiū consensu:scđa pars
ibi:nō dꝫ. ¶ Primo not.vnā regulam ad quam
quotidie iste tex.alle.ꝙ appellās nō tenetur redi
re ad iudicē a quo licet iudex ad quem hoc pre
cipiat nisi cōstaret de iustitia appellatiōis vt in
c.vt debitus.j.eo.ᵉ ¶ † Scđo no.ꝙ non est in fa
cultate iudicis ad quē recipere appellationem
vel ipsam renuere.sed si est iusta tenet̄ eā admit
re:ratio qꝛ iudicare est munus publicū cui renun
ciari non pōt.l.munera.§.iudicandi.ff.de mun.ꝛ
ho.nec pōt iudex.quantūcunqꝫ ordinarius a se
abdicare onus iudicādi.l.legatus.ff.de off.presi.
2 ¶ † Ultimo no.ꝙ partes cōi cōsensu possunt re
nunciare appellationiᶠ ꝛ redire ad iudicē a quo.
Nunquid hoc procedat si iudex detulit appella
tioni.vide qđ no.eo.tit.li.vj.cū appellationibus.
¶ In gl.ij.in fi.hāc opi.sequitur Io.an.ꝛ cōiter
doc.qꝛ de hoc videtur tex.in.d.c.interposita al
leg.in gl.vnde ponitur hic ꝑ singulari ꝓm Ioā.
3 and.Simile in.c.vt priuilegio.de priuile. ¶ † Et
no.pro statutis vt pluraleᵍ resoluatur in singula
re qñ ex pluralitate sequit̄ absonus intellectus
vel iuri cōtrarius.Sed saluando tex.puto posse
dici ꝙ partium cōsensus requiritur ad hoc vt li
bere stat remissio ad iudicem a quo sine alia con
dēnatione expensarum qñ adest cōsensus appel
lantis tm̄ fit condemnatio expensarū.ꝛ hoc casu
loquitur.c.iterposita.§.ille.ꝛ dic plenius de hoc
articulo.vt.j.dicetur.

Sebastia.Sapi.
¶ Certū actū.v.
de Bal.in.l.ij.C.
ꝯmoda.ꝛ in rub.
C.d iure emphy.
vbi tradit qđ in
quolibet actu cō
siderat̄ effectus ꝛ
ꝙ dispositio po
tius ab effectu ꝗ
ex verbis ꝓlatis
iudicatur.

¶ Uide h̄ ꝑ do.
Phi.de peru.et
do.i.c.cordi.i ꝓn.
in.iij.colū.ver.qd
si subditꝰ.e.tit.in
vj.ꝛ idem est si di
cat ꝯmitto me iu
risditiōi superio
ris ꝓꝫ Bal.i aut.
si qs litigātiū.cir
ca ꝓn.d epi.audi.
¶ Adde eundē
Bal.cōsi.cccviij.
iij.li.vbi cōsuluit
in facto.

Sebasti.Sapia.
¶ Cuꝫ papa.qd
iportēt ista vba
recipere aliqueꝫ
sub ꝓtectiōe d cla
rat.d.And.sicu.i
ꝯsi.j.in.iiij.volu.
Ange.in.l.j.C.de
excusa.mu.lib.x.
Bar.in ꝑe.ffoꝝ.i
ꝓn.col.iiij.versic.
Itē dr hic.And.
sicu.late.in consi.
lxij.vo.iiij.ꝛ in cō
si.xj.col.vij.in.ij.
vol.Are.in cōsi.
clxv.col.iiij.soc.
pulchre i ꝯsi.lxx
iiij.col.vij.ꝛ Fel.i
c.postulasti.colū.
iiij.s.de fo.cōpe.

¶ Sportularū.
Adde Fran.are.
consi.cvij.

¶ Iunge hic id
ꝙ dt in hoc i.c.fi.
in ver.vlti.opi.ꝛ
habebis reg.cuꝫ
duabꝰ limitatiōi
bus.ꝛ vide hic.d.
Phi.de peru.

¶ Appellatiōi.
Adde quod no.
Ro.cōsil.cccccj.

Sebasti.Sapia.
¶ Ut plurale.vi
de ad hoc multa
per alexā.in.l.qui
ꝗrtā.§.j.ff.d.le.j.
ꝛ in.l.si seruꝰ.§.si
pluriuꝫ.ff.si quis
cautio.ꝛ latius ꝑ
Feli.in.c.oēs le
ges.in princ.j.di
stinc.ꝛ Geor.nat
tā.in repe.c.quā
uis.colū.xlvj.in
iiij.qđ.de pactis
libro.vj.

Additio. Uel dic dando aliū nouū intellectum ꝙ iste potest intelligi in appellatione a diffinitiua a qua nō pōt appellans resilire sine consensu appellati cū sua interſit: vt patet in seq.q.

Additio. ¶ †Sed cōtra hunc intellectū cōem op. vr̄ em̄ qđ sufficiat cōsensus appellātis tñ: qr sicut actore nō pſequēte in pma instātia pōt reus pſequi eo inuito. vt in.c.cām. de do. ꝛ contu. ꝛ in aut. q semel. C. quō ꝛ qñ iu. Ergo idē dicēdū in casu nr̄o vt inuito appellatore possit appellat⁹ pſequi maxime cū videat idē esse in appellatiōe a diffinitiua: vt ptʒ.ij.q.vj. appellatione, cessante. ꝛ in aut. ei q. C. de tē. ap. Sol. pōt dici aliud esse in appellatione ab interlocutoria aliud in appellatione a diffinitiua vel a pſecutiōe prioris instātie: qm̄ in appellatiōe a diffinitiua pōt appellatus pcēdere inter esse: forte em̄ vult repetere reformationē ipsius snīe iuxta ea q̄ dixi. ʒ. sup rub. vel habere cōfirmationē ipsius snīe ad maiorē autoritatē. Idē est in processu prioris instātie. Nā interest rei cām semel decidi ne sepius possit verari. arg. l. diffamari. C. de inge. ma. ꝛ c. cōquerente. de offi. or. sed in appellatiōe ab interlocutoria nullū interesse potest pretendere appellatus si appellans non vult prosequi cū cā redeat ad priorē iudicem quē ipe suspectū nō habet ꝛ lis citius decidetur. ¶ Ultimo. op. cōtra ter. de. c. ad reprimēdā. de offi. or di. vbi excōicatus appellās remittitur absoluendus ad iudicē a quo. ꝙ dicunt doct. ꝛ bene ibi loquitur in absolutiōe fienda in qua appellās grauari non pōt a iudice a quo. sed hic prohibet remissio cognitionis cause in qua posset grauari per iudicē a quo cū semel eū grauauerit. arg. in regula semel malus. de reg. iur. lib. vj.

☞ Clausula appellatione remota posita in cōmissione cause: non tollit quin iudex possit ex aliqua iusta causa recusari.
Iudex tam delegatus ꝙ̄ ordinarius quibus casibus recusari possit. 3.
Consanguinitas ꝛ affinitas vsq3 ad quem gradum faciat iudicem suspectum.
Suspicio iudicis non pōt allegari qñ est vtriq3 parti in pari gradu coniunctus.
Iudex an possit allegari suspectus si est consanguineus impetrantis: tamen causa non est impetrantis sed alterius.
Prelatus licet possit esse iudex in causa ecclesie sue tamen potest allegari vt suspectus.
Suspicionis causa si fuit allegata corā indice: q̄ corā arbitro non potest probari: non potest amplius allegari.
Causa appellationis si fuit vna allegata et alia probata non excludit appellantem.
Affines ꝛ consanguinei an indistincte possint recusari tanꝙ̄ suspecti.

Postremo. Delegatus etiā cū clausula appellatiōe remota recusari pōt si est cōsanguineus impetrātis vel si fuit aduocatus eius in illa causa. nō dnidit. ¶ Casus literalis. Dicit hic ꝙ si iudex delegat⁹ sit cōsanguineus ipetrātis vel fuerit aduocatus in eadē cā vel alia iusta causa suspectus pōt legitime recusari lʒ sit ei cā cōmissa appellatiōe remota. B.

¶ †No. s. dictū notabile ꝛ menti cōmendanduʒ ꝙ remotio appellationis in certa cā fctā nō tollit facultatē recusandi iudicē ex iusta cā. Ex quo infertur ꝙ appellatio ꝛ recusatio nō per oia equiparantur ad remotionē ergo appellationis non sequitur remotio recusationis ex iusta causa qđ procedit etiā de iure ciuili ſm Jo. an. hic ꝛ bene alleg. l. vnicā. C. ne in vna eadēq3 causa. canoniza ta.ij.q.vj. si quis in quacūq3. Ego ad hoc dictum alleg. gl. ꝛ Bar. in. l. j. ff. a qui. ap. non lʒ ꝛ vide qđ dixi in.c. super eo.ij. ʒ. eo. faciunt rationes ibi allegate. vbi vide. ¶ †Scđo no. ꝙ consanguinitas est sufficiēs causa recusandi iudicem delegatū vt suspectum. tene menti hoc quia idem puto in ordinario consimili rōne. Idem dic de affinitate vt si iudex est affinis alterius ptis. vt no. Spe. in tit. j. §. superest. ver. qđ si non est. Facit. l. aut affinitate. ff. de pcur. vbi potest remoueri si cōtraxit affinitatem cū aduersa parte. Tradit Tancre. nota bilem regulā ꝙ omnis causa sufficiēs ad remouendū pcuratorem seu arbitrum est sufficiēs ad recusanduʒ iudicē. Pro hoc dicto facit qr ex facili causa potest recusari iudex. vt no. gl. in. c. cum R. de offi. deleg. ꝛ. l. aptissimi. ꝛ. l. cuʒ speciali. C. de iudi. dicam plene in. c. cū spāli. j. eo. ¶ †Scđo e is qui fuit aduocatus in causa potest recusari si datur iudex in eadem: nec mirum qr iam manifestauit animū suū. Itē est affectus ad illā causam rōne aduocationis suscepte. nam is qui in causa consuluit potest recusari vt suspectus si deputatur iudex. pro hoc ter. in. l. ptor. ff. de iurisd. om. iu. Uide Inn. in. c. irrefragabili. de offi. or. ꝛ pondera ter. dum dicit in eodem negotio secus in alio negotio ſm doc. ꝛ bene. Ex quo infero ꝙ eum q fuit aduocatus vel pcurator meus in vna causa possum impetrare in iudicem in alia cā sine metu recusatiōis. ¶ †In gl. j. ibi, ꝛ succederet et videt gl. cōcludere ꝙ vsq3 ad illū gradū possit iudex recusari vsq3 ad quē admittitur successio abintestato. Sed inquātū gl. dicit ꝙ vsq3 ad septimū admittitur successio: licet doc. simpliciter trāseant nō credo glo. verū dicere qr admittitur successio vsq3 ad decimū tam iter agnatos ꝙ̄ cognatos. ter. est cum gl. insti. de succes. cog. in fine. Sʒ quo ad principale dictū gl. dicit Jo. an. considerādū vtrū sit de eadē domo seu stirpe masculina ꝛ ſm hoc iudicabitur suspectus vel ne. Uidemus em̄ in tuscia ſm eum ꝙ offense vindicātur in oibus qui sunt de eadē domo seu stirpe masculina lʒ excedant septimū gradum. ꝛ satis vr̄ dicendū ꝙ in hoc cōsiderer cōsuetudo regionis. nam in aliqb⁹ f locis affectio cōsanguinitatis ꝛ affinitatis extenditur q̄si in infinitū: in aliqb⁹ vsq3 ad certū gradū tm̄: cum ergo rōne affectionis duntaxat cōsanguineus repellat debemus cōsiderare an duret affectio in cessante cōsuetudine multū plʒ dictū glo. iuncto dicto Jo. an. vt inter agnatos ꝛ cognatos extendatur qđ hic dr̄ vsq3 ad septimū gradū in quo admittit successio abintestato. lʒ in his qui g sunt de stirpe masculina admittit recusatio indifferēter. Nam videmus ꝙ sola origo eiusdē loci qñq3 pstat iustā cām recusandi iudicē vt i.c. accedens. el. ij. ʒ. vt lit. nō cōte. fortius idē dicendū in his q sunt de eadē stirpe masculina nā pꝑter idē cognomē semp durat affectio inter eos. ¶ †Et p pdicta puto sane intelligēdū ꝙ sequit i seqē ti. q. gl. in eo qđ dicit cōsanguineū equaliter non vt suspectuʒ recusari: qr par affectionis cā suspicionē remouet ꝛc. dʒ em̄ intelligi ꝙ vtriq3 parti e eodē seu pari gradu attinet: tūc enim est par affectio. ꝛ hoc clare sentit gl. in rōne sui ꝛ per illud verbū equaliter ꝛc. secus puto vbi vni attineret in primo gradu puta quia frater: alteri in quarto vel vlteriori gradu tunc enim non est par affectio circa fratrem ꝙ̄ circa aliū remotiorē. arg. in c. literas. de pſumptio. ꝛ c. accedēs. el. j. in prin. vt li. nō cōtest. Nam omnes hoies sunt cōsanguinei cū descēderint ab adam. vt le. ꝛ not. in. l. vim. ff. de iusti. ꝛ iu. sed ratione proximitatis presumitur maior affectio vt hic.

Additio. In ea. gl. ibi: in fi. vide multos casus iuste recusandi iudicē per Jo. an. c. legitima. eo. tit. li. vj. dicā plene in. c. cū spāli. j. e. ¶ †Extra gl. q̄ro qđ si iudex est cōsanguineus ipetrātis. cā tñ nō est pꝑrie impetrantis sed ecclesie sue: nunqđ possit recusari vt suspectus p aduersam ptē. Egi. ꝛ Spe. ꝙ nō. vt no. in. Spe. e. tit. in. §. superest. ver. qđ si prelatus Jo. an. tʒ cōtrium p. c. insinuante. de. offi. dele. ꝛ illū ter. semp reputaui singularem. in hac materia ꝛ optime facit in simili. c. accedens. ij. ꝛ qđ ibi dixi. ʒ. vt lit. nō cōtest. ꝛ illud. c. insinuāte. soleo allegare ad aliud dictū multū notandū ꝙ lʒ platus possit esse iudex in cā. ecclesie sue. ij. qđ. vij. §. si quis

ergo. ꝛ

¶ Consanguinitas. Qualis aūt re grat ꝛ vsq3 ad quotū gradū vid̄ hyp o. de marsi. sin. cxxxiij. inci. affinitas repellēs. dixi i apo. ad istū n. c. in lris. nu. 5. nver. familiares ʒ. de testi. Anto. Francis.

¶ Et que sint ille c ause ex qbus iudex pōt recusari. vid̄ p Jo. an. in. c. legitima. d ap. li. vj. ꝛ in. c. ij. requiris. ꝛ i. c. cū spāli. de ap. ꝛ q̄ sint ille cause ex qb⁹ pt remoueri procurator post lit. cōtestatā. hr̄ i. l. post litē ꝛ in. l. an̄ litē. ff. de pcu. ꝛ in. c. j. de pcur. li. vj. ꝛ no. docto. i. c. postremo. de ap. ꝛ an iudex possit post cōclusionē in cā recusari. vt suspect⁹. vide Lap. tenētē ꝙ non in. c. iudex. de offi. leg. li. vj. ꝛ d. Ant. in. c. cū dilectus. de cau. pos. ꝛ proprie.

¶ Adde an iudex affinis possit vt suspect⁹ recusari. ro. cōs. lxviij. ꝛ vide Cal. cōsil. vij. eo. tit.
Sebasti. Sapia.

¶ Ois cā. Uide Pe. de anc. in cō si. cclxxiij. inci. sub tiliter ꝛ ad plenū ꝛ aler. in cōs. ciiij. inci. circa primū. col. j. in. v. vol. ꝛ ꝙ ille qui fuit aduocatus in cā posse recusari tradit. Areti. in cōsi. xx. inci. in qōne. in fi. zacharias.

¶ Aduocat⁹. ad de Lāfr. de oria. in. c. qm̄ ʒ. §. recusatiōes. nu. 1. ver. itē pōt ordinari⁹ ꝛ ibi in apo. cel. in ver. pcedentis ad uocationis. ꝛ ibi alie cause p quas iudex recusatur. ʒ. de proba.

¶ Uide ꝙ i fi. dicūt doc. in. l. q iurisditiōi. ff. de iurisdi. om. iu. ꝛ dr̄ hic. d. bar. de bel. aduertēdū eē qr forte posset dici ꝙ recusatio nō pcedat nisi vsq3 ad q̄rtum gradū qr a successio nō vr̄ pce dere iure cano nico nisi vsq3 ad il gradū. gl. i. c. reg sisti. de test. ꝛ ē gl. i. c. j. ꝛ. ij. q. iij. ꝛ dr̄ ꝙ pꝓhibitio. d. l. q iurisditiōi. nō ex tēdit nisi vsq3 ad quartū gradum scđm doc. ibi.

¶ Facit ꝙ in fili signāter dr̄ bart. i. l. q testē. §. ꝙ at ff. de test. i pe. col. ꝙ lʒ fr̄ nō possit eē testis p frē sal tē i cā criali fallit nisi esset iter ipos frēs: facit ēt qđ no. i. l. p doc. i. l. q iurisditioni. ff. de iurisd. om. iud. vbi lʒ iudex nō possit dicere ius i cā suo rū fallit qñ eēt iudex iter duos pariter cōiunctos q3 par affectio oēm suspitioneʒ tollit l. nō solū. §. dyno ꝛ ibi no. bar. ff. de ritu nupt. gl. ij. q. j. bar. i. l. extraneo ff. de. q. p illū ter. quē legit sub. l. re peti. ff. de q̄stio.

¶ Uel qr cū alte ro eēt ēt cōiunct⁹ maiori conuersatiōe qr tūc nō excluderet suspicio vt in fi. dicit bal. in. l. parentes. C. de testi.

¶ An cōsanguineus in cā ecclie cōsanguinei possit recusari. adde h ter. ꝛ gl. in. x. ꝛ iudicē. in. §. tria cir. si. iij. q. vij. ꝛ ꝙ no. doc. i. c. cū cōtingat sup vl. gl. de fo. cōp. it. in vj de de hoc p do. Ant. i. c. insinuāte. de offi. dele. Et p Domi. i. c. iudex in. j. col. de offi. de leg. in. vj.

An teneat recusatio ex vna causa alia tñ corā arbitro pbata. z ad hoc bene facit.c.abbate sane.circa fi.de re iud.in.vj.z qd not.do. Ant. in.c.cū cōtingat.in vlt.col.de offi.dele.z optime tex.in cle.appellanti. de appe.in fi.vbi recusari pōt iudex.ptextu ingratitudinis.ad hoc facit q no.do. Ant.in.c.accedens.el.j.in.iiij.col.vt lit.non contesta.

ergo.z qd no.in.c.cū persone.de priui.li.vj.tñ recusari poterit vt suspectus.nam si cōsanguineus psumit habere affectionē ad cāz rōne sanguinis fortius ipse plat' vr habere maiorē affectionē: tū qr est sponsus vel filius ecclesie:tum qr honor aut emolumentū ɔsecutiue ipm attingit.de hoc pleni' dico i.c.cū venissent.de iudi. vbi vid. facit ista lrã q indistincte loquit. †Ultimo qro qd si allegaui vnā cām suspitiōis dūtaxat corā iudice sed corā arbitro electo nō pbaui illā sed aliā an sufficiat cā probata. Quidā tenuerunt qd sic: moti ex.l.scio.ff.de app.vbi dicitur q si in appellatione diffinitiua expressi vnā cām possum reliquā psequi corā iudice ad quē lz secus sit in appellatione ab interlocutoria: vt in cle. appellāti. e.tit. Sed cōiter tenet ɔtrariū.qr ista nō est appellatio a diffinitiua sz poti' ti abit ad naturā interlocutorie. Itē iura mandant cām recusatiōis corā iudice recusato.vt in.c.scdo requiris.z.c.cū spāli ĵ.eo.ergo nō sufficit allegare cām allegatā.idem tenet Spe.z latius psequitur de recusatione.§. fi.ver.sed quid si vnum.z hoc no.Nec.ob.si dicat de quo seruiūt iura dicētia prelatum posse esse iudicem in cā ecclesie sue si pōt recusari.Rñdeo p sunt in hoc:qr non data recusatione valebit snia. ita intelligit tex.istū in consanguineo qr pōt esse iudex si nō recusat.vide silr in patre q scdm ius potest esse iudex in causa filij:vt in.l.priuatis.de iud.iij.q.vij.tria.tñ potest recusari vt suspectus: vt in.l.qui iurisditioni.ff.de iuris.om.iu.dixi plene in.c.cū cōtingat.de fo.cōp. †An aūt cōsanguine' seu affines possint idistincte recusari.Sol. dicit hic Um.q non:sed dz considerari persona consanguinei que talis posset esse q cessaret suspicio vt si esset cisterciensis de quo in Spe.ti.j. §.superest.ver.qd si nō est.vbi idē tz qd satis placet. Quid aūt si expresse remouetur facultas recusandi vide quod dixi in.c.cum inter.de exceptionibus.z.c.ad hec.de rescriptis.z quod no.ĵ. eo.c.pastoralis.

☞ Excommunicatio iam lata non suspēditur per appellationem.
Appellatio nō suspendit id quod ɔcernit aīam.
Preceptū factum de nō intrando aliquā possessionem suspenditur per appellationem.
Appellatio regulariter suspendit sniam latam etiam si sit talis que trahat secū executionem.
Excommunicatio z interdictum in quibus conueniant z in quibus differant.

Anto. Francisc.
Circa hoc an pposita vna causa suspiciōis z illa deducta corā arbitro possit iudex recusari ex alia cā pbata vel deducta corā ipso arbitro. dicas q sup exceptiōe recusatiōis pposita dz de necessitate p arbitros cognoscētes de ipa cā suspiciōis pnūciari als nō valeret snia.vt voluit Pet.de anc.in.c. iudex.de of. dele. libr.vj.vbi etiam dicit Arch.q talis pnūciatio est interlocutoria q alleg.c. significātib'.de appel.dicit tñ q talis pronunciatio aliquo respectu pōt dici diffinitiua: quia post eam alia nō expectatur. alle. no.in.d.aut.habita.C.ne fil. p pat. z faciunt que habētur in.c. vt ōbi tus.z in.c. interposita.de appel. vbi tractat materia pronunciationis interlocutorie.
Et sequit simpliciter.d. Alex. de imo.i.l.qui iurisditioni.ff.ō iurisd.om.iud. in.j. colū.vj.fallentia. idē fm.do. Ant. de bu.hic si ɔsanguineus seu coniunctus esset homo magne sanctimonie non poterit recusari vt suspectus:qr nō est presumptio q propter coniunctionem sanguinis iniuste iudicet:facit q singulariter vult Hos.in.c.finē litibus.in pe.col.de do.z ɔtu.q si litigās est magne z approbate fidei p ciuitatē z succūbat in lite nō pt in expēsis ɔdēnari.qr non est psumptio q tantus vir pcessisset ad litigādū sine aliqua rōnabili cā.idē tz Jo.an.z Pe.de ancha.ibi z.d.Ant.in.viij.col.in prin.z alij cano.do.Alex.imo.in.l.pperandū.in.§.sin aūt alterutra.in.iiij.col.C.de iudi.z pro hoc bona gl. in c.expedit.xij.q.ij.Itē facit q sing.inquit Jo.de imo.in.c.cuz.R. canonicus.in.ij.col.de offi.dele.q si esset religiosus ordinis cartusiēsium vel montis oliueti bononie:vel esset laicus note z approbate fidei dato q esset frater vel cōsanguineus illius pro quo deponit nihil diminueretur sibi de fide:lz alias cōsanguinei vel affines sint multū suspecti.z eis multū diminuit de fide fm Spe.in tit.de teste.§.j.in versi.sed nunqd frater.faciet etiā q sing.vult Inn.in.c.nup.de test.quem refert Bar.in bona lec.in.l.solā circa prin.C.de test.q persone religiose z bone vite deponenti sine iuramēto creditur quantū ad faciēdū bo.z magnā presumptionē.accedat q singulariter vult Spe.in ti.de instr.edi. §.fi. ver.sed qd si debitor.q iudex nō obstāte renunciatiōe partis facte in iudicio pductiōi testiū pt recipere testes si sunt legalissimi z multū spectate fidei.z ibi sequit Jo.an.in addi.de quo vide do.Frā.de are.in c.ij.in.v.col.de pba. Accedat ēt q pulchre multū dicit Bal.in.c.pterea.de testi.cog.z in.c.iurauit.i.iij.col.de pba.q ille q est bone z spectate fidei pōt post aperta.z didicita testificata nouos testes pducere: qr in eo cessat suspitio subornationis testium. Item potest corrigere dictum suum multū not.ad limita.clemen.j.de testi.cū simi. Et ad hanc materiā q excellētia persone multū operet.vide tex.no.in.l. si a bone fidei.z q ibi no. Ang.ff.de rei ven.cū cōcordan.quas late prosequor in repe.mea in ver.excellentia. Aeneas falco.

4 Eps non pōt concedere:q in ecclesia interdicta celebretur distingue tamen vt sequitur.
6 Eps non potest suspendere interdictum:qñ persona ob suum delictum est interdicta:secus si nō ob delictum alterius.

Ad hec. Snia interdicti nō suspenditur per appellationem sequētē. Cōis diuisio.scda ibi noueris. Casus lralis. Aliqui clerici sunt interdicti z appellāt, de appellatiōe cōfisi non seruant interdictū queritur qd iuris sit. Rñdet papa sicut post appellationē legitimā nemo pt excōicari sic clerici nō pñt declinare iterdictum cui ante appellationē suppositi fuerant. Ber. †Primo no.vnū casum in quo equiparant excōicatio z interdictū:sicut eñi appellatio nō suspēdit excōicationē iam latam.vt i.c.pastoralis.ĵ.e.vbi dicā rōnem:ita nec interdictū suspēditur per appellationē sequentē: z interdicto a diuinis officijs:z sic a spūalib':secus interdicto rōne tēporaliū. Nam si iudex interdiceret mihi ingressum alicuius possessiōis appellādo ab eo suspendendo effectū snie.ar.in.l.non tantū. ff.eo. Idē dic in suspensione a bñficio:licet Inn.i hoc multū instet.sed vide gl.no. quā tenebis mēti in c.is cui.de sen.exc.li.vj. Ex qua cōclude q dispositio huius.c.vēdicat sibi locū in oibus sentētijs censure que cōcernūt ipsam animā.z iste sentētie sunt tres.excōicatio:interdictū:z suspēsio.vt i.c. is cui.prealle.z rōnem istarū sniarum dicam in d.c.pastoralis. Ex his infertur q suspēsus a pōtificalibus:vel ab vsu pallij appellādo suspēdit sniam qd sentit Host.hoc facit.qd no. Inn.in.c. j.de senten.excom.lib.vj. In gl.ibi:ita z interdictum emissum.gl.simpliciter recitat similitudinem litere que in veritate non concludit: cum aliud sit quem nō posse excōicare post sniam et aliud q appellatio nō suspendit sniam. nam videmus q appellatio legitima non suspēdit totaliter sniam futuram qr suspendit iurisditionem iudicis:vt patet in.c.si a iudice.e.tit.li.vj. †Et tamen appellatio sequēs suspendit regulariter quamlibet sniam latam:z si talis que trahat secum executionem.vt in.l.furti.ff.de his qui not. infa.no.gl.in.c.pastoralis.ĵ.e.sed ex separatis nō fit bona illatio.vt in.c.scdo.de transla.prelato.
†Unde rectius legitur litera cum suppletione vt dicamus sic sicut quis excōicari non potest post appellationē supple nec excōmunicatus p

Adde q dicit Frā.are.de paupere legali cōsil. xiij.z eo.cōsi.ccclxxxij.z an tabelliones ɔsultores z alij qui assistūt cause possint vt suspecti recusari. vide Archi.ɔsi. cclxiiij.vbi dt qd causa recusatiōis relinquitur arbitrio iudicis.
Anto. Francisc.
Circa hoc an ille qui est excellētis z pbate fidei possit post didicita testificata pducere alios testes sup eisdem iuxta materiā.c. senes. z.c.fraternitatis. tanq in tali psona cesset suspitio fraudis vr eē satis dubiū ex quo psupponit q testificata didicerit z ispexerit z credo q hoc dictum sic intellectū nō pcederet de iure sed illō forsan pcederet qñ simpliciter essent publicate attestatiōes z essemus incerti an didicerit testificata vel non qr tūc ratione pbate fidei si ipse diceret se ñ didicisse testificata posset procedere q nō psumat didicisse sed qñ appareret eū didicisse testificata tunc essemus in casu certo: et ideo non esset opus ex qualitate fidei cōiecturari an didicerit testificata:qr in incertis nō certis opus est coniecturis.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.iij.l.communius.§.cum ita.ff.de ver.ob.z ideo non puto hoc dictum esse simpliciter verum.

Sebasti. Sapia. Cisterciensis. Uide que no.d.Jas.in aut.iubemus.col.iij.C.de iudi.z in repe.l.admonēdi.char.xvij.col.iij.ver.limitat multum singulariter.ff.de iureiuran. Feli.in.c.cum contingat.col. iij.s.de rescrip.

Sebasti.Sapi. Unū casuz. Quo ɔueniāt z differāt excōicatio z interdictū.tradit Jo.de ana.in rub.de cleri.exc.vel interdi.ministrā. col.peñ.cum seq. Gemi.in.c.j.ver.hec.de senten.excom.in.vj.

Unde rectius. Tu pondera:qr imo effectus est separabilis ab executiōe.vt pbat in.l.qui vltimo.ff.de pe.z.l.si quis filio exheredato.§. hi aūt oēs.ff.de iniusto rup.tes.voluit gl.in.l.fi.C.si a non compe.iudi. ergo nō pōt eps suspēdere:ergo nō videt mihi ista ratio quare appellatio nō suspendat.sed ratio qr alie snie dantur ad penā:ideo de facili suspenditur pena.sed iste due snie dantur ad medicinā. vt.c.j. de sent. excō.li.vj.ergo appellatio non operat suū effectū. Itē iste snie fiunt ppter bona obedientie:ideo tollitur ius obedientie. vt in. c. cū nō liceat.de prescrip.ergo nec suspenditur. Item pondera aliud appellatio ab interdicto vel excommunicatione non est pprie appellatio a sentētia quia appellatio est presidium innocentie.vt in.c.cū speciali.§. porro.ĵ.eo. Item qr potest peti absolutio ad cautelam. Item pondera.l. titius.ff.de execu.tuto.quia loquitur in casu fauorabili. And. barba.

etiā delegati deputati per sedem apostolicā habent ordinariam in loco vt in.c.ij.de offi.leg.li.vj.sed ipsorū potestas est extraordinaria ⁊ superinducta:⁊ tanꝗ preiudicās iurisdictiōi episcoporū est restringēda. Iurisdictio vero epōrum vt naturalis ⁊ fauorabilis est ampliāda:⁊ de hoc est tex.cū gl.no.in.cle.ij.de offi.or. Caue tamē ne decipiaris:nā inquātū illa gl.dicit ꝙ legatorum potestas est extraordinaria debet exponi.i.extraordinario modo inducta:nā potestas eorū in veritate est ordinaria: 5 vt in prealle.c.ij. ¶ † No.tertio ꝙ appellatione executoris[a] cōprehenditur delegatus[b].cōcor.c.sciscitatus.de rescriptis enim principaliter cognitor.secūdo executor inquātum exequitur ad finē ius agēdi ⁊ tradēdi vnicuiqꝫ qđ suum est. Unde ⁊ executor datus ad beneficia est delegatus:vt no.in.c.tibi qui.de rescri.lib.vj.⁊ in.c.si sup gratia.de officio dele.ga.eo.lib.sic dicimus qđ ius est executio iustitie:vt not.glos.in.l.iustitia.ff.de iusti.⁊ iure.⁊ instit.eod.§.iuris prudentia. Proprie tamen executor dicitur ille qui habet exequi sentētiam iam ab alio latā:vt est tex.no.in.l.executorem.C.de execu.rei indi.⁊ facit.c.pastoralis.§.preterea.de officio dele.⁊ de re iudi.decetero.⁊.xxv.qđ.ij.⁊ si nō cognitio. Ideo puto ꝙ in statutis vbi verba stricte intelliguntur:vt in ca.in nostra.de iniur.appellatione executoris non venit delegatus nec alius iudex vel qui habet aliquid eligere vel delegare:hinc notāter dicit Bar.in.l.cum quidā.ff.de leg.ij.qđ cōstitutio episcopi qua cauetur vt executore testamenti non exequente intra annum deuoluatur ipso facto potestas ad ipsum episcopum:non refertur ad eum qui habet eligere seu delegare pauperes: quia iste non est proprie executor[c] sicut nec iudex.l.sicut.§.sed si queratur.ff.si ser.vendi. ¶ † Not.quarto qđ de iure canonico 6 iudex ordinarius quantacunqꝫ prefulgeat dignitate potest vt suspectus recusari,[d] ⁊ in totum potest ab exercitio iudicādi in illa causa repelli[e]. ¶ † Nota.quinto ꝙ episcopo recusato archiepiscopus in iurisdictione 7 sua non succedit:sed ipse recusatus dat delegatum vel seruabitur quod habetur in.c.cum speciali.de appella. An autem epō negligēte iurisdictionē exercere succedat archiepiscopus,[f] no.in.c.pastoralis.de offi.ord.⁊.ix.q.iij.in summa.⁊.c.nullus.de iure pat.⁊ in.c.j.de supplen.negli.prela.lib.vj.⁊ hoc in repetitione plene examino ⁊ concludo qđ non reperi- 8 tur hoc generaliter iure cautum:⁊ sic stat.c.pastoralis. ¶ † Nota sexto iuxta glo.iij.duplicem practicam quando recusatur ordinarius.prima est quia si recusatur a reo ipē dat delegatum:sed ab actore datur iudex qui compellat partes mutuo consensu iudicem sibi eligere cui episcopus delegabit vices suas. Sed hic intellectus non placet ne inter actorem ⁊ reum notetur diuersitas:contra regulam,non licet actori.de reg.iuris.lib.vj.⁊ de mu.peti.ca.ij. Secunda practica que plus placet est illa qđ quādo iudex ordinarius recusatus a reo datur delegatus,⁊ idem dico si recusatur ab actore:sed si iste delegatus surrogatus in locum recusati recusetur ab actore tunc ne in infinitū cōtingat recusationē fieri compelluntur partes mutuo consensu sibi iudicem eligere cui ordinarius ipse delegabit causam:vt.s. Et idem dico si recusetur a reo.vñ sensus litere est ꝙ iudice vt suspecto recusato dabitur delegatus:sed si iste delegatus iterū recusetur ne in infinitum contingat recusationem fieri partes compellūtur iudicē sibi eligere. Posset a principio tamen si iudex vellet de partium cōsensu cōmuni delegatū deputare:vt in.c.super questionū.§.nos autē.de offi.delega. Et ex hoc ⁊ ex tex.no.iudicē posse recusari nedū a reo:sed etiā ab actore legitima recusandi causa subsistēte:sed intelligo ꝙ actor recusat iudicē adeūdum nō aditū:nisi ex causa superueniente.de offi.delega.c.insinuante.⁊.l.apertissimi.C.de iu.vide bo.glos.in.c.statutum.§.cum autem.de rescript.lib.vj.in verbo recuset. 9 ¶ † No.bonam practicam ⁊ cautelam ad excludendam facultatē recusandi:vt detur iudex de communi partium consensu:non enim possunt partes eū recusare in quē cōsenserūt nisi legitima causa superueniente: vt in.c.inter monasteriū.de re iudica.⁊ in auc.offeratur.C.de lit.contesta.canonizata.iij.q.iij.⁊ in prealle.c.super questionū. Unde intelligo ꝙ hec prouisio videlicet vt compellantur partes sibi iudicē eligere sit ad cautelam:non autem de necessitate:quia sicut primo delegat sine consensu partium:ita ⁊ secūdo ⁊ vlterius reseruata tamen facultate re- 10 cusandi.argu.eorū que not.in prealle.c.super questionum. ¶ † No.ordinarium ⁊ vt suspectum a cause cognitione remotum debere exequi sententiā sui delegati.⁊ ex hoc colligūt quidā ar.ꝙ delegatus inferioris a principe suā sententiā exequi nō potest:sed pro eius executione aditur 11 iudex ordinarius.de quo.j.latiꝰ dicā. ¶ † Et ex hoc ⁊ ex tex.no.ꝙ quātūcunqꝫ ordinarius sit suspectus non vꝫ pretextu suspicionis repelli ab executiōis actu:hinc est ꝙ executor nō valet vt suspectus recusari.j.de ap.nonit.⁊.c.proposuit.eo.ti. Et faciunt pro notabili opi. Inno.in.c.ex parte.de ver.sig.vbi singulariter dicit,iudicē posse vindicare ꝓpriā iniuriā notorie sibi illatā cū hoc casu sit potius executor ꝙ iudex:qa exequitur penā a iure impositā:⁊ ideo nō valet vt suspectus recusari:quod 12 tamē limita ſm ea que dixi in.c.cū venissent.s.de iudi. ¶ † Uenio nūc ad apparatū ⁊ oppo.cōtra tex.de.c.cū speciali.de appel.vbi ꝓposita recusatione coram iudice debent eligi arbitri vt decernant de iustitia vel iniustitia recusationis.hic absolute dicitur ꝙ episcopus recusatus dat delegatū. Sol.gloss.j.hic sentit contrariū:⁊ tacite respōdet ꝙ illi decretali standū est que istā interpretatur:aliter glos.nō declarat:⁊ sic hoc videt sentire ꝙ hic nihil noui inducat:vel ꝙ sit sublata per illā. Gof.dicit ⁊ melius vtrāqꝫ habere locū in casu suo.qñqꝫ enī nō refricat in dubiū an sit suspectus:sed quelibet partium hoc fatetur:vt qa suspicionis causa notoria est:⁊ tunc locū habēt ista decretalis.vñ epūs statim delegabit absqꝫ arbitrorū electione: qñqꝫ refricatur in dubiū de suspicione:⁊ ꝓcedit decretalis,cū speciali. Posset dici etiā hoc.c.procedere qñ epūs execrās litē malit potius cōmittere ꝙ ad electionē arbitrorū venire. Uel tertio potest intelligi ſm illā,cū speciali,vt epūs cōmittat post ꝓnunciationē arbitrorū:cū hic dicat tex.si fuerit vt suspectus recusatus ⁊c.verba enim debent intelligi cū effectu.de cle.nō resi.c.relatum.de pe.di.j.hec autē verba.⁊.ff.qđ qsqꝫ iur.l.j.§.hec autē.⁊ forte hūc intellectū habuit gl.ista.ex his colligo vnam differētiā inter ius cano.⁊ ciui.nā de iure ciui.nō est necesse ad electionē arbitrorꝫ venire nec aliter est necesse ꝓbare causam suspiciōis:sꝫ hec sola volūtate recuset tā ordinarius ꝙ delegatus:⁊ sufficit ꝙ iuret ꝙ nō calūniose recuset:vt in.l.apertissimi.⁊ qđ ibi no.glo.⁊.l.cū speciali. C.de iudi.⁊ in authē.si vero cōtigerit.eo.ti.vnde etiam exprimere causam de iure ciui.non est necesse.vt not.gl.in l.quia poterāt.ff.ad treb.⁊.l.item si suspectus.ff.de ꝓcura.⁊ no.Bar.in prealleg.l.apertissimi.sentit gl.in.c.scđo requis.de appel.releuatur tñ ordinarius de iure ciuili in alio:quia non in totum remouet ex suspiciōis causa:sed dat sibi adiūctus: vt no.in iuribꝰ preall. Sed de iure canonico secꝰ: vt hic.⁊ in ꝓalleg.c.cū speciali.⁊ hec est cōis opi.de iure ciuili vt ordinarius nō remoueat in totū: sed datur sibi adiunctus:vt no.in prealleg.aut.si vero cōtigerit.⁊ gloss.⁊ Bar.in.d.l.apertissimi.et gloss.in.l.vna.C.si quacunqꝫ predi.po.licet quidā cōtra:vt no.in.d.l.apertissimi.⁊ ex his habes aliā 13 differentiam inter ius cano.⁊ ciuile. ¶ † Sed oppo.⁊ aliter de.c.cū speciali.prealle.cū dicit ꝙ iudex recusatus dꝫ de recusatoris assensu persone idonee cōmittere negotiū:vel ad superiorem causam trāsmittere:hic vero dicitur simpliciter epm posse delegare. Sol glos.in.d.c.scđo requis.apertius in.c.cū speciali.simpliciter stat contrario.dicunt enim recusatū posse cōmittere:accedente tamen consensu partiū.sed si malit negotiū remittere ad superiorē hoc poterit etiā partibus inuitis scꝫ.⁊ sic clausula illa de recusatoris assensu,posita in.d.c.cū speciali.determinat dūtaxat primā partē disiuncte.ne scilꝫ in cōmissione requiratur partiū cōsensus,non autē in remissiōe ad superiorem.sentit tamen glos.in predicto.c.cū speciali.ꝙ consensus partium non requirit in persona cui fienda est cōmissio:sed refertur ad verbū cōmittat,qđ apertius declarat:⁊ sentit ibi Ioan.andr. nihil aliud ibidem de hoc dicens:hōc etiam dubium tetigit glo.in.c.peruenit.xj.q.j.⁊ non apparet quid velit. ¶ Innoc.videt hic sentire id qđ.s. dixi,[g] dicit enim hoc ca.fore correctū per.c.cū speciali.⁊.c.licet.j.eo.titu.vbi dicitur ſm eum ꝙ si iudex de recusatoris assensu non poterit causam delegare:tunc ad superiorem remittet.⁊ hanc sentētiam sequit do.Uin.valētissimus canonista:⁊ cōfirmat hoc per ca.iudex.de offi.delega.lib.vj.vbi patet scđm eū delegatum equiparari ordinario quo ad cōmissionē ante pronuntiationē arbitrorum:⁊ tamen non potest committere sine assensu partium:item delegare est pars iurisdictionis:vt l.ij.ff.de iurisdi.om.iudi.⁊ not.gloss.in.c.si a subdelegato.de officio delega.lib.vj. Sed postꝙ est pronuntiatū iudicem ordinarium esse suspectum perdit omne exercitium cause nisi partes consentiant:ergo ⁊c. Preterea ita potest ledere recusantem dando alium adhuc magis suspectum licet causam suspicionis probare non possit.ad hāc decreta.respondēt vt.s.ꝙ est correcta,vel qđ loquit quando partes bñ cōsentiunt ꝙ deleget:secus si hoc nollēt partes vel altera ipsarū.hanc opi.communē vt necessario in cōmissione exigatur cōsensus partium.sequitur Spe.in ti.de recu.§.fi.vers.ordinarius autē.loquit tñ aliquātulum intricate ⁊ maxime ī delegato:nec ex toto explicat veritatē

a ¶ Executoris. Adde eūdem cōsil.xxxiij.
Sebasti.Sapia.

b ¶ Delegatꝰ. An executor possit dici delegatus,vid Feli.i.c.sup qstionum.l.iij.col.ver,capio glo.in verbo executorē.s.de offi.delega.

c ¶ Executor.adđ videndum Ang.consi.lxiij.

d ¶ Recusari.adđ Alexan. consilio clxxxiij.ij.lib.
Zacharias.

¶ Adde qđ in hoc articulo ius canonicum discrepat a iure ciuili:quia ius ciuile permittit iudicē ordinariū sine causa posse recusari.vt no. Bar.in.l.apertissimi.v.putant.C.de iudi.⁊ ibi glo.ī ver.recusare. de iure autem canonico requirit causa.de quo plene p Pau.de cast.consil.xlij.incipi.pro pleniore.colum.j.
Sebasti.Sapia.

e ¶ Repelli. Hoc etiā ꝓcedit in delegatis vt si episcopo fuerit causa dlegata pōt recusari:vt p Felin. post Abba.i.c.accedens.j.col.s.vt lite nō cōtest.vbi dicit:epūs pōt recusari quādo causa subditi fuit delegata cōtra non subditū:quia presumit habere affectionē ad cām subditi etiā ꝙ sit in dignitate constitutus.

f ¶ Archiepiscopus. Adde Fede.consil.cclvij.

g ¶ Supra dixi. Pondera qr gl. hic sentit dum dicit ꝙ istud.c.reprehenditur ſm d.c.cum speciali.

a ❡ In q̄bus cōueniant ⁊ disconueniant excōicatio ⁊ interdictū. ⁊ vide istos cas⁹ enumeratos per do. Anto. hic. ⁊ per do. i. c. cum medicinalis. §. peñ. de sen. exc. in. vj. ⁊ p Cald. in suo tra. de ecc. īterdi. in. j. effectu. i. ij. ⁊. iij. q. ❡ Adde Do. de rot. deci. lxvij. in antiquis. de sen. excom.

Sebasti. Sapia.
b ❡ Inno. opi. Inno. sequitur Bal. in. l. cum alijs. C. de curato. furio. ⁊ in. l. fi. co. ij. ver. ⁊ circa hoc fuit dubiū. C. si a non competen. iudi. ⁊ Ang. in. l. si vn⁹. §. si cum reo. ff. de pac. ⁊ i. l. puto. ff. de postulan.

c ❡ Suspensione. Adde videnduz Fede. ɔsi. ccviij. ⁊ do. d rot. decisio. ccccxxxiij. in nouis. de sen. excō.

40 ditor extrinsecam.¶†Quero primo qꝛ tex.absolute dicit epm̄ adeundum in actiōe mouenda ꝯ clericū,qđ eps aditus negligit iustitiā exercere,an in defectū succedat metropolitanus ⁊ possit adiri a subditis suffraganeoꝝ per viā querele.super quo dubio quotidiano duas reperio sententias principaliter.Prima fuit opi.glo.ix.q.iij.in summa que habet ꝙ sic.allegat.c.cum simus.ea.cā.⁊.q.eadem sniam secuta est glo.in.c. pastoralis.⁊ in cap.irrefragabili.de offi.ordin.⁊ gloss.in.c.j.de sup.neg. prela.lib.vj.⁊ Hostien.ibi ⁊ in summa de offi.ordin.§.quid pertinet.sub §.sunt autem.ver.debes presul.⁊ idem Jo.mo.in.d.c.j.Non obst.tex.in preal.c.j.de sup.ne.prela.vbi archieps non succedit in iurisdictione epo ob sua demerita excōicato qꝛ ſm eum aliud in negligētia ꝙ̄ in excōicatione qꝛ negligēs in iurisdictione,⁊ sic nimirum si ad proximū deuoluitur.⁊ inducit Host.literā prealle.c.que dicit ꝙ ex culpa episcopi non deuoluitur iurisdictio ad archiepiscopū:nō dicit negligētia.¶Unde concludit Host.in.d.c.j.ꝙ si eps tertio monitus non procedit vel prima vice denegauit exꝑsse metropolitanus cognoscet.allegat de off.ord.duo simul.de sup.neg.ꝑla.c.j.¶Consuluit tamē ꝙ archieps subditū remittat ad suffraganeū statuens sibi cōpetētem terminum quo subdito iustitiam faciat:quo elapso si id nō fecerit diffamať.allegat de offi ordi. quāto.in fi.⁊.c.ad reprimēdam.⁊.c.irrefragibili.§.excessus.Hanc eandem sniam visus est sentire Jo.calde.in.c.null⁹.de iure pat.alleg.c.cum simus.¶Contrariam sniam fouet Archi.in.d.c.j.de sup neg.prela.li. vj.qꝛ ꝙ archieps in negligētijs suppleat non est iure cautū.allegat.no. per Inno.in.c.qꝛ diuersitatē.de ꝯces.prebē.vbi dicit ꝙ hec pena deuolutionis de vno ad alium nō debet imponi nisi in casib⁹ in iure expressis.alleg.ix.q.iii.nullus.⁊.c.cōquestus.⁊ de offi.ord.duo simul.⁊ cap.pastoralis.ij.respōso.xxv.q.ij.amputato.⁊.c.sic decet.Idem Franc.vercel,nisi in casibus ſm eum.primus in absolutiōe ab excommunicatiōe. de off.ord.ad reprimēdam.in correctiōe criminum.de censi.romana.§. notoria.lib.vj.vtroꝗ enim casu mora affert periculū i illa sicut specialitas rationis.¶Hanc sententiam ꝙ nō succedat videť sentire Inno.in d.c.romana.⁊ si dicať ꝙ per hoc etiā remanebūt impunita crimina,qđ no.de sen.excō.vt fame.respōdetur ꝙ archieps coget eū vt procedat et ꝓnūtiet qđ potest ratiōe peccati neglig̃etie.lxxxiii.di.cū de quorūdā.

xij.di.de his.in fi.⁊ quod no.Inno.⁊ Host.de cle. nō resi.c.ex tue.nō ob.decret.vltima.de censi.lib. vj.q2 nō de correctione simplici sed de visitatione loquitur ꝭm eū.¶ Et hanc opi.recitādo videtur tenere idē Io.an.sed expresse nō declaret intētio nem suā sed clarius ⁊ expressius ipsaꝫ sentit in.c. nullus.de iurepat.⁊ in.d.c.pastoralis.de offi.ord. ⁊ in.d.c.nullus.¶ Sed contra hanc sentētiam videꝛ militare.d.c.duo simul.in fi.in ver.quādiu.sed dico ꝙ non obstat q2 ar.a ꝯrio ibi non sumiꝛ quia succedat archiepo̅ negligēte ſꝫ bene sumitur ꝙ clericus volēs respondere corā archiepo̅ patriarcha succedit archiepo̅ in iurisdictione qđ tn̄ falsum est q2 iudiciū in inuitum redditur ideo non sumiꝛ ibi ar.a contrario sensu vt ibi in gl.⁊ clarius Innoc. ¶ Secūdo vr̄ obstare.c.quāto.in fi.de offic.ordi. vbi pꝫ ꝙ abbate negligēte ep̄s succedit in correctione monachorū.sed contrariū videtur aliqualiter vigere.attamē dico ꝙ illud loquiꝛ in inferioribus epo̅.nā prelati inferiores habēt iurisdictionem a iure cōi inquātū sint vigiles ⁊ soliciti in iurisdictione exercenda al's iurisdictio ad ep̄m ptinet qui est ordinarius totius diocesis vt ꝓbaꝛ in d.c.quāto.⁊ de iu.c.ceterū.ibi no.idē in dn̄is feudorū erga vasallos vel quaten⁹ intelligiꝛ de archiepiscopo respectu ep̄i ꝓcedit in crimine notorio naꝫ illud delictū de quo ibi non poterant non est notoriū vt ibi no.Io.an.quo casu potest archiepiscopus procedere ad punitionē vt in preallega.§. notoria.¶ Non ob.c.j.de supplē.neg.prela.li.vj. q2 ibi disponiꝛ contra factū contingens.ibi enim ep̄s excōicat suos suffraganeos ⁊ postea facit edictum ꝙ oēs subditi suffraganeorū suoꝝ haberent recursum ad eū.quod quidē edictū pap.ibi reuocat q2 non deuoluiꝛ iurisdictio in metropolitanū etiā si proprijs culpis excōicatiōe tenerenꝛ suffraganei q2 hoc ideo reperiꝛ iure cautum.per hoc tn̄ nō videꝛ tex.sentire ibi vt pro negligētia fiat deuolutio imo potius innuit oppositū ex identitate rationis vt nunq̄ transferaꝛ nisi in casibus a iure expressis,⁊ sic ꝯcordat cū.d.c.pastoralis.¶ Itē cū hec deuolutio sit pena nō est infligenda.nisi in casibus in iure expressis.de pen.di.j.pene.⁊ no.in c.fi.de iur.pat.Et ideo posset non absurde in hac materia distingui vt negligēte capitulo,vel superiore nō succedit regulariter alius nisi papa.Sed negligēte inferiore succedit epo̅.primū ꝓbaꝛ in.c. pastoralis.de offi.ord.vbi dicit ꝙ licet episcopus sit subiect⁹ iure metropolitico archiepiscopo attamen in subditos ipsius episcopi nullā habet iurisdictionē exceptis quibusdā casibus vnde pondero verbū nullā ⁊c.¶ Et sic regula tradiꝛ negatiue.Nō est ergo ordinari⁹ diocesis ep̄i ſꝫ tm̄ ipsi⁹ episcopi nec in subditis vēdicat sibi iurisdictionē exceptis quibusdam casibus seu articulis iure expressis vt ibi.cum ergo iste articulus negligentie nullibi sit expressus siue a iure cōprehēnsus vt ibi

41 ipse succedat stabimus regule ibi tradite.† ⁊ hec regula confirmatur prealle.c.duo simul.vbi dicitur quod primates ⁊ patriarche nil iuris pre ceteris habēt nisi inquātū ⁊ sicut canones cōcedunt ⁊ ꝯsuetudo contulit ab antiquo.Ad idē.c.venerabilibus.de senten.excom.lib.vj.in prin.vbi cauetur quod etiam in sententia excommunicationis non deuoluitur causa subditorum episcopi ad archiepiscopū nisi per appellationē licet possit subditus ep̄i conqueri appellatione cessante.nec obstat predictis.c.romana.⁊.c.cū simus.q2 ponunt casus speciales vt in eos patet.Et idem in similibus est dicendum.Secus autem in inferioribus respectu episcoporū quia vt.s̄.dixi episcopus est ordinarius totius diocesis in.c.j.de offi.ordi.⁊.c. cum episcopus.eod.tit.lib.vj.Unde pinguiorem iurisdictionem habet archiep̄s respectu subditorum sui suffraganei:vt not.in.d.c.pastoralis.per glo.⁊ doct.in.c.cum ab ecclesiarum.eo.tit.in glo. vlti.que est notabilis in materia ⁊ qđ dicam in sequenti.¶ Et ex predictis elicitur.xj.conclusione. Episcopo ꝓ suis excessibus vt excōicato vel iurisdictionē exercere negligēte ei⁹ iurisdictio regulariter ad metropolitanū nō deuoluitur.q̄q̄ in casu negligētie ad iustā tiam ministrādam eundē cōpelli valeat.In prelatis.nō episcopo inferioribus quo ad ip̄m secus est cēsendū.⁊ ex hoc infero correlatiuum, pinguius ius habent ep̄i in subditis suorū subditorū q̄ archiepiscopi

42 in subditis suorū suffraganeorum.¶ † Secūdo principaliter quero,tex. hic simpliciter dicit ep̄m adeūdū in causa mouenda contra clericū ecclesie collegiate vel contra monachū alicuius monasterij non exempti an debeat adiri ep̄s seu prepositus vel abbas.gloss.in.c.quāto.de offi. ordi.refert tenere Hugo.ꝙ.si agaꝛ in figura iudicij sol⁹ ep̄s dꝫ cognoscere[a] de causa clerici:secus si agatur ꝭm regulā claustralem.⁊ loquitur de monachis.alleg.xj.q.j.de ꝑsona.⁊.C.de patri.po.l.iij.⁊ de emenda. propin.l.vna.Sed gl.ibi ⁊ in.c.cuꝫ ab ecclesiarū.vt in auꝛ.de defensoribus ciuita.§.ij.coll.iij.⁊.c.decernim⁹.de iudi.⁊.C.de iurisdi.om.iudi.l. fi.facit.c.cū in ecclesijs.de maio.⁊ obe.⁊ in.c.sicut.de simo.in quibus iuribus patet abbatē seu superiorē posse monachū excōicare.¶ Itē videtur tenere Lau.vin.tan.Gof.cum glo.in.c.de persona.⁊.c.experientie.xj.q.j.illud videꝛ sentire glo.in.c.j.xviij.q.ij.q̄ dicit ꝙ si ordine iuris agitur contra monachum corā epo̅ agendum est secus:si in for.ma.iuris.vt de appel.reprehensibilis Innocen.vero recitando.in prealleg.c. quāto.distinguit ꝙ in his que spectant ad regulā abbas precedit ep̄m cū in eis magis debeat monachus obedire abbati q̄ episcopo.Idem no.glos.in.c.qui resistit.xj.q.iij.⁊.viij.di.que contra.xxvij.q.j.denotan. ⁊ de pac.cle.fi.in glo.vide ꝭm Inno.⁊ Io.an.in.d.c.quanto.dicit quod si monachus peccauerit abbas ad reuocandū eum ⁊ puniendū intendat ꝭm regulam a superiore approbatam ⁊ si secūdum eā fuerit eijciendus eijciet eum q2 ex quo superior cōfirmauit regulam videtur abbati dedisse potestatē faciēdi ea que in regula continentur.Si vero accusaretur in iudicio tunc procedendū sub episcopo q2 minor episcopo cās criminales nō agit.xviij.q.ij.monasteria.Si vero agatur ciuiliter tunc questio non procedit in monacho cū nihil habeat.xij.q.j.nolo.⁊.c.non dicatis.sed si abbas haberet clericos seculares sub se ⁊ in alijs.monasterijs a suo monasterio diuisis tunc poterit causas eorum ciuiles audire cum sit ordinarias eorum ⁊ hoc si actor vult querimoniam apud abbatem deponere.nō enim cogitur quis eos conuenire sub abbete imo potest ipsos conuenire sub episcopo ⁊ alijs ordinarijs ideo poterunt excipere de foro.scilicet quod primo sint cōueniendi sub abbate sicut in alijs que eliguntur ab vniuersitatibus.Inn.in.c.cū ab ecclesiarum. ⁊ facit preal.l.fi.C.de iurisdi.om.iu.¶ Et idem quod.s̄.dictum est de abbatibus tenent in plebanis ⁊ alijs prelatis clericorum collegiarum ecclesiarū.¶ Collec.in.d.c.quāto.refert quosdam tenere abbatē posse punire ⁊ corrigere monachum suum etiam in figura iudicij dummodo non agat ad depositionē ordinis ⁊ hoc casu fi.scꝫ cum agitur ad depositionē ab ordine intelligūt iura allegata per Inn.mouētur ipsi per.c. nullā.xviij.q.ij.vbi dicit text.ꝙ tota dispositio monasterij spectat ad abbatem.ad idem.c.abbates.ea causa ⁊ qōne.vbi patet ꝙ abb.habet plenariā potestatē in monachos.¶ Item de iure ꝯmuni prelatus qui preficiꝛ per electionē habet iurisdictionē in quibus preficitur:vt in.d. c.cū ab ecclesiarū.¶ Sed ipse collectarius dicit tutius vt minus etiam sentire cum opinione Inno.quia infirmi iudices nō possunt cognoscere nisi de paruis ⁊ in duobus aureis punire.C.de eden.in.l.fin.ij.qō.vj. anteriorū.⁊ remittit ad plura no.in Spe.de iuris.om.iu.¶ Hanc questionem quo ad monachos respectu abbatis reperio plene tactam per Ioā.de ligna.in cle.ne in agro.de statu re.vbi format hec talia:monachus intra septa monasterij homicidium cōmisit ⁊ extra septa adulterium:modo suus abbas habita informatione vult īquirere ꝯtra eum, deinde procedere ad canonicā punitionem vel absolutionem per sententiam iuxta nocentiam vel innocentiā ipsius monachi.ab alia parte venit ep̄s in cuius dioceſi sitū est monasteriū volens idē facere ⁊ ꝓcedere asserēs predicta ad se pertinere non ad abbatē abbate cōtrariū asserente ⁊ dicente ad se ⁊ nō ad ep̄m pertinere.Queritur quid iuris ⁊ prosequitur ibi hanc questionem opinioneq̄ꝫ multū large ⁊ concludit q̄ꝫ ad abbatē spectet.allegat de appel.ad nostrā.de sta.mona.ea que.vbi dicitur ꝙ visitatores capituli generalis suos delinquentes per abbatē corrigi faciunt eisq̄ꝫ iniungi penitentiā salutarē.iuxta sancti benedicti regulam apostolica instituta de appel.c.reprehensibilis.in fi.xxiiij.q.iij. corripiātur.ad hoc quod no.Archi.in.c.vt animarū.de consti.lib.vj.⁊ in.c.vno.de maio.⁊ obe.vbi dicitur ꝙ isti inferiores prelati habēt iurisdictionē ordin.vnde excōicare possunt.¶ Item probat hoc Ioan.de lig.ꝑ casus speciales per quos patet expresse abbatē posse punire monachos suos.⁊ primo adducit.c.sicut ex literarū.de homi.vbi innuitur ꝙ prior ⁊ fratres Cartusiēses cognoscūt de homicdio ꝑ eorū fratrē cōmisso.¶ Scdo̅ adducit.c.moniales.de purg.cano.vbi moniales de libidine in suo capitulo corripiūtur.¶ Tertio inducit.c.significasti.el. ij.de homi.vbi abbas sancte trinitatis cū Laurētio suo regulari canonico requisito de homicidio per eum commisso querit a papa consiliū salutare nō enim secundum quod posset abbas significare ipsi vbi diligēter inquisiuisset de eo saltem cum eodem canonico in primis est requirendus.ij.q.j.in primis.Quarto inducit.c.suscepimus.de homici. vbi abbas sancti benedicti de suis duobus monachis inquirit qui cōmiserunt homicidium illorum ⁊ erāt monachi in magna culpa:quare

vt vterq̄ꝫ

a ¶ Ep̄s dꝫ cognoscere.Adde Bal. in.l.si filius.C.de patria pote.vide tn̄ Lu.Ro.in cōsil.ccclxxv.inci in proposita qō.vbi breuiter cōcludit ꝙ Abbas habet iurisdictioneꝫ in monachos etiā i criminalibus vbicunq̄ꝫ delinq̄rint. casus est in.c.ea que.de sta.mona. ⁊ in.c.abbates. xviij.q.ij.c.rephēsibilis.ad fi.de appel.nisi sit tale crimē ꝑ quo veniat imponenda pena depositiōis q̄ casu non abbas sed ep̄s cognoscere dꝫ ⁊ idē dt si Ab.foret neligēs in corrigēdo q̄m ēt tūc corrigit et punit ep̄s.c.quāto.đ of fi or.⁊ hec est cōis opi.ꝭm eū quē ēt tenet Io.de lig.i cle.i agro.de stat. regu.ēt no.i.c.de ꝑsona.xj.q.j.⁊ an religiosus portās habitū sub mātello excuseꝛ a pena excōicatiōis ⁊ apostasie vid Ol.ꝯsil. clxxviij.ici factuꝫ tale est.col.iiij.v. itē ꝯfessio.⁊ ꝯsil. seq.ici.pater sancte.col.pe.ver.tertio obijciꝛ.Et qd si abbas nō sufficiēter punit monachuꝫ an possit monachus ꝑ epꝫ vlteri⁹ puniri vid Lu.ro.i palle.ꝯs. De monacho delinquēte ad quē ꝑtineat correctio ⁊ punitio,vide plenissime ꝑ Gui.pape in qōnib⁹ suis. q.clix.inci.ad quē ꝑtineat.Dē.ferrā.

vt vterqꝫ de dictis monachis debeat expiare peccatum suum vel arbitriũ abbatis mandatur ibi per papam ꝛ abbas punit eos. si enim punitio ꝛimpositio penitentie ad episcopũ perti nerent remitterentur per papã ad episcopum nõ ad abbatẽ. argu. de deci.c.ad audientiam.ꝛ de transla.prela.c.inter cor poralia.versi.sed neqꝫ.ver.prestitimus.ꝛ sic videt ꝙ abbas po test inquirere cõtra monachuꝫ ex quo punit ꝛ inquirit de ho micidio.† quod inter graviora ꝛ horribilia cõputatur de tẽ po.ordi.quesitũ.de accu.c.inquisitiõis.in prin.ꝛ de peñ.di.mi ror. Itẽ monachi debent puniri ꝛ corrigi p abbatẽ qui debet eos corrigere iuxta beati benedicti regulã ꝛ apostolica insti tuta.ꝛ hec verba habẽtur in pallegato.c.ea que. de statu mo na.sic punit ẽm regulã quod probat per regulam cũ in regula beati benedicti caueatur ꝛ tractet de penitentia iniungenda pro grauioribus culpis vt in rubr.qualis debet esse abbas in secunda diuisione.c.videamus.cũ.xx.ca.de causis monachorũ vbi admonet decanos.ꝛ in.xxiij.de excõ.culparum.xxv.gra uioribus culpis.ꝛ.xxviij.de his qui seuius correcti emendare se noluerunt vbi ponit expulsionem a monasterio. Iteꝫ facit in rubr.de prepositis monasterij que punitio fit incorrigibili. de indicijs.c.cũ non ab homine. de his ꝛ similibus capitulis ꝛ regula beati benedicti facit mentionem Hostien.de regula ribus.c.fi.Inducit etiam Jo.de ligna.c.religiosi.§.quibus.et §.si qui vero.de priuile.in cle.vbi prelatus regularis punit in feriorem de grauioribus culpis ꝛ punit ibi de criminibus q̃ sapiũt furtũ vel rapinã vt patet ibi.ꝛ cõstat ꝙ furtũ ꝛ rapina de grauioribus ꝛ maioribus sunt. de iudic.cum non ab homi ne.ꝛ.xxv.distin.§.nunc autem. punit ergo abbas non solum minora crimina sed etiam maiora ẽm regulam. Sed cum defi cit regula in qua pena non tenetur de homicidio.ꝛ in multis alijs de quibus nõ facit mentionẽ: expresse habet eos punire ẽm apostolica instituta: vt in preal.c.ea que.ꝛ sic possunt ab bates imponere monachis suis pro criminibus penas iuris. Et a preceptis excipit vnũ casum in quo non punit abbas vi delicet cũ criminaliter agit cõtra monachũ de crimine degra dationem requirente qꝛ corã abbate non ageret sed corã epõ cum inferior episcopo degradare non possit siue sit verbalis siue actualis ipsa degradatio. de quo de penis. degradatio. li. vi. quod probatur, qui non potest ordinare nõ potest iudica re. de parochijs. nullus. nec debet cognoscere regulariter ex quo iudicare non potest: vt is cum super. de causa possess.et proprie.ꝛ.l.de qua re.ff.de iudi.ꝛ dicit regulariter ꝙ excipiũ tur casus nominati in prealle.c.cum super. Et qd de tali causa criminaliter mota non possit iudicare inferior episcopo in ducit notata per Host.ꝛ Inno.in.c.transmissam.de ele.ꝛ per dictum.c.cum super.de offi.ordi.quanto.in casu illo potest in telligi.c.monasteria.xviij.q.ij.allegatum pro cõtrario. ¶ Un de ex predictis cõcludit quod abbas debet cognoscere de cri mine sui monachi cum proceditur contra eum inquirendo et denuntiando: quod intelligit verum nisi esset talis casus in quo fieret degradatio etiam si ageretur per viam inquisitio nis vt est heresis de qua habetur in.c.ad abolendam. de here. quo casu pertinebit ad episcopum qualitercunqꝫ agatur etiã si sit exemptus. vt idem ibi credit in falsario literarum pape ꝛ in alijs casibus in quibus degradatur qualitercunqꝫ agatur vt ad solum episcopum spectet cognitio. ¶ Si vero agatur ciuiliter vel per querimoniam non habet locum questio scd̃m eum coram quo agi debeat cum monachus simplex claustra lis non possit ciuiliter conueniri cum proprium non habeat. xij.q.j.non dicatis.c.nolo.ꝛ.qd.xi.de persona.ꝛ not. Inno.et Hostien.in preallleg.c.quanto. Imputet ergo sibi qui cum eo contraxit.ꝛ putat hoc verũ etiam si interuenerit iuramentũ contractui p̃dicto† cum monachus iurare nõ possit sine licẽ tia abbatis.de iura.calum.c.j.in fi.ꝛ in regula beati benedicti vbi suadetur ei ꝙ non iuret in rub.que sunt instrumenta bo norum operum.nec etiam habet executorem proprie volun tatis.de ele.in.vj.c.quorundam.ꝛ.c.religiosus.de testamen.li bro sexto.ꝛ ita pro non iurato habeatur.x.distin.vides.ꝛ.C. de legi.non dubium.ꝛ cap.quod autẽ.de iurepatr. ¶ Nec ob stat.c.laicus.de foro competenti.libro.vj. vbi habetur quod ratione iuramenti conueniendus est quis coram iudice eccle siastico: cum abbas satis sit ecclesiasticus iudex qui excõicare potest.de offi.ord.cum ab ecclesiarũ.ꝛ.c.quanto.ꝛ de simo.si cut tuis.ꝛ de maio.ꝛ obe.c.cum in ecclesijs. Si autem conue niatur de facto ratione dicti contractus conueniretur coram abbate.allegat no.de offi.or.quãto.ꝛ de accusatiõi. ex parte. ¶ † Et hoc putat verũ ꝙ non possit agere contra monachũ claustralem nisi sit in studio[a] cum abbatis licẽtia qꝛ tunc põt agere ꝛ defendere ꝛ omnia sine quibus in studio bono modo esse non põt: vt no.de accusa.ex parte.ꝛ in.c.vt periculosa. ne

clerici vel mo.lib.vj.ꝛ põt vsqꝫ ad probabilẽ summã monaste rium obligare super mutuo: vt no.xij.q.j.nõ dicatis. ꝛ in pal capi.vt periculosa.per Archi. ꝛ tunc si agatur contra mona chum qꝛ potest agere ꝛ defendere, vt.s.dictum est.conueniatur corã abbate ẽm eum per iura superius allegata. Si autem cõueniat monasteriũ in quo casu potuit vt supra dictũ est mo nasteriũ obligare non corã epo agit cũ abbas habet monaste rium defendere.de rescrip.edoceri.cum ibi not.quia non po test esse abbas pars ꝛ iudex.iij.q.iij.nullus. Si autem mona chus prior vel administrator conuenitur nomine sui benefi cij super cõtractu aliquo cuꝫ eo inito qꝛ agere ꝛ defendere po test nomine sui beneficij.de iud.cũ deputati.no.doc.in ca.edo ceri.de rescrip.ꝛ de esti.spo.cum olim.el.j.credit Jo.de ligna. ꝙ conueniri debeat coram abbate per gl.in prealle.c.quanto cum generaliter de monacho contrahente loquatur ꝛ per als rationes.s.positas ꝛ nullus alius contrahit quã dictus admi nistrator. ¶ Et predicta oĩa de correctione criminũ facienda a per abbatem ꝛ conuentione fienda corã abbate in ciuilibus questionibus dicit vera esse etiam si monachus contrahit vel resideat in alia diocesi quam vbi est monasterium: qꝛ mona chus vbicunqꝫ fuerit semper est in iurisdictione abbatis quẽ vice dei super caput suum posuit.xix.q.iij.statuimus.de elec. si religiosus.li.vj.ꝛ monach⁹ fictione iuris semper est in clau stro: vt no. Inno.ꝛ Abb.de sen.excõ.cũ illorũ.ꝛ Archi.ne cle ri.vl mo.vt periculosa.vt pbaf in.d.decre.cũ illorũ.vbi si duo monachi diuersorum monasteriorũ se percusserint ptinet ad vtrunqꝫ abbatẽ absolutio.ꝛ ita daf iurisdictio extra claustrũ qꝛ non põt fieri ꝙ ambo monachi essent in proprijs monaste rijs.probatur etiã eo.ti.c.canonica.vbi prior hospitalariorũ absoluit fratres suos qui multa habent claustra.ꝛ ita extra claustrum vbicunqꝫ iurisdictionem habet abbas in suos mo nachos. Dicit tamẽ quod si locus in quo monachus residet ꝛ contraxit est remotus ab abbate: ita tamen ꝙ non commo de per actorem adiri possit ꝙ poterit conueniri corã episco po nec obstabit exceptio ꝙ primo conueniẽdus sit coram ab bate ꝛ sic probat.nam monialis propter absentiam abbatis se quia mortua est agit nomine proprio restitorio.s.de rescri. cum dilecta.in fi.qd non facit abbatissa, vt not.de sen.excom. parochianos.facit quod no.gl.in.c.non dicatis.xij.q.j.que di b cit monachum posse agere de iniuria sibi illata[b] si abbas est absens nec reliquit pcuratorem.ergo in casu nostro propter absentiam abbatis conueniatur monachus coram diocesa no. Itẽ filiusfa.agit ꝛ defendit absente patre.ff.de iudi. l. si lõ gius.§.si filiusfa.ꝛ no.in.d.decretali cum dilecta. Ita incom moditas mutat alicuius sepulturã.de sepul.c.is qui.li.vj.etiã religioso dat electionẽ sepulture cũ ad monasterium suũ com mode portari nõ potest: quis velle vel nolle non habeat in.c. religiosi a contrario.de sepul.lib.vj.ad hoc qd no.in.c.cum ex literis.de in integ.resti.in gl.pe.vbi ponunt ver.non facit er go parum distantia longa viarum. Prorogat inducias onus aufert impedimentũ. Cogit adire forũ cõseruat ius domino rum.ꝛ sic distantia cogit agit adire forum vbi alias nõ adiret. ꝛ sic allegat ibi.d.l.si longi⁹.vnde dicit ꝙ si p̃dictus monach⁹ distat ab abbate, vt.s.dictum est habebit electionem actor vt ipsum cõueniat coram abbate vel corã epo.ꝛ sic ẽm eũ ꝓ in telligi ꝛ saluari opinio Inn.ꝛ Hostiẽ.ꝛ alleg.not.in predicta decre.quanto.alias aũt si sit ppe debet recurrere ad abbatẽ. ar.de rescri. statutũ.li.vj. et per ratiões ꝛ iura superius alle. propter† vero abbatis negligẽtiã non est dubiũ cũ in ea ap paruerit ꝙ pertineat ad epm vt in decre.quãto.de offi. ordi. in fi.ꝛ in.c.graue.cum ibi not.ꝛ per no.per Archid.in.c.vno. de maio.et obed.lib.vi.in versi.hominis. ¶ Itẽ in notorijs idem est cum statim abbates nõ corrigũt.de censi.romana.§. notoria.quia possunt dici merito negligẽtes.qd intelligit in notorio facti permanentis vel interpellati.de coha.cleri.su per eo.de vsu.cum tu.non autem in notorio facti trãseuntis. ¶ Item vbi appellatur ad eum.de appel.romana.§.j.lib.vj. et ad.c.j.de piuile.li.vj. quod videt obstare in eo quod innuit quod etiam exempti delinquẽtes extra locuꝫ exemptum vide cõtrahentes possunt cõueniri corã epo loci. rñdet Joã.de li gna.ꝙ loquit qñ prelati inferiores sunt negligẽtes vel in no torijs vel vbi agitur accusando vel in casu vbi degradari nõ debent ꝛ superessent oĩa superiorũ p illud.c.correcta. vel ẽm eũ loquit ꝙ ratione exemptionis non defenderent quin pu nirentur per ordinariũ si delinquãt vel contrahant extra do micilium. Sed nõ negat quin possit defendi per anteriora in ra corã eo que papa reuocare nõ intẽdit.de cle. ecclesia. el ij. ¶ Uel melius ad illud.c.dici potest q loquitur de his exem ptis qui cessant exẽptione sunt immediate sub ordinario lo ci vt patet in principio illius textus ibi: suam in ipsis iurisdi

¶ Nisi sit in stu dio. Non tñ tenet monasterium ad mutuũ Ↄctum p pter excessiuã ex pensam studij: vt p Pan.in.c.q̃to. col.fi.de offi.or.ꝛ an monasteriũ te neat rõne debito rũ ante igressum monasterij p mo nachũ Ↄctorũ, vid Lu.ro.Ↄsi.cc[illegible].i ci.p habẽda. Et an abbas repetat solutum p mona chũ, vide bal.Ↄsi. cxxxi.inci.procu rator.i.iij.vol. Et adde ꝙ monach⁹ Ↄ suũ abbatẽ põt agere p alimẽtis in futuũ sibi pstã dis sꝫ nõ p subtra ctis: vt p.d.de ro. deci.cccv.inci.mo nachus in nouis. Henri.Ferran.

¶ Sibi illata.ad uerte tñ ꝙ abbas põt remittere in iuriã monacho fa ctã qꝛ monasterio q̃sita est actio in iuriarũ nõ sibi: et qꝛ qd fit p abbatẽ ꝛ capitulum vide tur fieri p dñz nec dicit hoc pactum ambitiosum vbi hr respect⁹ magis ad deũ q̃ ad libe ratũ: vt dt Bal.in l.pses.col.fi.in vl ti q.C.de trãsact. Et vid Pe.d an. i.c.parochianos. de sent.excõ.ꝛ ibi qd iuris si facta ẽ iniuria clerico se culari an actio in iuriarũ det eccle sie vel sibi. Henri.Ferran.

ctionem prout ius exigit exercere:⁊ sic loquitur de principalibus prelatis ecclesiarũ exemptarũ qui cessante exemptione cõuenirent ratione delicti ꝯtctus vel alia ratione corã ordinario loci.xvj.q.ij.abbates.⁊.xj.q.j.de persona.cum si.aut loquitur in monachis q omni suo priuilegio cessante discuti ⁊puniri debẽt per suũ abbatẽ.⁊.s.dictũ est,nec priuilegiũ debet eis

47 esse dãnosum.arg.de priui.in his.¶†Sed quã formã sequetur abbas vel cõmissarius suus inquirendo contra monachũ suũ de crimine.sequet̃ ne formam iuris,vt in.c.qualiter ⁊ qñ.§.debet.de accusa.⁊ vt vocet̃ ad vidẽdũ iurare testes.de testi.In noĩe dñi.vel procedet ſm statuta regularia vbi ꝓceditur simpliciter:⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij ſm quam formã nõ tradunt capitula de quibus in.d.§.debet.nec vocat̃ ad videndum iurare testes q̃ est de ordine iudiciario nec admittitur appellatio.de appel.c.ad nostrã.⁊.c.reprehensibilis.⁊.c.cũ speciali.§.fi.nec alia subtilitas iuris seruatur sed ꝓceditur ſm obseruantias regulares ⁊ diuersas obseruantias religiosorũ:⁊ de ista forma habet̃ p Car.⁊ Jo.de imo.de reli.domi.c.j.lib.vj.in fi.magne glo.quam ergo formã de istis sequet̃ abbas?Jo.de ligna.in prealle.loco dicit ꝙ potest sequi suam formaꝫ per decre.sepe.al's de statu regu.ea que.in principio. ¶Sed tutius est ei procedere ſm secundã:q̃ si iuxta primaꝫ ꝓcederet haberet dicto monacho ꝓuidere in expensis aduocatorũ ⁊ in alijs sumptibus cũ ꝓpriũ nõ habeat.de accusa.ex parte.⁊.c.pe.§.fi.quãuis in alio casu loquat̃ q̃ se ⁊ sua dedicauit.C.de sac.sanc.ec.aut.ingressi.⁊ aut.si qua.canonizata.xix.

48 q.vlti.si qua.⁊ de ꝓbat.in presentia.†⁊ nisi faceret sibi expensas priuaret eum defensione sua que excõicato ⁊ etiã diabolo si esset in iudicio denegari non debet.de excep.cũ inter.⁊.xj.q.iij.eorum.¶Quare tutius est ſm eum vt procedat̃ ſm secundam:⁊ si ꝓcedit ſm eam non ministrabit sibi expensas q̃ nec eas facturus est nec admittit̃ ad eas,arg.predictorũ.c.ad nostram.⁊.c.reprehẽsibilis.⁊.c.cũ speciali.¶Itẽ dicit ꝙ persona ecclesiastica p abbatẽ potest redire ad secundã procedẽdo ſm regularia instituta ⁊ lis ꝓprie inter abbatẽ ⁊ monachos esse non potest.ff.de iudi.l.lis nulla.⁊ de syndi.c.vno.⁊ qualitercunq̃ abbas de sui monachi salute querit ille debet humiliter obedire vt in prealle.decr.reprehensibilis.nam siue plectendo siue ignoscendo hoc solũ bene agit̃ vt vita hoĩs corrigatur.xxiij.q.v.prodest.ꝙ vna actiõe suspẽsa trãseat̃ ad aliaꝫ.de causa pos.⁊ proprie.pastoralis.de testi.significauerũt.not.hoc in Spe.in tit.de inquisi.§.vltra.ver.Itẽ pone.⁊ in ver.sed nunquid.Nec obst.de postu.prela.c.j.lib.vj.⁊ de elect.vt quis duas.⁊.c.ab eo.e.ti.⁊ libro.vbi vna via electa nõ põt reuocari nec redire ad aliã cum dãno alterius.hic sine dãno monachi:q̃ facilius procederet̃ p secũdã q̃ꝫ p primã,vt.s.ꝓbatũ est.tenet hoc Jo.de lig.in preal.cle.ne in agro.¶Et hec dicta primo examinabo reducendo ipsa ad aliquos articulos.nõ eniꝫ tangit̃ de alijs prelatis inferioribus vt preposito,plebano,et

49 similibus.†Inno.in.c.ad hec.de offi.or.⁊ Jo.an.⁊ Hostien.post eum cõcludunt tales p̃latos in subditos suos tantũ habere leuem iurisdictionẽ ⁊ non grauẽ.¶Et grauẽ vocãt depositiones clericorũ etiã in minorib⁹.allegãt no.de elec.transmissam.xv.qõ.vij.eps.¶Item de suspensione perpetua vel multũ diuturna allegant de excessi.p̃la.c.j.¶Idẽ de minore beneficio ⁊ diuisione eiusdem.c.sint nãq̃.⁊ vide bonã gl.in cle.ne in agro.de statu regu.ideꝫ de dispensatione.de eo qui fur.or.susce.c.ij.⁊ quod ibi no.Inno.⁊ de fil.presby.c.fi.¶Idem de autoritate interponẽda alienationi rei ecclesie.xij.qõ.ij.sine exceptione.⁊.c.abbatibus.⁊.c.placuit.⁊ generaliter omnia que expediunt prelati soli sine capitulo.de his que fi.a prela.nouit.⁊.c.quanto.Item iurisdictio in monasterio.de offi.archi.c.fi.¶Itẽ matrimonialis causa.de excessi.prelat.accedẽtibus.item datio dimissarium.de offi.arch.significasti.Item causẽ criminales graues.de procu.querelaꝫ.¶Item omnia que sunt episcopalis ordinis.de q̃bus de elec.ꝙ sicut.⁊.c.trãsmissam.lxviij.dist.quãuis.¶Itẽ dicũt ꝙ talis iurisdictio nõ extẽditur ad notabiles personas vbi vt in ipso nũtient.vnde Archi.solum habet iurisdictionẽ quo ad parochiales ecclesias ⁊ minores titulos.Item tales prelati inferiores nõ possunt ꝓpter non residentiã priuare clericos titulis suis:nec ꝓpter aliã causam:vt disputauit Jac.bononien.vt refert Joã.and.in.c.fi.de offi.archipresby.⁊ hec cõfirmat do.Anto.in.c.cum cõtingat.de foro cõpe.vbi plus dicit ꝙ vbicunq̃ agitur in figura iudicij nisi aliud det consuetudo isti prelati inferiores non habẽt potestatem.allegat.xj.q.j.de persona.⁊ de here.cũ ex iniuncto.⁊ hec fuit opi.Jac.bono.vt recitat Jo.an.in prealle.c.fi.de offi.archipresby.⁊ cum illa opi.trãsit ibi Jo.and.¶Dicit tamen do.Ant.in prealle.c.cũ contingat.istos prelatos inferiores habere iurisdictionẽ in illos q eos elegerunt:⁊ dirigitur tunc iurisdictio plus ad personas certas in loco:q̃ꝫ ad locũ,intantum ꝙ recipiũt isti potestatẽ excõicandi ⁊ habent iurisdictionẽ modicam ꝓprie cognitionalẽ:⁊ sic debet intelligi ſm eũ.de offi.ordi.cũ ab ecclesiarũ.⁊ qõ ibi not.putat etiã ꝙ subiectos inseruientes in ecclesia intitulos possent pro eoꝝ culpis ⁊ negligẽtijs nõ cõtentiose:sed correctionaliter priuare ad tẽpus emolumẽtis ecclesie in distributionibus ⁊ alijs.totaliter aũt ab ecclesia remouendo putat ꝙ non possent:vt.s.dictuꝫ est ſm Inno.Hosti.⁊ Joan.an.nisi forte ſm eum habeãt ptãtem instituendi de ꝯsuetudine:q̃ ⁊ consequenter habent ptãtem destituendi pro culpis ⁊ negligẽtijs si tamen non sunt supra curã instituti.de capel.mo.c.j.libr.vj.Quinimo etiam si sunt supra curã instituti.facit glo.ſm eum in preal.c.j.super verbo ipsis,a cõtrario sensu.ꝙ si isti superiores habent ecclesias pleno iure.⁊ si habeant potestatem instituendi de ꝯsuetudine quod possent tales destituere.nec obst.tex.in eo ꝙ dicit cõsuetudine vel statuto.quia posset intelligi ſm eũ qñ consuetudo vel statutũ disponit vt tales superiores possunt destituere hos presbyteros institutos ad curã cũ tamen illi superiores nec de cõnsuetudine nec aliter habẽt potestatem instituendi:⁊ hoc ſm eum videtur sentire glo.ibi in verbo consuetudine:relinquit tamen hoc sub dubio dicendo cogita hoc dictum mihi nõ placet:vt.j.subijciam.¶Pau.de leaza.in cle.ne in agro.in.§.ceterũ.de sta.reg.dicit prelatũ conuentualẽ habere iurisdictionẽ fori pniãlis rõne collegij ⁊ personarũ ipsi⁹.alle.de offi.ord.quãto.de maio.⁊ obe.cũ in ecclesijs.¶Itẽ dicit ꝙ talis prelat⁹ nõ hꝫ iurisdictionẽ fori ꝯtentiosi in parochianos:sed pniãlis tm̃.⁊ sic intelligit̃ qõ legit̃ ⁊ no.de offi.or.cũ ab ecclesiarũ.Do.me⁹ do.Car.in preal.c.cum ab ecclesiaꝝ:dicit ꝙ in loco nullius citra epm̃ hꝫ iurisdictionẽ ordidinariã de iure cõi.ipse eñ sol⁹ hꝫ iuris.ordin.de iure cõi in ciuitate ⁊ diocesi.de offi.or.c.j.isti vero p̃lati inferiores qui preficiunt̃ collegio habẽt ordinariã illoꝝ de collegio.C.de iuris.om.iud.l.fi.¶Ex his infert̃ ꝙ si p̃lat⁹ inferior epõ hꝫ ordinariã in sua parochia vel in certa ꝑte diocesis.hoc est de iure spãli.p hoc adducit no.per Arch.j.q.j.§.his autoritatibus.⁊ Pau.in.d.cle.ne in agro.⁊ hoc dicit ꝙ pleban⁹ in parochianos sui plebanatus nullã hꝫ iurisdictionẽ fori ꝯtentiosi.dꝫ illud intelligere de iure cõi.allegat.c.ij.cũ ibi not.de excess.p̃la.vnde nõ dr̃ habere territoriũ qõ sapiat iurisdictionẽ.ff.de iurisd.om.iu.l.fi.de ꝯstit.c.ij.libr.vj.sed parochiã:vt in prealleg.c.cum ab ecclesiarũ.¶Quod p̃ia fronte videt̃ obuiare predictis ꝙ si illud.c.intelligit̃ de iurisdictiõe fori ꝯtentiosi opꝫ illud intelligere quatenus de parochianis dicit de iure speciali ⁊ ratione consuetudinis.d.c.cũ cõtingat.¶Et predicta procedunt ſm eum de iurisdictiõe in loco:sed quo ad iurisdictionẽ in ꝑsonas,dicit ꝙ p̃latus collegij habet ordinariã fori cõtentiosi in illos de collegio:⁊ sic potest inter eos cognoscere de causis ciuilibus ⁊ lꝫ hoc non videat̃ in vsu est tñ de iure ſm eũ.argu.d.l.fi.C.de iu.om.iudi.¶Item põt in singulos de collegio ferre sñias censure.alleg.c.cum in ecclesijs.de ma.⁊ obe.cum ibi not.¶Et hec sunt que in hac materia scripta reperio ex q̃b⁹ nõ dilucidat̃ hec materia ⁊ magna ex varietate opinionũ videtur resultare ꝯtrarietas.¶Nã Inno.Hos.⁊ Joan.and.in prealle.c.quãto.dicũt ꝙ isti inferiores prelati nequeunt cognoscere de causis criminalibus.¶Itẽ ꝙ etiaꝫ in ciuilibus potius est in optione actoris.¶Joan.de ligna.tenet ꝙ etiã de crimine cognoscere possunt dũmodo depositionẽ non exposcãt.⁊ ꝙ data cõmoditate debeat primo conueniri coram suis prelatis etiam si de literis ⁊ ꝯtctibus al's ibi initis vel cõmissis loquitur tm̃ de abbatibus nõ autẽ de alijs prelatis secularibus.Alibi Inno.Hosti.⁊ Jo.an.vt.s.dixi dicũt hos inferiores habere iurisdictionẽ tm̃ in leuib⁹.¶Et hanc opi.videtur amplecti do.Anto.vt.s.dixi qui etiã addidit ꝙ iurisdictionẽ quã habent nequeũt cognitionaliter ⁊ sic in figura iudicij exercere sed correctionalr̃ tm̃.¶Do.Cardi.sentit ꝙ in trib⁹ hñt iurisd.etiã cognitionalr̃.¶Pau.sentit

50 ꝙ habẽt iurisd.fori pniãlis tm̃.†Quid ergo dicendũ in tãta varietate?Et p̃io ponã de iurisd.istoꝝ inferiorũ qõ mihi vr̃.scdo annectã circa ptãtem ipsorũ aliquas qõnes pulchras ⁊ quotidianas.Et p̃io distiguã assumẽdo aliq̃ dicta doctoꝝ in c.cũ cõtingat.de fo.cõp.ꝙ aut q̃rit̃ an isti p̃lati inferiores habeãt de iure territoriũ stricte:ita ꝙ habeant iurisd.in ibidem delinquẽtes vel ꝯhẽtes ⁊ residẽtes.⁊ dicẽdũ est ꝙ nõ sed sol⁹ eps̃ est ordinari⁹ in tota diocesi ita ꝙ diocesis est sibi territoriũ in spũalib⁹ vt pꝫ in.c.j.de offi.ord.⁊ meli⁹ in.c.cũ eps̃.eo.ti.li.vj.⁊ in.c.cũ ꝯtingat.j.eo.ti.⁊.c.si qs cũ clerico.⁊.c.de ꝑsona.xj.q.j.¶Et quid sit territoriũ ⁊ vnde dicat̃ dic vt in.l.pupillus.§.territoriũ.ff.de vbo.sig.⁊ vide gl.in.c.ij.de consti.lib.

a vj.de territorio ⁊ diocesi[a] vide text.cũ glo.in verbo diocesim, de elect.

a ¶De territorio ⁊ diocesi.i quo cõueniant ⁊ differãt territoriũ ⁊ diocesis ⁊ quid habeãt amplecti vid bal.ꝯsi.cccxxvj.incip.rex romanorũ.in iij.col.ver.descendo ad scdm.i.j.volu.⁊ ꝯs.ccccxix.inci.ad euidẽtia.in prin.e.vo.vbi qd sit territoriũ,districtus,⁊ comitat⁹ ⁊ qd differãt;et p Soci.ꝯs.clxxxj.inci.visis capitu.in iij.co.ver.ꝯfirmat̃ hoc.q̃ vbi qõ aliõ est habere dñium terrarũ aliud est hr̃e iurisdictionẽ ⁊ districtũ:⁊ sic de vno ad reliquũ nõ infert̃ ꝯcludẽs ꝓbatio.⁊ qd si p alluuionẽ territoriũ ẽ auctũ:an cẽseat̃ aucta iurisdictio,vid p phi.cor.ꝯs.cclxxxviij.ici.dñs Joachinus.in.ij.vo.⁊ an termini,territorium,⁊ fines sint idẽ vide eundem Phili.corñ.ꝯsi.clviij.ici.viso pũcto.in.ij.col.v̄.ex quib⁹.in.j.vol.et qd si creditoris vl̃ debitoris territoria sint separata:an creditor debeat ire ad domũ debitoris vl̃ ecõtra pro solutione faciẽda.vid eũdẽ Phi.cor.ꝯs.lxx.inci.in hac ꝯsultione.in.ij.col.v̄.itaq̃.in.ij.volu,Hen.Ferran.

de elec.in cle.ne romani. ¶ Aut querit nũquid isti inferio-
res habeant territoriũ fori penitẽtialis ita ꝙ habeant iuris-
dictionẽ pn̄ie in oẽs ibidem habitãtes: ⁊ dico ꝙ habent iuris
dictionem in personas illoꝝ de collegio, vt.s̄.dixi ſm Pau.
⁊ facit.c.cũ ab ecclesiarũ.de off.or.⁊.xvj.q.j.c.j.⁊.c.peñ.⁊ vlti.
de offi.archiepi.hꝫ etiã territoriũ ſi habẽt parochiã distinctã
⁊ vnã habent curã oim.de parochia: vt in.d.c.cũ ab ecclesiaꝝ.
xiij.q.j.c.j.tale eñ territoriũ nõ habẽt isti inferiores vt sepa
ratim ab ep̄o quasi faciãt caput imo cõcurrũt in exercitio cũ
ep̄o ⁊ habẽtur isti sub ep̄o ⁊ locus est preoccupatiõi: ⁊ ſi con-
currunt ad curã prefertur ep̄s vt superior, vt in.c.iij.de offic,
archipresby.⁊ qd̄ ibi no.⁊ de peni,c.ois.⁊ p glo.in.c.ij.e.ti.lib.
vj. ¶ Et aduertẽdũ ꝙ istud territoriũ fori pn̄ialis nõ per oĩa
cõparat territorio fori ꝯtentiosi: qm̄ forensis delinquẽs in lo
co seu territorio vni⁹ iudicis sortit forũ illius quo ad conten
tiosam iurisdictionẽ.vt.c.j.de rapto.⁊.iij.qd̄.vj.c.j.⁊.c.ſi.j.eo.
In pn̄iali vero non sortit quis forum alterius sacerdotis vt
no.glo.singu.in.c.j.xvj.q.j.⁊ notat de rap.c.j. ¶ Et est rõ ſm
Jo.de ligna.quare ratiõe ꝯtẽtiosi subijcit qꝛ offendit iudicẽ
⁊ bonũ publicũ ideo pena ꝯtentiosa que propter hũc finem
imponit punit. Sed puta imponit propter offensam dei et
anime ꝓprie: ergo illi soli subijcit quẽ hꝫ supra se scilicet iudi
cẽ loco dei ⁊ qui iudex est sue aĩe. ¶ Itẽ qꝛ iura parochialia
non ꝯcernunt principalr̄ locũ sed pſonas ꝓpter locũ: secus
in iurisdictione ꝯtentiosa.ad p̄dicta facit.c.super eo.de paro
chijs.⁊.l.pupillus.§.territoriũ.ff.de verb.sig. ¶ Hanc ratio-
nem Jo.de lig.dãnat Lapus de castel.in.c.j.de raptor.qꝛ ali-
quãdo iniungit peccatori penitẽtia manifesta.de peni.c.j. et
sic ad exemplũ alioꝝ delinquentiũ fuerat imponẽda in loco
delicti. ¶ Sed licet ipse dãnet hanc rationẽ: rõ tñ est bona qꝛ
principalis causa est purgatio anime. ¶ Itẽ quidã assignãt
aliã rationẽ ne ꝯtingat per partes ꝯfiteri. Nã de alibi cõmis
sis nõ possis cõfiteri in loco delicti: p partes ergo cõfiteretur
qd̄ nõ est dicendũ vt not.gl.in.c.v.de peniten.distin.j.de quo
per Hosti.de peni.⁊ remis.§.an peccata hec ratio indifferen-
ter non procedit qꝛ nõ in eo q alibi fuit ex toto ꝯfessus ⁊ nũc
in eadẽ delinqt. ¶ Hic Lapus assignat hãc rõnẽ qꝛ interest
sui iudicis vt peccata sui peccatoris cognoscat. ꝓuerb. xxvij.
c.⁊ notat de pe.⁊ re.ois.⁊.c.ij.eo.ti.lib.vj.⁊ he rationes sunt
bone ⁊ notande. ¶ Et licet.s̄.dixerim hic inferiores nec ma
iores nõ habere iurisdictionẽ forensiũ in eoꝝ parochia delin
quentiũ ſi sunt extranei.habẽt tñ iurisdictionẽ in ibidẽ ꝯmo
rãtes licet nõ habeãt ibi perpetuũ domiciliũ: vt sunt schola-
res, mercenarij ⁊ similes quoꝝ parochialis est ille in cuius
parochia inhabitant.vt est glo.fin.in clẽ.j.de priuile.in verbo
parochialis.facit qd̄ not.in.c.ois.de pe.⁊ re.ad hoc in simili
gl.sing.in.l.ij.C.vbi de cri.agi opꝫ.que dicit ibi quem posse cõ
ueniri vbi cõmorat ⁊ versat licet ibi domiciliũ non habeat.
facit.l.quisquis.C.ſi cert.pet.⁊.l.ij.vbi senatores vel cla.⁊ qd̄
no.Inno.in.c.ex parte.j.de fo.cõp.⁊.c.qd̄ clericis. ¶ Et qdã
sunt habentes territoriũ pn̄iale tm̄ ⁊ eoꝝ dignitas sonat in
nomen prelationis vt sunt isti inferiores p̄lati habẽtes certã
parochiã ⁊ tales in tota parochia habent curã. ¶ De abba
tibus vero ⁊ alijs religiosis p̄latis dicendũ erit vt legi.⁊ not.
in.c.j.de capel.mo.⁊.c.pe.e.tit.⁊ p gl.in cle.ne in agro.de sta.
re.vbi no.an p se possunt religiosi exercere curã ſi habẽt po-
pulũ.⁊ ibi etiã p doc.an valeat ꝯsuetudo ꝯ̄ p̄alle.c.j.disponẽs
⁊ tenui in.d.c.j.de capel.mo.ꝙ sic. ¶ Itẽ habẽt iurisdictionẽ
in illos q eos elegerũt ⁊ dirigit tunc iurisdictio prius ad pſo
nas certas in loco ꝙ̄ ad locũ.vñ nõ vendicãt sibi iurisdictio-
nẽ in ibidẽ delinquẽtes vel habitãtes vel ꝯ̄hẽtes: sed tm̄ in p
sonas illoꝝ de collegio. ¶ Et in istis ego distinguo inter ab
bates ⁊ alios p̄latos seculares vt p̄positos plebanos ⁊ siles
vt abbas habeat iurisdictionẽ sup suos monachos vbicunq̃
delinquant ꝯ̄hant vel resideant tam in ciuilib⁹ ꝙ̄ in crimina
libus tam correctionalr̄ ꝙ̄ in figura iudicij: dũmodo nõ agat
ad depositionẽ: ⁊ ꝙ primo cõueniendi sunt corã eoꝝ abbati
bus ꝙ̄ eoꝝ ep̄o: nec obstabit fori exceptio dũmodo cõmode
possint adiri ipsoꝝ abbates. ¶ Et p his faciũt.s̄.adducta
p Joã.de ligna.⁊ maxime.c.abbates.⁊.c.nullã.xviij.q.ij.⁊.c.
religiosus.de testa.in.vj.⁊.c.sicut.de simo.⁊.c.cũ in ecclesijs.
de maio.⁊ obed.⁊.c.in singulis.⁊.c.ea que.de sta.reg.⁊.c.ꝙ̄to.
de off.or.⁊.c.j.⁊.ij.viij.di.nã ſi habẽt iurisdictionẽ in mona-
chos, vt.s̄.ptꝫ in p̄allegatis iuribus ⁊ lati⁹ in ipsoꝝ regula
ad superiora q̃ approbata est nõ apparet rõ quare illam ne-
queãt exercere ꝉ figura iudicij seu ordo iudiciari⁹ sꝫ nõ vt am
pliet iurisdictionẽ sed potius fuit institutũ in fauorẽ publi-
cũ vt ne in aduertẽtia ex iudicis iniqtate ledat ⁊ opprimat.
de ꝓb.qm̄ cõtra. ¶ Et maxime ꝓbari vr̄ in p̄al.c.ea q̃.vbi dr̄
ꝙ debẽt puniri ſm statuta regularia ⁊ apostolica ⁊ ꝙ prio cõ
ueniẽdi sint corã abbatib⁹, facit p̄al.c.quãto.⁊.c.ſi religiosus.
vbi dr̄ ꝙ vice dei supra caput eoꝝ posuerũt monachi abbatẽ
⁊ eius imperio subijciunt in p̄alle.c.abbates.⁊.c.cognouim⁹
⁊.c.in singulis.de sta.reg.vbi primo habetur recursus ad ab-
batẽ pro correctione monachoꝝ.vnde velle ⁊ nolle monachi
dependent ex voluntate abbatis vt in iuribus superi⁹ alle-
gatis.p̄lati vero seculares hñt iurisdictionẽ in pſonas illoꝝ
q eos elegerũt.s.illos de collegio. ¶ Et hanc iurisdictionẽ
hñt tã in ciuilibus etiã in figura iudicij.ar.l.fi.C.de iur.om.
iud.⁊ eoꝝ que no.Inno.in.c.cũ ab ecclesiarũ.de offi.or.⁊ fa-
cit.c.j.xv.q.iiij.⁊ de iu.decernim⁹.⁊ in vsib⁹ secularibus puto
ꝓcedere dictũ Inno.in p̄alle.c.quanto.ꝙ ipsoꝝ subditi pñt
ꝯueniri corã ep̄o vel ipsoꝝ p̄lati immediate ita ꝙ sit opinio
ne actoris corã quo ipsos ꝯuenirẽ velit.ar.p̄al.l.fi.⁊ eoꝝ que
no.Inn.in p̄alle.c.cũ ab ecclesiarũ.nam sicut hi q sunt alicui-
ius ꝓfessionis licite ⁊ approbate faciũt collegiũ ⁊ pñt cõue-
niri in ciuilib⁹ corã ipsoꝝ rectore ⁊ corã ordinario loci ita et
hic clerici pñt ꝯueniri corã eoꝝ p̄lato ⁊ corã ep̄o. ¶ In crimi
nalibus tñ nõ poterũt ꝯueniri corã eoꝝ p̄lato.ar.d.l.fi.⁊.xj.
q.j.de pſona.c.cũ ꝯtingat.j.eo.cũ ſi. Et hoc verũ nisi aliud ha
beat ꝯsuetudo q̃ dat iurisdictionẽ.ix.q.iij.ꝯquestus.⁊ p̄al.c.
cũ ꝯtingat.de prescri.auditis.⁊.c.cũ olim.⁊ in illis intelligo
dictũ Inn.in p̄alleg.c.quãto. ¶ Et de his predictis colligit
vna differẽtia inter iurisdictionẽ ꝯpetẽtem abbatib⁹ ⁊ alijs
prelatis secularibus inferioribus.⁊ hãc arbitror.diuersitatis
rationem qꝛ magis sunt subiecti monachi abbatibus ꝙ̄ secu
lares clerici suis prelatis inferiorib⁹.monachi enim posue-
runt vice dei super eoꝝ caput principaliter abbatẽ ⁊ nõ ep̄m
vt in.c.ſi religiosus.de elec.lib.vj.cũ ſi.⁊ eoꝝ velle ⁊ nolle de-
scẽdit a voluñtate abbatis: vt in iuri.p̄al.vnde nõ sunt subiecti
abbatibus respectu nudi exercitij iurisdictionis sed clerici se
culares sunt subiecti principalr̄ ep̄o ⁊ recognoscunt ordines
⁊ beneficia loco dei soluenda ne carent anima ⁊ corpore.xij.
q.j.cum portio.⁊ qd̄ no.Inno.⁊ Jo.de ligna.in.c.ceterũ.s̄.de
iudi.⁊.c.significasti.j.eo.ti. ¶ Inferiorib⁹ vero prelatis sunt
subiecti respectu nudi exercitij iurisdictiõis ⁊ ideo dicunt cõi
ter iura clericos inquirendos p ipsoꝝ ep̄m.vt.xj.qd̄.j.quasi p
totũ.⁊ in.c.j.⁊.ij.s̄.eo.ti.c.postulasti.j.e.ti.c.cũ cõtingat.⁊.c.ſi
diligenti.⁊ de hereti.cũ ex iniuncto.in fi.xxxv.dist. perlectis.
¶ Et de monachis dicũt illos puniẽdos cõiter p abbatẽ: vt
in iuribus superius alle.facit qd̄ no.xj.q.iij.q resistit. ¶ Pu-
to tñ vt.s̄.recitaui ſꝫ doc.ꝙ isti p̄lati inferiores seculares po
terunt ꝯditionaliter pro negligentijs ⁊ culpis modice puni-
re ex quo hñt iurisdictionẽ in pſonas illoꝝ: ar.optimũ j.c.ex
literis.de ꝯsti.⁊ qd̄ no.in.c.cum accessissent.eo.ti. ¶ Quidã
prelati habẽtes sub se subiectos ratiõe seruitij tantũ ⁊ ꝯstat
eos nõ habere territoriũ ⁊ tales non hñt iurisdictionẽ etiã in
pſonas illoꝝ q ipsis seruiũt nisi aliter illã sibi vendicarẽt: ali
quo iure sp̄ali: vt ꝓbat in.c.cũ ꝯtingat.j.e.ti. ¶ Quidã sunt
hñtes territoriũ pn̄iale non ꝯtentiosum nec in aliqua prela
tione stricte sumpto vocabulo vt sunt curati.⁊ tales non ha
bent ptãtẽ in foro ꝯtẽtioso.vt.s̄.dixi.vñ nõ hñt ptãtẽ seu iu
51 risdictionẽ aliquã in ciuili vel crĩali. ¶ † An autem possit ex
cõicare multe sunt opi.nã Lau.vt refert Jo.an. in.c.ſi sacer-
dos.de of.or.dixit indistincte presbyteros excõicare nõ pos-
se. Host.ibi tꝫ ꝯ̄riũ intelligit tñ de curato ⁊ remittit ad sum-
mã.de sen.§.q possit excõicare.sub.§.nedũ aũt.in eo.§.ver.tu
teneas.⁊ videtur hoc limitare ⁊ restringere in notorijs.⁊ sic
intelligit.c.nemo.ij.q.j.⁊.xj.q.j.experiẽtie.⁊.c.sacerdotibus.
Abb.dicit eas opi.posse reduci ad ꝯcordiam.⁊ ſi hoc seruat
ꝯsue.pñt etiã cã cognita.allegat.c.duo.de offi.or.⁊ de arbit.
dilecti.al's hoc nõ poterũt sine cause cognitiõe sꝫ gñaliter sic
vt in p̄alle.c.ſi sacerdos. ¶ Vñ dicit ibi Pe.ꝙ nõ pñt excõi-
care pſonã certã. Arch.in.c.romana.de sen.excõ.lib.vj.⁊.c.ij.
de ꝯsti.eo.li.tenet sacerdotẽ curatũ posse excõicare.idẽ sentit
gl.in prealle.c.romana.⁊ in prealle.c.nemo. opinionẽ obser-
uat. ¶ Do.Ant.in.c.cum ꝯtingat.j.eo.sic dicit ꝙ isti curati
recipiũt quandã iurisdictionẽ in subiectos: q̃ pl⁹ attrahitur
in materiã fori pn̄ialis ꝙ̄ ꝯtentiosi: qꝛ pñt generalẽ promul-
gare excõicationem ad corrigendas animas subiectoꝝ.alle.
prealleg.c.ſi sacerdos. Do.Car.sequitur ibi primam opi. qꝛ
nemo potest excõicare nisi sit iudex ecclesiasticus. allegat de
senten.excom.c.j.li.vj.vbi ter repetit verbum iudex. Impro
prie tñ ſm euꝫ põt curat⁹ excõicare.s.a cõione remouẽdo nõ
per modũ p̄cepti sed ꝯsilij.⁊ sic põt ꝓcedere ꝙ dict⁹ Hosti.tꝫ
ibi.⁊ hãc opi.sequor qꝛ certũ est ꝙ excõicatio est pars iurisdi
ctionis.de ver.sig.querẽti.de offi.dele.ex literis.vbi bene ꝓ-
bat.ideo null⁹ põt excõicare nisi iurisdictionẽ habeat. ¶ Et
oia illa cõtraria allega.ſi bene ponderent loquunt de haben
te iurisdictionẽ.qd̄ probat litera in p̄all.c.ſi sacerdos.ibi nisi

13 dicũt. ¶ † Nũc venio ad aliqua textualia ⁊ pro declaratiõe litere ⁊ materie: pmo quero de absentia quõ intelligatur ista litera nũquid sufficit absentia a quocũq; loco. Pet. ⁊ Abbas ĩtelligũt de absentia a loco domicilij ipsorum testium. Uincẽ. vero intelligit de loco vbi exercet iudiciũ: vñ ẽm eũ si cã est Rome: ⁊ Hispanus producẽdus est in testem: si se de Hispania trãsfert ad Angliam nõ est locus hmõi receptiõi: post lit. enim cõtest. vel citabũtur Rome vel mittetur ad illos: ⁊ hoc verũ ẽm eum nisi de domo domicilij absentãrẽt se testes ad partes oriẽtales vel tam remotissimas qđ post litẽ ꝯtesta. nõ inueniẽtur. ¶ Duo sentit hic Uin. primo qđ testes debẽt recipi per iudicem cause: licet sint alienigene. Circa hoc dicit qđ siue testes recipiãtur ad futurã rei memoriã: siue in casu huius capituli ꝓpter timorẽ mortis vel absentie semper dñt recipi testes per illum corã quo cã examinãda est. vt plene dixi. in.c. si qs ꝯ clericũ. de fo. cõpe. sed si testes erãt alibi q̃ vbi iudiciũ exercetur et ibi est imminẽs periculũ mortis vel absentie ad remotiuas partes: nec interim potest haberi recursus ad iudicẽ cause sine periculo satis tũc poterũt recipi per illum iudicem vbi degũt ne pereat probatio. ar. in.l. tutor qui repertoriũ.ff. de admi. tut. ⁊ in aut. de defen. ciui. et qđ not. in.c. vt fame. de sent. excom. Sentiũt domi. de rota decisio. lxxvij. vbi dicunt iudicem appellatiõis ab interlocutoria pendẽte ipsa appellatiõe posse propter periculũ emergẽs recipere testes etiã sup pricipali ⁊ valebit receptio etiã si fuerit pronũtiatum male appellatũ. Idẽ sentit hic do. Ant. ⁊ facit.l.j.C. vbi de cri. agi opz. ⁊ qđ leg. ⁊ not. in.c. q̃q̃. xiij. q. ij. Et sic sentit Uin. solã absentiã a loco domicilij non sufficere ad hãc exceptionẽ faciendam. ¶ † Do. An. tz ꝯtrariũ ꝙ qñ absens peregrina-
14 tur in periculo mortis dicitur in.l. mortis causa. cum.l. sequen.ff. de dona. cau. mor. maxime quando absentia est per mare: vel ꝑ loca insidiosa vel quando non est breuis: ad hoc quod no. in.c. pastoralis. §.j. de offic. ordi. ¶ Et certe hoc sentit Hostien. in seque. q. vbi dicit ꝙ quia in peregrinatione plura pericula imminent q̃ in domo equũ est testes recipi propter periculũ mortis. sed hoc dictũ do. Ant. ⁊ Host. mihi nõ placet indistincte: si enim in qualibet peregrinatione esset periculum mortis seu verisimiliter timeretur papa in text. non posuisset vt distincta ista duo cum per se mentionem de morte faciũt ⁊ per se etiam de diuturna absentia

Sebasti. Sapia.
a ¶ Esse rei. Ad hac doctrinã vide Pau. de ca. ĩ cõsi. lxxxij. incip. visis ꝯpromisso laudo ⁊ pũcto: ẽm antiquã impressionẽ. ⁊ ang. cõsi. xxxvi. inci. ꝓ defensiõe. ⁊ Ro. ĩ cõsi. cciij. cũ alle. ꝑ Fel. hic.

Sebasti. Sapia.
b ¶ Ad. q. faciunt ad hãc qõnẽ q̃ ponit Jaso. in.l. ij. in xvij. q. C. de iure emphy. vbi examinat an si sint plures ẽphyteote in vna re quorũ vn⁹ soluit ꝑ parte sua alij nõ: an per non solutionẽ factã ab vno p̃uent illi qui soluerunt.

Zacharias.
c ¶ Contract⁹ valebit in totũ. adde qđ ista est veritas et cõmunis opiñ. quã Joã. de pra. post Bal. Imol. ⁊ Raph. in.l. quãuis.ff. de condi. et demon. et Ange. are. in suo tracta. male. in versi. amputetur ei man⁹. col. fin. ⁊ Ang. in l. si seru⁹. ⁊ ibi oĩno per Alexã. §.j. in fi.ff. si qs cau.

✠ Sebasti. Sapia. ¶ Unde puto. vide qd singulariter no. Bal. in. l. si qs navicularius. C. de naufra. li. x. vbi dicit qd i loco vbi qs passus est aliquē casum pōt facere examinari testes de illo loco: et faciēt fidem corā cōpetēti iudice. et hāc practicā dicit esse mirabilē. sequit Are. in. c. ij. j. de testi. et hoc est verū insi. casu vbi equitas suadet testis deberet examinari ſm Ro. i l. si vo. §. de viro. in. l. iiij. falletia. ff. solu. ma.

a Zacharias.

b ¶ Qui dicunt senes quo ad casuz huius capli. Dic esse in arbitrio iudicis. ita multuz notab. voluit Joan. an. i ca. nouit. §. de iudic. et hoc Bal. in sua marga. i vsi. senex. Fl. in. l. lege aqlia si deletū. ff. ad legē aquil. vbi ēt dīt de hoc esse summatim cognoscēdū. Anto. Franc. ¶ Dicas circa h q dicant senes vidēdū eē spe. in ti. de teste. in. §. ij. in ver. sed quos. et in §. de testiū cōpulsionē. i pn. vbi dicit qd hi qui sunt annoꝝ. lxx. dicūt senēs et excusāt tutela. l. ij. ff. de excu. tuto. l. j. C. q eta. vl mor. se excu. et. l. iuiti. ff. de testi. iō tales non cōpellūt inuiti testificari. de quo ēt vide gl. i. l. ij. i vsi. seniū. C. de his q nō iple. li. x. et hī ēt p spe. i ti. de testi. i pri. et hec pcedūt d iure ciuili sed de iure cano. sec9 est qz tales cōpellunt testificari vt in. c. qsqs. xj. q. iij. et i. c. j. de cri. fal. et no. do. i. c. si q testium. de test. verū si ppter senectam non pñt venire ad iudicē dz mitti tabellio ad eos p recipiendo dictū suū vt ē gl. in. d. c. si q testiū. et adde qd senex lxxx. annorū non tenet psonaliter comparere nisi sit robust9 vt volūt do. de ro. in deci. sio. cccxvj. q inci. senex. i not. et add qd senex. lx. anno rum nō tenet ire ad bellū. l. fi. et ibi bar. C. q pfes. vel eta. li. x. et tz gl. in d. l. iuiti. et in. l. cū ob pnecte. in vsi. seniū. C. de his q nō imple. li. x. et ex

absentia. Unde puto a sic dicendū qd aut est talis peregrinatio qd verisimiliter timet de morte qd est relinquendū arbitrio boniviri: et tūc procedat hoc dictū vltimum: vt etiam si recedāt a loco domicilij recipiātur testes: et tūc nō recipiētur propter absentiā sed propter periculū mortis. et tūc saluatur dictū Uin. Aut non est talis peregrinatio: et tūc procedat dictū Host. vt siue recedat a loco domicilij siue ad remota loca se conferat habito respectu ad locū domicilij nō recipiunt. Quid ergo si recedat a domicilio et appropinquat magis ad locū iudicij. Certe non fiet receptio vigore absentie et idē si non appropinquat dūmodo ad remota loca se nō conferat: qz pariter poterit vocari de vtroqz loco vel ad eum mitti. facit quod no. in. d. c. pastoralis. et hoc idē videt sensisse Jo. cal. hic in pnn. suarū additionū.

15 ¶ † Et ex predictis infero qd testis aduena recedēs de loco vbi iudicium exerceri dz qꝫ velit proficisci ad domicilium propriū potest recipi in testē prout hic dicitur. Et lz do. Anto. videatur dubitare: tamē allego gl. not. que hoc sentit innēto tex. ff. ad. l. aquil. in. l. in lege. et satis probat iste tex. attenta mēte. c. de teste. in. §. ij. in

16 ¶ † Nunquid autē possit aduena cōpelli ad phibendum testimoniū veritatis. domi. Ant. dicit se putare qd si interfuit actui testificādi maxime rogatus cū videat ibi consensisse actui testificandi satis poterit compelli: ex quo ibi reperit quasi ex dispositione iuris sint testes submissi iurisdictioni cuiuscūqz iudicis corā quo causa venit tractanda. Ego aūt remitto ad ea que plene dicā in. c. cū causam. j. de testa. vbi dico de cōpulsione testium.

17 ¶ † Secundo quero quia tex. iste non solū requirit absentiā: sed etiam qualitatem diuturnitatis: quādo dicitur diuturna. Cōmuniter concluditur hoc arbitrio iudicis relinquēdum. ar. de offic. dele ga. c. de causis. vnde dicebat Innoc. p hanc absentiā estimabit iudex variare ſm varietates negotiorū. Nam si debitū de quo agi speratur sit in longū diem debitū: vel sub cōditione que potest multum differri non reputabit absentiam etiā si diu absuturus sit. cū credibile sit qz possit redire anteqꝫ dies vel cōditio existat et ideo non recipietur testis: sed expectabitur hoc casu. et ecōtra si iā citatus esset aduersarius et differt lit. contesta. qz posset esse qz in proximo fiet litis cōtesta. sic psumitur etiā si breui via vel tēpore sit absuturus testis recipitur testimonium eius. et hoc arbitrio iudicis cōmittitur ſm eum. Host. dicit in primo casu equū esse testē recipi propter mortis periculū quia plura in peregrinatione imminent qꝫ in domo. et equū est semper probationibus subuenire: vt dicitur in litera. Dic melius vt dixi. §. iudicem debere cōsiderare an sit tale iter seu peregrinatio vt verisimiliter timeat casus mortis et tunc recipietur et fiet receptio non propter absentiā principaliter: sed qz verisimiliter timet de morte: et sumus in altero casu in litera excepto aut non time tur verisimiliter mors et procedit dictum Inn. et hoc sentit Cal. hic.

18 ¶ † Tertio pricipaliter quero qui dicuntur senes quo ad casum huius. c. b varie sunt opiniones. quidam dicunt ſm Uin. qz senes dicunt septuagenarij qz tutela et cura excusant. vt. C. q mor. aut eta. l. vna. et facit qd not. iij. q. iij. item inuiti. Alij appellant senes cētenarios quia lex vocat illud vltimū spatiū vite hominis. C. de sacrosan. eccle. l. fi. Inn. ponit hic duas opi. primo dicit illos senes esse qui sunt infra. lxx. annū de illis enim qui iam cōpleuissent septuagesimum annū non pōt intelligi cū ipsi et si volentes possint testificari non tamē inuiti cogunt ferre testimonium. ff. de test. l. inuiti. nec cogatur ad munera publica anthoritate tātū. C. qui eta. se excu. l. j. et instit. de excu. tuto. §. item maior. A muneri

cusat etiā a collecta imposita per capita pro eūdo in exercitū sicut etiā excusat infirmus et femina. l. j. C. qui eta. lib. x. et no. Bal. in. l. iij. in. §. si. actor. ff. de re iudi. quis aūt dicatur senex vt possit examinari ad perpetuā rei memoriā dicas qd hoc est in arbitrio iudicis. et hoc modo debet intelligi qd iste dicit vt no. Inn. in. j. col. et Jo. an. in. c. qm frequēter: vt

bus autē psonalib9 publicis authoritate et vtilitate excusant post. lx. an. C. q eta. l. fi. li. x. postea dicit ponēdo aliā opi. quā firmat posse dici quod quantū ad testimoniū ferēdū hoc casu q dicantur senes relinquendū est arbitrio iudicis. Nam qnqz aliqs est senior in quinquaginta annis qꝫ alius in lx. et ſm eū satis pbabiliter potest timeri de morte cuiusqz ſm naturā iferiorū causarū postqꝫ peruenit ad. l. annū: qz minor pars hoīm hāc etatem attingit: et leges que dicūt qz septuagenarij excusant tm a muneribus nil faciūt ad rē: qz ibi nihil fit timore mortis. hic autē aliquid spāle occurrit hic enim testes recipiuntur timore mortis tantū ne cū eis pariter pereat probatio. Host. dicit qd de septuagenarijs et supra pōt intelligi: qz his casibus recipientur saltē volūtarij nō inuiti nec dicunt compulsionē expectare maxime cum appropinquāt morti timere dñt peccatū veritatē tacendo. de crimine fal. c. j. et ſm hoc nulliū est cōtrariū ſm eū: vide ad hoc qd no. p gl. in. c. si q de te. Jo. an. vr super tex. sentire cū opi. secunda Inn. dicit ergo qd hoc relinquitur iudicis arbitrio. ar. in. vsi. qd si forsan. ¶ Ego puto qd i septuagenarijs vt supra indistincte dz seruari dispositio hui9. c. naz a. lx. anno incipit seniū et est aliarum etatū terminus: vt nota. glo. in proemio sextili. ver. est perfectus. et sic cū validitate proprie tali etate dicantur senes seruari dz dispositio. c. nec. in illa etate et supra relinquam arbitrio iudicis: qz satis hoc est expressum. et quātūcūqz quis sit bene complexionatus numere dz abinde mortē: et itelligo qd spōte dicant testimoniū vel etiā coacti vbi cog i deberent: qd qn sit no. in. c. j. de test. cogen. vbi dicam et sic potest saluari procedēs opi. a. lxx. vero anno et ifra mihi satis plz opi. Inn. et Jo. an. vt relinquatur arbitrio iudicantis consyderata complexiōe ipsorū testium. Illud etiam consyderandū est qd a quinquagesimo anno incipit senectus. iuuentus enim incipit a. xxv. et durat vsqz ad quinquagesimū annū: vt no. gl. in loco preelleg. verūtamen qz hic attendit senectus nō propter numerū annoꝝ nec ppter distinctionē etatis sed timore mortis: et iste verisimilis timor vario mō cōtingit ſm diuersitatē complexionū relinquitur ergo arbitrio iudicis: qz et illum iudicabit senem vsqz ad lxx. annū. vbi istū verisimilē timorem cōspiciet: sicut in simili dicimus in pubertate q lz soleat accidere in. xiiij. anno. tñ respectu matrimonij respicimus qn potest generare vt satisfactum est menti iuris: vt leg. et no. in. c. puberes. de desp. impub. et quod no. gl. xx. q. j. in summa.

19 ¶ † Quarto qro qz hic dr non solū senes sed etiā valetudinarios recipiēdos. qui dicunt valetudinarij. Sol. ſm Joan. an. dicūt infirmi sic dicti: qz in eis vz infirmitas contra naturā. Uel ſm Gof. dicunt a valeo p cōtrariū. Inn. intelligit de infirmis ppter debilitatē corporis: non propter febres acutas: et de illis dictū erat. §. ibi: nisi forte de morte. et c. hoc vult dicere ſm eū qz cū de morte vel absentia timet nō sunt testes recipiendi nisi verisimiliter timeatur puta qd sunt senes et c. vel aliter ſm eū vbi de morte vel absentia timet recipiunt omnes sed senes et hmōi recipiunt etiā si de morte vel absentia diuturna nō timeat nisi hoc intelligat: vt. §. dixi. certe hoc dictū nō procederet: nā de senib9 et valetudinarijs pmittit ppter timorē mortis: et si lra bñ ponderet hec vr eius mēs. Nā primo ponit regulam de test. recipiēdis: vbi de morte timet vel absentia diuturna: postea declarat qui sunt isti de quoꝝ morte timet: et dicit qd senes et valetudinarij: et alij de quibus ex aliqua cā rōnabili timetur eo ipso qd est senex vel valetudinari9 timetur de eius morte: sed qs dicat senex vel valetudinarius relinquit arbitrio iudicis: vt. §. dixi. et ex hoc in

li. nō cōte. et tenet Fl. d sctō pe. in. l. in aquilia si deletū hic alle. et adde etiā qd senex nō pōt in ius vocari sine venia vt notabilr voluit spe. in tit. de actio. in versi. sz nūqd edictum. quō autem pbat senectus dicas qd probat ex aspectu corporis ſm Bar. in. l. j. in ver. no. ēt qd sicut minor. C. de mendi. vali. li. xj. et vide ang. in aut. de questore. circa fi. colū. vj. vbi dicit probari ex eo qd quis sit canus pilis et barba. Et adde qz senior dz prius loqui qꝫ iunior casus est repu. sing. in. c. j. de cōtrouer. feu. inter pa. in vsi. feu. q alleg. ro. in suis sing. in ver. senex. et vide ple. p alex. i. l. certū. ff. si cert. pet. et facit p hoc qd dici solet qd semper senectus est veneranda vt est tex. in. l. semp. ff. de iu. imu. et ad de qd senex semp presumit habere seniū et perseuerātē in sanitate. l. senium. et ibi Bald. circa pnn. et adde qd vba senis pl9 valēt qꝫ ensis iuuenis: vt est text. in. c. j. de renunti. et not. Bal. in. d. l. seniū. post princi. et adde qd senior i regno est cōmodior populo: vt dixit Bal. in. l. cū antiquioribus in pe. colum. in ver. x. hoc pbat. C. de iure delib.

c ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Quod senes. Qui dicantur senes vltra adducta per Felin. hic vide eūdem in. c. si qui testium. colū penul. versi. in ea. vbi dic qd com pellunt. j. de test. vbi etiam tangit quādo senes possint cogi ad testificandum.

fero qđ valetudinari⁹ appellatur q̄libet infirm⁹ siue propter febres acutas siue ꝓpter debilitatē corporis dūmodo timeat̃ de morte: sed ī sene nō requirit̃ aliqua infirmitas: q̄ꝛ vt dicit Terentius. Nam ꝛ ipsa senectus morbus est: ꝛ hūc puto intellectum huius.§.sed dices tu qui sunt isti aliȷ̄ de quibus ex rationabili cā pōt timeri. Inno. ꝛ Ho. ponūt exemplū in illis qui debēt ingredi bellum cāpestre vel trāsfretare debēt: ꝛ idē in similib⁹ de quibus habet̃.ff.de do.causa mort. l.ij.iij.iiij.ꝛ.v. ¶ Quīto q̄ro text.permittit hāc exceptionē qñ pars cōuēta est cōtumax vel absens ita qđ cōmode cōueniri nō pōt: quid si est presens ꝛ parata est subire iudiciū: dic ſm Inn.qđ etiā tūc est dare casum vbi testes nō possunt recipi lit.contest. puta si debitū sit cōditionale vel in diē vel si ex alteri⁹ arbitrio dependeat intentio actoris.ī.de testi. significauit.ff.ad.l.aquil.l.i lege aquilia.vbi est bo. tex. Itē si impediat li.cōtest.per suas exceptiōes. Itē si dignitas vacet.ī.ne sede vacante.c.vl. lꝫ illud.c.facit in cōtrariuꝫ.sed ibi soluitur.ꝛ dic q̄ illud.c.potest intelligi de testibus de quorū morte nō dubitabat̃.ideo nō tenuit receptio sede vacante ne aliquid attētetur in preiudiciū ecclesie vacātis.secus dic si timetur.tūc enim cum ecclesia non possit agere propter carētiā prelati ne pereat facultas probādi poterunt recipi testes prout hic

20 dicit̃. ¶ † Et hoc est qđ voluit hic. Inn.vnde dē Hosti.qđ si reus esset malitiosus tyrannus quez actor nō audet cōuenire nec receptionē denūtiare subueniat iudex actori sic iuste timēti.de app. c.si iustus.consyderatis personarū ꝛ negotiȷ̄ qualitate ꝛ aliȷ̄s circūstantiȷ̄s recipiat testes quāto citius ꝛ cautius poterit ꝛ diligenter sustineat vices rei in ipsorum examinatione reseruando sibi exceptiōes in personas ꝛ in dicta ſm eū.ꝛ hec bñ no. q̄ꝛ quotidiana ꝛ optima.ꝛ ad p̄dicta adduco. c.si. de here.li.vj. Ad istū tex.qui tm̄ facit mētionem qñ reus est cōtumax vel absens dico qđ habuit respectum ad id qđ cōiter accidit: nō tñ negat quin reo pñte possit fieri receptio īminēte aliquo periculo.vt.s̄.dictū est: ꝛ satis probat̃ in.d.l.in lege.

21 ¶ † Sexto quero qñ re⁹ dicat̃ p̄sens vel absens. a Inno.intelligit eū presentē[a] qui in eadē ciuitate est: vt in aut̃.de test.§.hic vero.colla.vij. quinimo ſm Hosti.ꝛ de anglia monetur vt vadat vel mittat Boñ.ꝓpter istā cām.ī.de fideiuſ.c.cōstitutus. q̄ñ velit Host.q̄ ēt si sit extra ciuitatē dꝫ citari ob istā cām si non distat magis a loco iudiciȷ̄ q̄ facit anglia a ciuitate Boñ.cum legat̃ citationē fuisse factā ad tam lōgū spaciū.d. Anto.dicit quod absens dr̄ qui est in loco ita qđ de facili cōueniri nō pōt vt ista litera dicit.ꝛ.c.cōstitutus loquit̃ de receptione per viā ordinariā vbi nō timetur periculum.ꝛ est casus in quo cōtra nō verū contumacē vel si appareat verū ꝓcedit̃ ad receptionē testium pe qua per Bar.in.l.iiij.§.pretor.ff.de dam. infe. no.in.c.si.ī.de eo q mit.in poſ.dico sic qđ regulariter an ꝛ qñ requirat̃ citatio personalis vel suffi b ciat ad domū si reus nō reperiat̃.[b] no.in.c.cām. de do.ꝛ cōtu.ꝛ in.d.c.si.de eo q mit.in poſ.vbi dicā.ꝛ per Barto.in.d.§.pretor.ꝛ Jo.an. in regula ꝑ possessore.de re.iu.li.vj.in mercu.sed quātū ad hoc.c.attinet dico qđ nō pōt certa doctrina tradi: sed hoc relinquendū est iudicis arbitrio: dꝫ eñ cōsiderare qualitatē ꝛ quātitatē absentie ex parte cōueniendi. Itē periculū imminēs ex parte testis.qd eñ si testis est ī piculo mortis nec capit dilationē vnius hore. Ñā certe satis vr̃ absens si in cōtinenti reperiri nō pōt.nam verū est dicere cōmode hunc citari nō posse ꝛ ita econtra. Quid si est senex nō tñ in tāto periculo quin possit verisimiliter expectari per duos vel tres dies. dꝫ enim tūc ad eū mitti vt citet̃ personaliter si non hꝫ domiciliū in loco iudicis.arg.in.c.romana.§.contrahētes.de fo.cōp.lib.vj.ꝛ ad materiā q̄ diuersimode citat̃ qs absens ſm diuersitatem materie subiecte vide bo.gl.in aut̃.de fideiuſ.i verſ.pñtes.facit xi.q.iij.eorū.ꝛ qđ ibi no.ꝛ.ff.de ar.l.diē.§. coram. ¶ Septimo quero an ꝛ qñ exigat̃ hec denuntiatio de qua in text.dic ſm Inn.qñ fuit absens re⁹ ita q̄ cōmode citari non poterat vt dr̄ in litera: nā si fuisset presens requireret̃ ista denūtiatio: cū ipse debuisset interesse receptioni testiū ꝛ iuramē c to ab eis p̄stito.vt ī.c.ij.de test.ꝛ.ij.q.j.in primis. ꝛ optime dicit: aut eñ nō fuit presens nec citat⁹ ꝛ nō vꝫ receptio.vt ī.d.c.ij.aut fuit presens. ꝛ tūc frustra fieret denūtiatio vt in regula eū q.de reg.

22 iur.lib.vj. ¶ † Octauo ꝛ vltimo q̄ro an tales possent in hoc casu examinari diebus etiā feriatis.[c] c Spe.in ti.de fe.§.ij.ver.qd si.dicit qđ sic etiā in feriȷ̄s solennibus q̄ꝛ iste actus sit extra iudicium: ꝛ hoc dictū videntur cōiter doct.hic tenere.ꝛ dicit Vin.qđ interrogatoria faciet iudex ſm qđ sibi videbit̃ ſm qđ aduersarius est absens: nec credit ꝑ hāc receptionē prescriptionē interrūpi. ꝛ ꝑ hoc vltimo dicto facit qđ nihil per hoc petitur: sed sit hmōi receptio vt ꝓbatio cōseruet̃.sed contra primum dictū vt possit fieri receptio diebus solēnibus facit qđ no.in cle.vna de off. dele. cū debeāt fieri interrogatoria ꝛ iuramentū recipi. Item aduersarius est citandus ꝛ citatio tali tpe nō dꝫ fieri.vt in.c.si.de fer.l.vlti.C.e.ꝛ sic nō vr̃ actus oīno extraiudicialis vt dixit Spe.vñ puto qđ nisi maximū periculū immineat nō dꝫ talis actus tūc fieri ꝛ tūc fiet receptio nō ea ratiōe quia act⁹ est extraiudicialis oīno: sed q̄ꝛ necessitas suadet ꝛ agitur de re tpe pitura.vt in dictis iuribus.ꝛ in.c.lꝫ. eo.ti.de feriȷ̄s.secus si iuramentū fuisset receptū die nō feriata.ꝛ tūc interrrgatoria porrecta ꝛ citatio facta partis: tūc enim receptio facta est qd mere extraiudiciale q̄ nō pōt indistincte fieri in die feriato.vt no.gl.in cle.j.de offi.deleg.

1 ☞ Testes quo casu in cā matrimoniali taꝫ carnali q̄ spirituali examinant̃ lit.non cōtest. ꝛ etiā veniatur ad sententiam.

2 Prelatus ꝛ maritus nō pñt se absentare ab ecclesia ꝛ vxore sine cā ꝛ absentando p̄sumuntur facere malitiose.13.

3 Qñ aliquis est peremptorie citat⁹ ꝛ est cōtumax ꝓceditur in cā sed quo ad cōdēnationē expēsarū sufficit vna citatio cum contumacia.

Contumax quomodo probatur.

4 Egritudo ꝛ captiuitas excusat quem a contumacia vera.

5 Prescriptio nō currit ꝯ eccłiam carentē administratore immediato licet habeat prelatum.

6 Occultans se vt impediat citationē quo casu habetur pro peremptorie citato.11.

Forma citandi occultantem se.

a ✠ Sebastia. Sapia. ¶ Presentē. Vide qs dicat̃ pñs vel absens ꝑ alex. in cōsi.c.inci. discussis.in.v.vol.aliquid per Feli.in rub.proe. gregoria. col.pe.vide etiā quod no.Bal.in.l.ex persona.C.de proba.quem refert Alex.in cōsi.lxxxix.incip.eximiȷ̄ iurisconsulti.in.v.volu.

b Zacharias. ¶ Sufficiat ad domū si reus nō reperiatur. Tu dic q̄ sufficiat ad domuꝫ vt ꝑ bart.Ba.Pau. de ca. post Sinl. de cu.in.l.cōsentaneum.C.quo ꝛ qñ iud.itū cōsil. xlij. col.j.verſ.facit ad hūc.ꝛ ꝯsi.seq.col. j.vol.ij.Fel.in.c.in noie dñi.colū.vij. verſ.vno casu sol uat.ī.de testi. Lāfrā.ī.c.qm̄ ꝯ.§.citatiōes.nu.2.vsꝫ. tertio quero.ꝛ ibi ꝑ celsum ī apo.re mis. ad saturitatem.i.§.ꝑtor.ī.de prob.ꝛ ibi paulo post per Lanfrā. an ad apothecaꝫ in qua quotidie laborat debeat citari an ad domum in qua hꝫ familiā cōcludit q̄ vbi hꝫ familiam.

Anto.Franc.

¶ Adde q̄ citatio ad domuꝫ sufficit si semel fuit ī iudicio vt ꝑ Bal. in.l.iiij.i.§.ꝑtor. i.j.col.ff.de dā.infec.ꝛ ꝑ eundē in.l. j.in.§.j.de liber. agno.in vſic.sc̄do no.ꝛ hr̃ ꝑ bal.in.l. vt pfectꝰ.C.d ānna.exc.ꝛ in.l.si. in j.col.in verſ.no.in materia citationis.C.de iur.do. ipe.ꝛ habet̃ ꝑ gl. ꝛ doct.in.l.iij.C. qño ꝛ qñ iud.ꝛ ad de q̄ si citandus pt inueniri requirit̃ citatio personalis sed prius dꝫ peregri ꝛ eo nō inuento fiat citatio ad domū: alias fiet per ꝓclama: vt ꝑ Cardi.in cle.j.in ij.q.i si.de iud.ꝛ ī cle.j.i.x.no.de foro cōpe.ꝛ ideo dicebat bar.ꝛ nico. de neap.in.l.scire opꝫ.in.§.opꝫ.ff. de excu.tut. q̄ citatio ad domū facta ī subsidiū valet.ꝛ ideo dicebat ipse bar.i.l.sit si.in fi.ff.de le.ij.q̄ nūcius referēs se citasse dꝫ dicere q̄ diligēter ꝑquisiuit titiū ꝛ q̄ꝛ eū nō inuenit citauit eū ad domū.ꝛ vide etiā Bar.in.d.§.pretor ait.ꝛ ibi ēt per Alex.in.iiij.col.vbi ple.examinant istū passum ꝛ dicunt q̄ nō requirit̃ discussio persone: sed sufficit citationē fieri ad domum qñ statutū dicit aliquē citari debere p̄sonaliter vel ad domū alias autē reqrit̃ discussio p̄sone,ꝛ vide do.de ro.in suis deci.lj.in no.ꝛ adde q̄ qñ qs citat̃ ad domū dꝫ citari alta voce vt quilibet astās possit audire: vt dixit Bal.in.l. diffamari.i.j.col.ꝑ illū tex.in ver.vocitasse.C.de inge.manu.ꝛ vide do. Card.in cle.j.ꝛ.ij.q.ꝛ oīo eū in.vj.q.post gl.de iud.vbi dicit q̄ ad talem citationē reqritur q̄ fiat alta voce ꝛ q̄ p̄sonaliter apprehēdi nō potuerit ꝛ q̄ ēt requirant̃ amici absentis citati aliās nō cōstitueret̃ citatus in cōtumacia.qđ ēt voluit Bal.in.l.vt perfectius.in.j.co.C.de anna.exc.ꝛ vide Inno.post glo.in verſ.absenti.in.c.ex.parte.de testi.de citatione aūt ad apothecā vide Bar.in.d.§. ꝑtor ait.in.ij.col. ad si.vbi tꝫ q̄ non vꝫ.ꝛ idē ipse in.l. j.in.§.i.in.ij.co.de libe.agno.ꝛ hr̃ ꝑ Flo.in.l.j.i.§.habitare.ff.de his q deiece.vel effude. ꝛ ꝑ Alex.in.l.lex cornelia.i.§.si tamen.ff.de iniur.ꝛ per Bartol.in.l. item apud labeonem.in.§.conuitium.eod.titu.de iniur.

Zacharias.

c ¶ Diebus etiam feriatis. De examinatiōe de qua hic petitur nō dubiuꝫ est q̄ in aliȷ̄s etiā casibus possit fieri die feriata etiā in honorem dei vel sanctoruꝫ vt per Lanfran. remissiue ī.c.quoniam contra.in.§. testium depositiones.num̄.8.ibi respondeo q̄ nō sed bene deponere possent die feriato.ꝛ ibi celsus in apo.in verſ.die feriato vbi dat rationeꝫ vniuersitatis inter examinationem que die festo fieri potest.receptio aūt testiū non.qđ intelligo regulariter.quia hoc casu de quo hoc posset ēt recipi vt not.Paul. de cast.in.l.eadē. ff.de feriȷ̄s.ꝛ bart. in.l.more.illo ti.ꝛ spe.in ti.per istuꝫ alle.de fer.§.seqt. ver.pe.ꝛ ibi Joā. an.in additio.ad ipsum.

Anto.Franc.

¶ An examinatio testium possit fieri die feriata in honorem dei.dicas q̄ sic: sed non deferri iuramentum: vt per glo.ꝛ Card.in cle.indices.de offi.delcg. ꝛ habetur per Bar.in.l.si qñ.C.de testi.ꝛ vide etiā Lanfr.in cle.sepe.in ver.de plano.de verb.sign.quod sine dubio est verū quādo iuramētum fuit prestitū die non feriata ſm Bal.in.d.l.si qñ in vj.qđ.ꝛ per spec.tit. de fer.in.§.j.in versic.quid si.ꝛ per Pau.in.l.omnes.C.de fer.ꝛ in addi. spe.in.d.ti.de fe.in.§.ij.ꝛ adde q̄ examinatio testiū debet fieri parte citata ad iuramenta saltem alias est nulla vt plene no. in.l.is apud quē. C.de eden.ꝛ in.l.penul.de cri.expi.he.ꝛ ple.trac.per Bal.ꝛ doct. in.l.si quando.C.de testi.

Clericus citatur vel domi vel in sua ecclesia.
7 Maxime: ista dictio exponitur aliqñ p tantum.
8 Clericus absens citat⁹ ppter aliquam causam intra quantum tempus debet comparere.
9 Clericus vagabūdus priuat̄ bñficio lz illud bñficium non requirat residentiam.
10 Clericus q est absens ex aliqua iusta cā a bñficio requirente residentiā dʒ in eo relinquere vicariū.
Clericus qui habuit certū terminū ad redeundū vtrum finito termino sit vlterius monendus vt reuertatur ad effectum de quo hic.
11 Probatio certa nascit̄ p violentas p̄sumptiones.
12 Euidenter dr̄ fieri qd̄ fit p verisimiles cōiecturas.
Mors quomodo probetur.

Porro. Hic in isto.§. vsq₃ ad.§. sunt et alij. excipiunt̄ alij duo cas⁹ a regula supra posita. et pinguius excipiuntur isti ꝙ precedētes cū in istis possit etiā ad sniam pcedi ⁊ hunc.§. sic summo. ¶ 1 †Cum agitur de matrimonio carnali vel spūali pn̄t cōtra contumacē etiam li. nō cōtest. testes recipi et snīa diffinitiua ferri: si vero reus est absens sed non contumaciter tūc in carnali nō procedit̄ sed expectat̄ absens: in spirituali vero si agat̄ de cōtracto stabitur iuribus antiquis: si de cōtrahēdo expectat̄ absens p sex mēses. h.d. Sed de hoc vltimo qñ agit̄ de contrahendo dic hodie vt in.c. ꝙ sit. ⁊.c. cupientes. de ele. li. vj. vbi aliter est puisum. Et diuido in duas ptes principales. Nā primo decidit qd iuris qñ re⁹ est absens per cōtumaciā: scd̄a ibi: si vero ponit quid qñ est absens sine cōtumacia. Et ista scd̄a diuidit̄ in tres. Nā primo tractat de matrimonio spūali iam cōtracto. scd̄o de ꝯhēdo: ibi, ꝙ si. tertio de carnali, ibi: si aūt. ¶ 2 †Not. j. absentiam p̄lati ⁊ mariti valde periculosam ecclesie vel vxori. ⁊ ideo prelatus non pōt se absentare sine cā sicut maritus vt j. d̄ cle. nō resi. per totū. ⁊. vij. q. j. si qs in clero. Et pro p̄mo. s̄. de elec. ne pro defectu. De marito v̄o vide casum specialissimum in quo potest se maritus absentare sine licentia vxoris. s. cū emittit votum in subsidiū terre sancte. j. de voto. c. ex multa. §. in tanta. regulariter em̄ non pōt se ab ea absentare de quo vide qd̄ no. xxxiij. q̄. v. manifestum. xxvij. q. ij. si tu abstines. Hinc dr̄ maritū non habere potestatē sui corporis: sed vxor. vt i.c. nō dʒ. de cōsan. et affi. ¶ 3 †Not. ij. tres modos probādi cōtumaciā. Prim⁹ si perēptorio precedēte nō cōparuit. et concor. l. cōtumacia. ff. de re iu. et. xxiiij. q̄. iij. de illicita. et requirit̄ perēptoriū quo ad facultatē procedendi in cā: sed quo ad condemnationē expensarū sufficit vna citatio sine perēptorio. de quo tn̄ dic vt no. in. c. querelā. de procu. Secūdus modus si malitiose seipsum occultat. Tertius si impedit ne citatio possit ad eū puenire. et not. istos duos modos vltimos singulariter vt his probatis nō sit necesse aliter probare: sunt enim iste trine et solēnes citationes ad cōtumaciā conuincēdā: si ergo cōstat de ea nō est necesse aliter citare. vt etiā dicit Inn. in. c. ad petitionē. de accu. ¶ Not. iij. differentiā inter hunc.§. precedentem hic enim recipiunt̄ oēs testes et publicant̄ et fertur diffinitiua. ibi vero neq₃ oēs recipiunt̄ nec recepti publicantur nec fertur snīa diffinitiua: nisi prius lis contestetur. et rō huius spālitatis redditur hic in litera. ¶ No. iiij. in versi. si vero. ꝙ inter ecclesiā ⁊ etiā quēcūq₃ p̄latū inferiorē dicitur esse matrimoniū spirituale. dic tn̄ hoc procedere largo mō: nā stricte sumēdo solum est inter ipsum ⁊ ecclesiā suā: ipse enim est sponsus: ⁊ in signum solus defert anulū. vt no. Ioā. an in. c. cleri. de vi. et ho. cle. vide tn̄ qd̄ no. in. c. ne pro defectu. de elect. ¶ a No. ex eodē[a] ver. capiendo verbū maxime: proprie ꝙ per solā electionē subsecuto cōsensu electi dr̄ contractū hic matrimoniū: secus si adhuc non interuenit consensus electi: vt in ver. sequēti. Dic tn̄ melius ꝙ ante consensum nihil est contractū: post consensum electi ⁊ ante cōfirmationē matrimonij dicit̄ initiatū: vt in. c. si. de trāsla. p̄la. et hoc innuit tex. in. c. cū inter canonicos. de elec. i versi. quasi. ⁊ per cōfirmationē est ratū q₂ nō pōt dissolui ex sola voluntate electi. ⁊ p cōsecrationē ꝯsummatur: vt dicit tex. in. c. si. vide gl. in. c. si electio. de elec. li. vj. ⁊ ꝙ no. in. c. ij. de transla. prela. ¶ No. in versic. qd̄ si forsan. electū absentē nō cōtumaciter expectandū per sex menses: sed hodie dic vt habetur in. c. ꝙ sit. de ele. li. vj. ⁊. c. cupientes. e. ti. ⁊ li. vbi aliter statuūtur ista tempora. ¶ Not. in ver. si autem. in cā matrimonij carnalis non procedit̄ cōtra absentē cōtumaciter: ⁊ ratio redditur in litera. alia sunt clara. ¶ 4 †Potest tn̄ colligi qd̄ egritudo et captiuitas[b] excusant a contumacia vera. dic tn̄ qd̄ iste tex. loquit̄ quādo citatio nō puenit ad absentē. Item qñ ignorat̄ an impedimētū sit tēporale vel perpetuū ⁊ an culpa sua inciderit in impedimentū: his em̄ ꝯsyderatis ꝯpellitur qñq₃ absens ⁊ impeditus constituere procuratorē: de quo dic vt no. in. c. querelā. de pcū. ⁊ p gl. ⁊ doct. in. c. dilecti. de do. ⁊ cōtu. ⁊ dicit vt ibi. ¶ Uenio ad glo. huius.§. Et prima gl. intelligit principiū huius.§. de electo nō ꝯfirmato: ⁊ qui nondū ꝯsensit. ⁊ nō apparet quare glo. voluit sic istud principiū restringere: forte enim voluit imponere differentiā inter principiū ⁊ ver. si vero. ⁊ ver. qd̄ si. sʒ certe nō est bona differentia: cū versi. qd̄ si. loquat̄ de electiōe nuda añ ꝯsensum electi vt etiā ibi sensit. Item ver. si vero. loquit̄ qñ est absens non p ꝯtumaciā: vt etiā ibi vult gl. vel forte ideo gl. restringit q₂ tex. in hoc principio tm̄ loquitur de electo: quicquid gl. senserit. Host. intelligit hoc p̄ncipiū pcedere etiā in electo ꝯfirmato ⁊ ꝯsecrato si agatur ꝯ eū de federe cōiugij spūalis: ⁊ si dicatur eum qui longo tpe possedit episcopatum a principio fuisse intrusum per potentiam vel simoniace. Si vero nō negat̄ fed⁹ sed peditur deponi ppter crimen quantumcūq₃ iste sit cōtumax nō debent testes recipi super crimine nec ferri snīa lit. nō ꝯte. iij. q. ix. decernimus. simile in matrimonio carnali. s̄. e. c. j. ⁊ idē Inn. ¶ De modo procedendi contra absentē qñ agit̄ de crimine dic vt plene dicā in c. veritatis. j. de do. ⁊ ꝯtu. ⁊ dicebat Inn. hos.§§. sic distinguendos: vt principiū loquat̄ in cōfirmato ⁊ consecrato sed ꝯtumace. ver. si v̄o. loquat̄ in cōfirmato absente sed nō cōtumace. ver. qd si forsan. de nō ꝯfirmato. tene simpliciter ꝙ ex quo agitur de federe spirituali: ⁊ reus est ꝯtumax semper potest pcedi vt dr̄ in p̄ncipio siue electio sit cōfirmata siue nō: siue ꝯsenserit siue nō: q₂ stat semper ratio litere que fundat̄ super ꝯtumacia ne ex mora ecclesia patiatur detrimētum in temporalibus ⁊ spiritualibus. hoc etiā probat ver. si vero. qui ēt venit aduersatiue ad p̄cedētia ⁊ tn̄ loquitur cum ver. sequēti tam de electione nuda ꝙ confirmata: ergo ⁊ principiū sic intelligendū est data ꝯtumacia: vñ verbū electio: capit̄ hic multum gn̄aliter: ⁊ qcq́d fuerit isto tpe hodie tn̄ hoc certissimum est p cle. dispēdiosam. de iu. iuncta cle. sepe. de v̄bo. sig. ver. si vero. venit aduersatiue: vt dixi ad precedentē. ⁊ loquitur cū versi. seq. qñ reus est absens ⁊ nō per cōtumaciā ⁊ pcedit tex. cū aliqd opponit̄ contra electionē vel cōfirmationē vel ratione forme nō seruate vel rōne criminis electi: vt dicit̄ in hac gl. ita ꝙ p̄ncipaliter impugnat̄ ipsum vinculū: sec⁹ si vinculo p̄supposito impugnat̄ vel petit̄ deponi propter crimen sequēs: tunc enim procedendū est prout no. in. c. veritatis. j. de do. ⁊ ꝯtu. ⁊ idē in matrimonio carnali: vt in. c. j. s̄. e. ¶ Sed quero nunquid iste.§. habeat locū cū agitur ēt de inferioribus bñficijs. glo. ista prima alia est super ver. puta. dicit ꝙ sic: q₂ ibi ex lōga mora ledit̄ ecclesia. Item tʒ Inn. Host. ⁊ cōiter doct. ⁊ p hoc s̄. de elec. cū eccl̄ia. j. de cle. non resi. c. pe. ⁊ de eo q mit. in pos. c. cū q. li. vj. qd̄ placet: nā ista litera loquitur indistincte: ⁊ rō in ea posita hʒ locū etiam in inferioribus ecclesijs. nam ⁊ qñ vacant carent 5 administratione immediate. ¶ †Adeo qd̄ tūc nō currit prescriptio ꝯ eas: vt no. Inno. in. c. olim. el j. j. de resti. spo. occurrendum ergo est vt cito habeāt administratorē immediate. ¶ Opp. qd̄ isti ablatiui in hmōi casibus superfluāt cum sufficiat verbū. tūc glo. in ver. hmōi. fatetur ꝯtrariū. simile

p iij

Sebasti. Sapia.
¶ a No. ex eodem. Uide Car. in consil. xlj. incip. punctus q̄onis. nunqd añ añ ꝯsecrationē qs dicatur pmotus in ep̄m: vide multa cumulata p Felinū. i. c. cam te. col. j. cum seq. s̄. de rescrip.
Zacharias.
¶ Egritudo ⁊ captiuitas. q₂ ineuitabili necessitati vident̄ impediri tales. text. est sin. in. l. nā ⁊ serui⁹. in j. respō. ff. de neg. gest. quē Bal. l. c. sciscitat⁹. s̄. de rescrip. dicit esse singu. ad effectuʒ de quo. s̄. ⁊ Ant. cor se. sing. excꝭ. i v̄si. necessitas ieuitabilis. addo alium casum q excusat etiā puta si caret vestib⁹ p tex. in. l. edem. ff. ex q. cau. ma. ⁊ i. c. si qui testiū. iuncta glo. j. j. de testi.
Anto. Franc.
¶ Circa hoc an ⁊ qñ testis dicatur impeditus ita vt non possit venire ad iudicē sit mittēdū iuramentū ad domuʒ. vltra hic alleg. vidēda sūt q̄ habent̄ in. l. ad egregias vbi per Bart. ⁊ alex. post alios. ff. d̄ iureiur. ⁊ ibi ponit̄ d̄ paupere q non hʒ vestes cōuenientes dignitati ⁊ cōditioni sue cū qbus possit exire domū salua honestate q₂ tūc mittitur iuramentū ad domū. ⁊ eodē mō si sit mulier honesta. ⁊ adde ꝙ iuramentū testis scriptū in actis p̄sumit̄ p̄stitū solenniterq₃ parte p̄sente et a iudice f̄m Io. and. in addi. spe. in tit. de te. in §. sequit̄. in ver. et no. ⁊ idem vol. d. Anto. de butr. in c. fraternitatis. ⁊ do. abb. i. c. tuis. ad fin. j. de testi. ⁊ Bal. in. l. iurisiurādi. C. de testi. et in. c. j. in.§. j. quid sit inuesti. ⁊ adde qd̄ ille qui alleg. impedimentū vl̄ testes vl̄ aliud dʒ illud pbare: vt p Bal. ⁊ Alex. in. l. de pupillo. in.§. si quis ipsi. de ope. no. nuntia. dicas tamen quod impedimentum regulariter probatur per iuramentum: vt not. doct. in. l. sed et si quis. in.§. quesitum et in. l. ij. in.§. quod diximus. ff. si qs cau. ⁊ vide omnino Alexā. in. d.§. qd̄ diximus. vbi dixit communiter teneri qd̄ sit in arbitrio iudicis an stet̄ super impedimento iuramento partis vel aliter debeat probari. de quo etiaʒ habetur in ca. q₂ propter. de elect. ⁊ habetur per gl. in. c. quisquis. iiij. q̄. v. ⁊ per specu. in titu. de app. in §. breuiter. i versi. in summa. dicas etiā qd̄ probatur per indicia ⁊ coniecturas: vt per Inno. in. c. in causis. de testi. et per bal. in. l. scire oportet. i.§. sufficit. ff. de exc. tu. vtrū autē de tali impedimento sit ptestandum. not. in. c. ex rōne. de appel. et an pbet̄ p testes singulares vide p Alex. cōsi. suo. ix. in. iiij. parte consiliorum.

✠ Sebaſti. Sapia.

a ¶ Quero. Vide bal.i.l.ea q̄.in vlt. col. verſ. dic ergo ꝙ aut actꝰ.C.quo modo ⁊ qñ iu.vbi dicit ꝙ q latitat ita ꝙ non pōt ap pꝛehēdi eſt verus ꝯtumax.ſequitur Alex.in.l.ꝓperādū.§.ſin autē reꝰ.in.v.ꝯcluſione.C.de iudi.

Anto.Franc.

b ¶ De hac dictione maxime. Dicas quod īcludit vtrunqꝫ caſum ſꝫ ponit maioꝛitate rationis in altero et ſtatuit idē ius: vt eſt gl.i.l.illō et ibi p floꝛ.de ictō pet.ff.ad.l.aql.et hꝛ in.c.illud.xij.di.⁊ p ſpe.in ti.de diſpu.⁊ alle.in.§.poſtq̄.in Ꝟ.⁊ no.⁊ vide p do.car.in cle.ſ.de renū.vbi dicit ꝙ ponit idē ius in caſu ꝯtrio ⁊ ꝙ aliqñ ēt ponit ꝓ multū qñqꝫ ēt ſuperabundat vt in.l.ſi dolo.de reſcin.vendi.⁊ dixi ple.alr̄s legēdo illum text.in.c.gratum.de offi.

✠ Sebaſti. Sapia.

c ¶ Subdiſtinguit. Qūo procedat ꝯ clericū nō reſidētem latiſſime tangit Maria.ſoci.in.c.ex tue.de cle.non reſi.

Zacharias.

d ¶ Delictū vagationis.iſtud mihi vr̄ eſſe nimis durum ꝙ ꝓpter ſolā vagationem quis priuet bñficio eccleſiaſtico niſi foꝛte tandiu abſit vt dubitet an viuat p ea q̄ no.glo.fin.quā multū extollunt ibi ſcribētes dicentes alibi nō eſſe ſimilē in.c.nō opꝫ.el.j.de conſe.diſt.vlt.⁊ illā ſingularizat Anto.conſ.ſing.ccclxxxiij.in verſic.vagabundus.vbi multa memoꝛatu digna de vagabundo ponit.

Anto.Franc.

¶ Circa iſtud an ex ſola vagationē qs ꝓuetur bñficio putarē,dicēdū ꝙ ſi beneficiū requirit reſidētiā ꝙ ta

lxix.diſt.c.vl.⁊.xj.q.j.c.volumus. Uel dic ſm̄ Hoſti.⁊ Jo.an.ꝙ ille verſ.tūc reſpicit ſi.ſ.⁊ iſti ablatiui denotāt ꝯtumaciā de qua ſequit:qñ velit litera ꝙ tūc procedendū eſt ad receptionē teſtiū ⁊ ad diffinitiuā cū agitur de mr̄imonio ſpūali vel carnali non tn̄ ſemp:ſed in hmōi caſibus qñ data eſt 6 cōtumacia ⁊c. ¶ † Quero[a] an ille q ſe occultat ne poſſit citari vel impedit ne citatio ad eū ꝑueniat habeat ꝓ citato. Glo.in ver.ſeu qꝛ impedit.dicit ꝙ ſic:requirit tn̄ ꝙ denūtiatio fiat publice ad domū ſuā vel ad eccleſiam. Joā.an.dicit ꝙ hoc caſu vel cū domiciliū vel locus citādi libere ⁊ tute non pōt adiri ſufficit ꝙ citatio fiēda authoꝛitate apoſtolica fiat in palatio papali vel in audientia cauſarū:ipſo tn̄ papa ex certa ſcientia ſpecialiter hoc mādante et poſtea ſigatur ianuis maioꝛis eccl̄ie ipſius loci vbi degit papa cum curia ⁊ tunc ſi arctat citatū ac ſi id ad ipſum perſonalr̄ perueniſſet ēt ſi fiat extra dies ſolēnes qbꝰ papa ꝯſueuit gnāles facere ꝓceſſus. hoc dicit patere in extrauagāti bonifacij que incipit rē nō nouā:⁊ moderationē clementis q̄ incipit dudū bonifacius.de iudi.in cle. ¶ Aduerte ꝙ hoc dictū ꝓcedit in papa et tūc dico ſpecialr̄ procedere qñ nō cōſtat ꝙ malitioſe impedit vel occultat:ſed ſi cōſtaret dico iſtā citationē generalē nō neceſſariam etiā in inferioꝛibus iudicijs.vt.ſ.dixi in notabilibus.habetur enī incōtinenti pro citato:tex.eſt hic valde notabilis vbi parificat perēptoꝛiū ⁊ tale īpedimentū.ita tenuit Jnn.in ꝑalle.c.ad petitionē.facit optime tex.in.l.j.§.ſed ariſto.⁊ qō ibi no.Bar.ff.qō vi aut clā.⁊ ſatis videtur ꝓbari ꝙ impediat ſi aliqs amicꝰ vl̄ cōſanguineꝰ īpedit;vt ꝓbat in ſimili in c.cōſtitutus.de teſt.⁊ ſentit Bart.in ꝑalle.l.j.§.fi.ſed qꝛ hec impedimēta nō pñt de facili ꝓbari,ſatis puto vtile ⁊ cautū vt ſeruetur qō no.gl.in cle.cām.de ele.Et no.ex hac gl.ꝙ qñ clericꝰ eſt citandus ſufficit ꝙ talis citatio fiat ad domū vel ad eccleſiā ſed hoc declara ꝓut dicā in.c.cām.de do.et cōtu. ¶ Sꝫ circa hoc q̄ro nūquid hodie requirat peremptoꝛia citatio in caſibus hic expꝛſſis.d.Anto.hic dicit primo ꝙ non per cle.ſepe.de verb.ſig.in gl.in verbo citationē.iūcta cle.diſpendioſam.de iu.poſtea dicit ꝙ foꝛte illud ſeruabitur qñ ꝓcedītur in ꝑſentē:ne hec decre.coꝛrigat:ſꝫ certe hoc dictum nō procedit cū hoc principiū loquatur de ꝑſente citato peremptoꝛie qui venire cōtēnit.vñ dic ꝙ hodie ſufficit vna citatio in iſtis caſibus ēt in caſu huius decre.qō etiā clare ſentit gl.ꝑalleg.dū allegat hoc.c.pro iure antiquo quantū ad hoc vnde tā in principio cauſe q̄ ad ſniam ſufficit hodie vnica citatio:vt in.d.cle.ſepe.iūcta cle.diſpendioſam.de iu.nā hec cā olim non erat ſummaria:hodie ſic.vt in.d.cle.diſpendioſam.aduertēdum tn̄ eſt ꝙ ibi nō imponit neceſſitas ſꝫ dat iudici facultas procedēdi ſummarie vt pꝫ in fi.iuncta glo.quapꝛopter dicas ꝙ aut iudex elegit procedere ſummarie ⁊ hꝫ locum qō.ſ.dixi:aut vult procedere plenarie,et ꝓcedit qō hic dꝛ.⁊ hec indubitā7 ter teneas. ¶ † Uenio nūc ad gl.i ver.ſi Ꝟo.⁊ glo.b in verſicu.maxime,exponit iſtā dictionem[b] ꝑmo pꝛopꝛie et refert alios exponere dictionē iſtā pro tātū ⁊ ſenſus gl.eſt ꝙ ſi dictio maxime:ſtat ꝓpꝛie tunc ſenſus litere eſt hunc ver.procedere etiam ſi electio nō ſit cōfirmata.Jtē tūc colligitur ex litera matrimoniū ſpiritnale eſſe cōtractum per ſolā electionē citra cōfirmationē.Si exponit pro tm̄ reſultat ꝯtrarius intellectus.prima expoſitio eſt cōmunioꝛ:vt dicit do.Ant.alia expoſitio non eſt bona:qꝛ lꝫ ꝯfirmatio plus firmet vinculū:nōn tn̄ perficit iā perfectū:ſicut dicimus in copula poſt matrimonium de quo de tranſla.pre.c.ij.vnde dico tex.ꝓcedere etiā electiōe nō ꝯfirmata ꝓut ſentit gl.⁊ bñ.Et no.gl.de hac dictiōe maxīe:qꝛ ſtat ꝓpꝛie quādo ponitur idē in caſu ꝯtrio.⁊ idē no.in c.auditis.de ele.ſed inquātū infertur ꝙ matrimoniū dꝛ ante ꝯfirmationē tūc dic vt.ſ.dixi. ¶ Uenio ad glo.magnā.in ver.ſacris.quam diuido in tres partes ꝑncipales:nā in ꝑma ꝑte allegat ſex iura varie loquētia ſuper abſentia clericoꝝ.Secunda ponit modū ꝓcedēdi cōtra pꝛelatū abſentē qñ agitur ex ſola culpa abſentie ſup hoc. Tertia ponit modū ꝓcedendi qñ agitur rōne delicti extrinſeci.tertia ibi ſi Ꝟo ꝯtra ꝑlatū.Scd̄a pars ſubdiuiditur.nā primo ponit modū ꝓcedēdi cōtra abſentē ꝯfirmatū:⁊ qui habuit poſſeſſionē:ſecundo ꝯtra eū qui nō eſt confirmatus.ſcd̄a ibi de his vero.et interſerit tertiū mēbrū qñ ille q accuſat electionē vel excipit cōtra electum nō compa8 ret ibi.ſi vero ille. ¶ † Quero ergo ꝑmo qꝛ text.in ver.ſi vero.dicit ꝙ reus nō eſt abſens per ꝯtumaciā dꝫ expectari cū agitur de matrimonio ſpirituali per tp̄s in ſacris canonibꝰ diffinitū:quod eſt iſtud tp̄s:gl.iſta in prin.ponit ſex iura varie loquentia poſtea pro concoꝛdia diſtinguit ⁊ in effectu hoc vult:aut agitur contra abſentē ex ſola abſentia:aut rōne criminis qō cōtra eū proponitur.primo caſu ſubdiſtinguit[c] ꝙ aut habuit cōfirmationem et poſſeſſionem aut nō:ſi habuit ⁊ tunc ſi ſcitur vbi eſt dꝫ citari ꝑ ꝑlatū vt ad eccleſiā ſuam reuertatur intra tp̄s cōueniēs ſm̄ locoꝝ diſtātiā ⁊ tp̄is qualitatē:qō ſi nō fecerit poterit beneficio priuari niſi oſtendat cām rationabilem quare nō venit:et idē dicit fiendum de eo q habuit a ꝑlato licentiā ſe abſentādi vſqꝫ ad certum tp̄s vt.ſ.etiā elapſo tp̄e moneatur ad redeūdum alr̄s nō tꝫſnīa lata ꝯ eū.ſi Ꝟo neſcitur vbi eſt ita ꝙ citari nō poteſt ꝑſonaliter:⁊ tūc citari dꝫ trino citationis edicto apud eccleſiā ſuam vt reuertatur.⁊ ſi intra ſex mēſes nō venerit priuabitur bñficio ſuo.j.de cle.non reſi.ex tue.Si vero iſte abſens adhuc nō habuit confirmationē ⁊ poſſeſſionē:ſed ſolū electus fuit tūc expectari dꝫ per ſex menſes vel plus vel minus ſm̄ qō viſum fuerit ſuperioꝛi.Si vero cōparet electus ſed ille q accuſauit electionē vel qui excipit de crimine cōtra electū nō cōparet:cōcludit gl.arbitrio ſuperioꝛis ſibi terminum prefigēdum.Si vero agitur ꝯtra pꝛelatū abſentē non ratione abſentie ſed criminis qō contra eū ꝓponit ⁊ tunc dꝫ citari ⁊ ſi nō venit excommunicabitur ⁊ expectabitur ꝑ ānū;poſt annū ꝓcedetur cōtra eū ꝓut traditur.xj.q.iij.rurſus.⁊.c.quicunqꝫ.de dolo ⁊ cōtu.veritatis:⁊ hoc vltimum vult notabiliter iſta gloſ.⁊ vide quaſi ſimilē gloſſ.⁊ latioꝛē in c.qꝛ frater.vij.q.j.Jnn.intricat hanc materiā ⁊ latius do.Anto.Ego capiendo verioꝛa dicta ſic diſtinguo.Aut agitur de modo ꝓcedendi ꝯtra abſentem ratione criminis quod cōtra eū proponitur et non eſt materia noſtra ſed dicam in.c.veritatis.de dol.⁊ cōtu.Aut ratione abſentie vel qꝛ opponitur cōtra electionem ſeu cōnfirmationē de defectu foꝛme ſeu perſone electe ſeu ꝯfirmate.primo caſu beneficium nō requirit reſidentiam:⁊ non pōt in abſentia ꝑuari licet beneficium nō re9 quirat reſidētiā quia ceſſat delictum. ¶ † Niſi vagetur.tunc enim pōt priuari licet beneficium nō requirat reſidentiā:quia ſufficit ad priuandū ded lictum vagationis[d] vt no.Jnnocē.in.c.ex tue.de cler.non reſi.non enim dꝫ clericus vagari.vij.q.j.10 non opoꝛtet. ¶ † Si autē requirit reſidentiam ⁊ tunc ſi eſt abſens probabili cauſa ⁊ neceſſaria puta infirmitatis vel vtilitatis eccleſie ⁊ idem vꝫ ꝙ non dꝫ priuari:ſed debet expectari donec cā ceſſabit.vij.q.j.pꝛeſentiū.et in.c.j.de cle.eg.his tamē ⁊ ſimilibus caſibus debet poni vicarius in eccleſia qui deſeruiat ⁊ recipiat cōgruam poꝛtionem,vt in.c.de rectoꝛibꝰ.et in.c.tua.de cle.egro.et in.c.cū ex eo.de elec.li.vj.facit.c.peruenit.de appella.⁊ de cle.non reſi.c.pe.aut eſt abſens non neceſſaria cauſa ſed volūtaria ſeu ꝓbabili ⁊ tunc aut habuit licentiam a principio abſentandi ad certum tempus tacitum vel expꝛeſſum aut nō:primo caſu glo.hic concludit ꝙ finito tēpoꝛe neceſſaria eſt monitio ad priuationem.Jnno.⁊ Hoſtien.in.c.ex tue.de cle.non reſi.dicunt ꝙ qñ tp̄s non expꝛimitur ſꝫ tacite intelligit:vt ſi mittitur ad conſiliū vel ad tractādum cām:tunc finis conſilij vel cauſe eſt terminus ad redeūdum poſtq̄ ſi computatis dictis congruis ad redeundum nō redierit vagari intelligitur[e].ff.ex quibus cauſis maio.l.ſi cui.§.j.quare

lis vagans ⁊ non reſidens i bñficio debeat moneri vt ad beneficiū redeat aut ſaltē ꝑ edictum ⁊ ꝓclama citari ꝙ ſi nō venerit ꝯgruo tp̄e expectatꝰ tunc priuari poſſit iuxta materiā.c.tue.et c.ſi.de cle.nō reſi.nā tunc nō veniēs vel veniēs ⁊ malā cām iuſtam allegās quare nō reſideat;tūc priuari poterit.et de mō citandi hunc vagabunduꝫ ponit Jnnoc.in.c.ſi aduerſarius.de do.⁊ ꝯtu.hoc cū verbū vagabundus:ſonat in abſurdū ⁊ in malam ꝑtē ſm̄ Jo.an.in c.ex tue.de cle.nō reſi.⁊ q̄liter ⁊ vbi poſſit ꝯueniri vagabūdus hꝛ per glo.in.l.heres abſens.ff.de iudi.et i.l.j.C.vbi de cri.agi opꝫ.⁊ vid per ſpe.in tit.de cōp.iud.adi.ī.§.j.v̄ſic.ſed quid ſi debitoꝛ.⁊ ibi ple.per Jo.and.in addi.⁊ in ti.de reſcrip.ꝑſenta.in.§.rōne autē.in verſi.qd ſi vagandi.⁊ qs dicat vagabūdus ⁊ vagare:dicas ꝙ qui nō habet certā habitationem vt eſt text.iuncta gl.vbi per Bart.circa ſi.in.l.iiij.in §.pꝛetoꝛ ait.ff.de dā.infec.⁊ eſt bo.text.etiam iuncta gl.in.l.ſi quis inſtruēs.ff.ad muni.⁊ hꝛ in.l.j.C.de tyꝛo.⁊ in.l.j.C.de colo.tracen.li.xj.vbi ſit mentio de ſtipendarijs et armigeris,

✠ Sebaſti. Sapia.

e ¶ Uagari intelligit. Ad hec faciunt que no.do.Andr.ſicu.in cōſi.xj.in.ij.colum.in.j.volu.vbi dicit ꝙ qñ neſcitur an clericus viuet vel non qꝛ eſt vagabundus poteſt eius beneficiū alteri ꝯferri.allega.tex.in.l.libera peculij.ff.de pecul.quē text.etiā ad h̄ inducit Feli.hic colum.penul.

16 teris. de dol. ⁊ cōtu. ¶ Sed circa hoc quero † cur tā varie in-
ter miſſionē in reali ⁊ perſonali: vt in reali ſtatim habeat miſ
ſus poſſeſſionem: ſm vnā opi. vel ſm aliā habeat ſolū cuſto-
diam ⁊ detentionē. In perſonali vō ſm oēs hꝫ tm̄ cuſtodiā
vna cum reo. Hoſ. dicit ꝙ ideo q̄ in reali dico me ius habere
in re in qua ſum miſſus: qḋ non eſt in perſonali: vidē de hoc
latius in Spe. in ti. de ſcdō decre. §. iam de effectu. verſic. ſed
que eſt ratio. vbi dicit inter cetera qḋ in pſonali miſſio fit in
bonis extraordinario modo: q̄ dico mihi perſonam obliga
tā ex ꝯtractu vel delicto vľ quaſi: vn̄ miſſio dꝫ fieri in pſonā.
ſed q̄ perſona libera ſic poſſideri nō pōt: vt in. c. ij. de pig. et
l. cum heredes. in fi. ff. de acqui. poſ. fit in bonis. ideo non hꝫ
ita pingue ius ex illa miſſione cū bona nō ſint ſibi obligata;
nec dicit ſua: ſed in reali dicit bona ſua vel obligata: ⁊ ideo re
cte ordinate fit miſſio in eis ⁊ conſequiť qs pinguius ius ſeu
pinguiorē effectum. ⁊ iſta eſt etiam rō quare in reali nō inter
uenerit ſcōm decretum: ſed poſt lapſum anni efficiť qs verus
poſſeſſor ⁊ incōmutabilis; ſed in perſonali requiriť ſcōm de-
cretū; vt no. ꝯ. eo. in fi. ſup gl. fi. ⁊ per gl. in. l. ſi finita. §. iulian⁹.
ff. de dam. infec. Et hoc vltimū dicit Spe. in ti. de ſcdō decre.
17 §. videndū. ver. ſed que eſt ratio. ¶ † Secūdo no. ex hac gloſſ.
quod reo venienti intra annum reſtituiť res cū fructib⁹: ⁊ ſic
aperte vult iſta gl. qḋ miſſus nō lucretur intra annum fruct⁹
etiam in reali. ſed glo. in aut. de exhi. re. §. ſi vō. dicit qḋ de cō
ſuetudine miſſus lucrať fruct⁹, ⁊ loq̄ť in pſonali qḋ eſt plus.
ſꝫ nō placet illa gl. Bar. in. l. ſi finita. §. iul. ff. de dam. infec, q̄
haberet ſpeciē vſurarū. ¶ Cōclude ergo hūc articulū qḋ aut
miſſus eſt in perſonali ⁊ ante ſcōm decretū non lucrať fruct⁹
cum non habeat poſſeſſionē: ſed ſi ꝯſtat de debito cōputabit
fruct⁹ in ſortē: ⁊ intellige ſi ſint ꝯſumpti: aľs enī de ſpecie ad
quantitatē nō fit cōpēſatio: vt dicā in. c. ad noſtrā. ꝯ. de iure-
iuran. ⁊ conſuetudo ꝯria eſſet irrationabilis ⁊ peccati nutri-
tiua: aut q̄ritur in reali: ⁊ tunc ante annum elapſum non lu-
cratur ex ſimplici miſſione fructus: quia nō poſſidet ſm nos
vel ſm legiſtas nō incōmutabiliter: vnde veniens intra annū
recuperaret rem cum fructibus: hoc verū niſi iudex decreue-
c rit in vtroqꝫ caſu ꝓpter nimiā contumaciam[c] rei vt lucretur
fruct⁹: vt. d. l. fulcini⁹. §. fi. ff. ex qui. cau. ⁊ in. d. §. iulianus. Si
vero intra annum non venerit cum miſſus efficiatur in reali
verus poſſeſſor: obtinebit eam cum fructibus perceptis: q̄
nō auditur poſt annum niſi ſuper proprietate rei vt hic. ⁊ fa-
18 cit qḋ no. in. c. conſultationib⁹. de offi. dele. ¶ † Quero qua-
lis erat iſta cautio. Gloſſ. in ver. ꝓſtita cautione. concludit qḋ
debet eſſe ſufficiens: id eſt pignoratitia vel fideiuſſoria: q̄ li-
cet tex. hic nō exprimat ſufficientē: tn̄ exprimit text. in. c. j. de
ſequeſt. vnde dicit Jo. an. ꝙ hic omittiť: ibi ſuppleť. ⁊ ſic ceſ-
ſat contrarium. Hoſtiē. dicit ſufficere iuratoriā. ⁊ remittit ad
no. in. c. ex parte. de verb. ſig. ⁊ in. c. j. de iudi. ⁊ alle. Petr. pro
hoc de ſolu. c. odoardus. vide in Spec. de pri. decre. §. iam de
effectu. in ver. vlti. in fi. vbi ponit vtrāqꝫ opi. ⁊ reſidere videť
quod ſufficiat iuratoria. mihi placet opti. gl. vt requirať ſuffi-
ciens quam etiam ſequitur Jo. an. ⁊ pro hoc alle. tex. apertū
in aut. ⁊ qui iurat. C. de bo. aut. iud. poſſi. vbi exp̄ſſe fit mētio
de fideiuſſore. Itē cautio de iudicio ſiſti eſt pretoria. ⁊ omnis
cautio p̄toria debet eſſe ſufficiēs. ff. de p̄to. ſtipula. l. j. §. cōes.
Itē tex. in. d. c. j. de ſequeſtr. requirit etiā ſufficiētē. ⁊ idē tenet
ibi glo. Fateor tamē qḋ ſi nō pōt ꝓſtare ſufficientē: preſtabit

Sebaſti. Sapia.
a ¶ Quod ſi time-
tur. Uide Deci. i
l. ſi. co. ij. in fi. C. de
edi. diui adri. tol.
⁊ do. Frā. cur. i. l.
vnica. in. ij. nota.
col. iij. vſi. quarto
fallit. C. de ꝓhib.
ſeq̄ſtra. pec. et ibi
ponit plures ca-
ſus in quib⁹ ſeq̄-
ſtratio eſt ꝑmiſſa.
vide ēt Moder.
in. l. ſi fideiuſſor.
§. fin. ff. qui ſatiſd.
cogan.

Zacharias.
b ¶ Sꝫ ſeq̄ſtratio.
Adde qḋ requirať
ad hoc vt ſeq̄ſtra-
tio habeat locuꝫ:
ꝑ Ant. corſe. ſin.
ſuo. cccxxij. in vſi.
ſeq̄ſter. de quo ꝑ
iſtū in. c. ij. ꝯ. de ſe-
que. poſ. ⁊ fru.

Sebaſti. Sapia.
c ¶ Nimiā ꝯtuma-
ciam. Adde ꝙ ex
nimia cōtumacia
pōt iudex miſſuꝫ
ex primo decreto
facere poſſeſſorē;
vt eſt glo. in. l. iiij.
§. ſi forte. in vō. diſ
cedat. ff. de dam.
infe. quam dicunt
ſing. Mode. in. l.
iij. §. ſi. ff. de acqr.
poſ. vide. Spec. ⁊
Jo. an. in ti. de ꝑ.
decr. §. reſtat. vſi.
ꝯ aūt. vbi decla-
rāt q̄ dicať nimia
ꝯtumacia. ⁊ vtrū
miſſus in poſſeſ-
ſionē ex p̄mo de-
creto lucreť fru-
ctus. vide Alexā.
late i. d. l. ſi finita.
§. iul. col. xxv. vſi.
inquantum. gl. et
Bart. ff. de dam.
infecto.

furatoriā.per.c.per vestras.de do. post diuor.resti. et per ea que no.glo.in pall.c.j.de do.⁊ cōtu. libr.vj. et in aut.generaliter.C.de epis.⁊ cle.

19 ¶ Gloss.in ver.expensarū.colligit† primo reū debere satisfacere de expensis ante ꝙ̄ audiat, vel absoluatur. vñ dicit Uin.ꝙ satisfacit ante ingressum iudicij.C. de iudi.l.sancim⁹.j.de app.reprehēsibilis. nec credit locū habere quadrimestre tp̄s qd̄ dat ad executionē rei iudicate. de quo de offi.dele.c.quereti. Et intelligit Hosti. de expēsis factis tā ante missionē seu excōicationem: ꝙ̄ post: ex quo sunt facte occasione ꝯtumacie.all.de pcu.c.auditis. Ego all.tex. apertū in.l.sancimus.C.de iudi. vbi dicit ꝯtumacē nō audiēdum nisi restituat ante omnia dāna aduersario ex eius ꝯtumacia inflicta.⁊ per illū tex.clare probat dictū Uinc.preall. vt in istis expēsis siue dānis nō habeat locū illud quadrimestre tp̄s. Aduerte: q̄ puto predicta ꝓcedere vt ante omnia soluat expēsas qñ fatetur reus suā cōtumaciā vel est manifesta. Si vero est dubia ⁊ allegat aliquā causam ꝓbabilē cōtumacie exclusiuā: puta q̄ fuit captus in itinere vel qd simile debet primo iuxta formā ecclesie absolui excōicatus: et postea inquirit de veritate: vt in.c.venerabilibus.§.idē est.de sen. excō.li.vj.⁊ in.c.ex parte.el.j.de verb. signi. ⁊ idē puto si vult recuperare possessionē ⁊ negat cōtumaciā vt audiat prestita cautione.⁊ postea disputabit de veritate cause.all.per tex.§. idē est.pall.⁊ in.c.ex parte.j.de ver.sign.vbi dicit idē in similibus obseruandū.⁊ est hoc equitati consonū ne litiget quodammodo spoliat⁹.⁊ cū hoc tēperamēto intelligo istū text.

20 ¶ Op.cōtra text.de cōtrarietate.† nā primo dicit reum venientē intra annū recuperare suā possessionē. et per hoc innuit ꝙ eā perdidit ⁊c.et sic missus in reali fit possessor ex primo decreto.⁊ tñ postmodū in fi.huius.§.sentit oppositū.dū dicit ꝙ post annū efficitur seu cōstituitur missus ver⁹ possessor.⁊ sic innuit ꝙ ante non erat possessor. Sol.glo.hic in ver. possessionē recuperet.⁊ in vers.verus.laborant circa solutionem.⁊ vera solutio vt intelligas dependet a solutione illius q̄stionis: an statim efficiat verus possessor: an demū post lapsum annū.⁊ de hoc etiā inter Legistas sunt due opi. vt no. glo.in.l.si quis emptionis.§.sed ⁊ si quis.C.de p̄scri.xxx.an. nam Joā.Marti. ⁊ Azo.tenuerunt: q̄ missus in possessiōe reali statim incipit possidere naturaliter ⁊ ciuiliter.C.quō et qñ iudex.l.cōsentaneū.sed Bal. contra dicēs eum possidere demū post annū: vt sic annus sit loco secundi decreti in realibus. Si ergo teneas opi. primā vt statim efficiat verus possessor: dic ad istū tex. ꝙ vere recuperat intra annū: quia eam perdiderat.⁊ ad fi.§.vbi dr̄ missum effici verū possessorem demum post annū dic irreuocabilem ⁊ incōmutabilem: nam et prius erat sȝ reuocabilis per oblationē cautionis intra annum. si vero tenet scd̄a opi.⁊ tūc dic ꝙ recuperat possessionē id est detētionem.⁊ versi.in fi.positus stat ꝓprie: vel sm̄ glos. recuperet.i.retineat.⁊ dicit hec glos. hic: ⁊ cōmuniter vbi attingit istā materiā ꝙ sm̄ nos.i. canonistas fit tm̄ custos intra annū.⁊ idē no.in.c.cōtingit.j.de dolo et cōtu.Spec.in ti. de scd̄o decre.§.iā de effectu.versi. si vero.dicit ꝙ Canoniste cōmuniter tenēt istā opi.gloss.sed sibi alia magis placet per istū text.qui dicit recuperet.⁊ eodē verbo vtitur text.de offi. ordi.c.pastoralis, ergo eā perdit. Et qd̄ dicit hic ꝙ efficiatur post annū verus possessor rñdet: vt.s.dictū fuit qd̄ exponit id est incōmutabilis: quia nō tenetur restituere venienti nisi probet dñium. Bart.in.l.iij.§.fi.sentit etiā istā opi. ꝙ sic debet intelligi ꝙ ipse ponit in pall.l.si finita.§.iulianus. dicēs ꝙ nō facit fructus suos intra annū: sed post sic.et tunc fit verus possessor. do.Antō. simplr̄ sine aliqua allegatione dicit tenēdā hanc cōmunē opin.Canoñ. Ego dico ꝙ ista cōis opi. Canoni.aperte probatur in.c.j.⁊.ij.de eo qui mit.in pos.⁊ in c.pastoralis.§.preterea.de offi.ordi.vbi text. dicūt missionē fieri causa rei seruande.⁊ idem dicit aperte in rubr. de eo qui mit.in posses.⁊ valet argu.a rubro, de peni.distinc.j.§. hec autem verba.iuncta glo. Itē in.c.iij.de eo qui mit.in poss. dicit fieri missio causa custodie.⁊ idē dicit in.c.fi.eo.ti.⁊ loquuntur in realibus: vt in eis patet. sȝ certū est qñ datur possessio causa rei seruāde vel causa custodie nō trāsfert possessio: vt aperte dicit text.in.l.iij.§.fi.ff.de acq. pos. Aliud est em̄ possidere aliud est in possessione esse: vt in.l.si quis ante.ff.eo.quare vt s.dixi ꝯcludo: ꝙ in reali missus ꝯsequitur solū detentionem rei quā habet causa custodie concluso reo cōtumace: vt satis innuūt omnia iura preall.⁊ ideo vtūtur verbo restituere possessionem: q̄ detentio est quedā impropria ⁊ imaginaria possessio: ⁊ ipse solus hȝ custodiā: in personali vero vterqȝ est in possessione: sed reus possidet ⁊ missus habet custodiā: qd̄ tñ limita vt.s.dixi.⁊ per hoc remanet satis declaratus iste articulus.

21 ¶ Quero tex.hic dicit† ꝙ missus in reali efficit lapso anno verus possessor nūquid in hoc exigit scd̄m decre.glo.in ver.ꝯstituetur.concludit finaliter ꝙ nō: ꝙ solus transcursus anni ꝯstituit missum verū possessorē ⁊ incōmutabilē. Et ista est cōis opi.Canonistarū ⁊ Legistarū.et satis probatur hic. ⁊ in.c.fi.de offici.ordi.no.gl.in.l.si finita.in gl. mag.ff. de dam. infec.⁊ ibi reddit rōnē quare secus in ꝑsonalibus: nam in reali petit qd̄ suū est vel dicit rē sibi obligatā. ideo nō est necesse ꝙ interueniat scd̄m decretū per qd̄ trāsfert dñium vel datur vera possessio: nā dño tm̄ deest habere ipsam rē: quod secus est in ꝑsonali: vt.s.tetigi post Spe.et vide qd̄ no. plene in.c. cōtingit.j.de dol.⁊ cōtu.et ꝑ hoc sunt expedite glo. huius.§.

22 ¶ Uenio nūc ad glo.§.qd̄ si.† ⁊ primo q̄ro q̄ tex. hic loquitur de rebus immobilibus quas quis possidet noīe alieno ⁊ nominat dñm in iudicio: nunquid hoc habet locū etiā in re mobili vt per noīationem euitet iudicium.gl.in ver. in reb⁹ immobilibus.ar.primo ꝙ nō: finaliter tenet ꝯriū: et multi tenent primam sñiam: vt Joā.Gof.Phi.Azo.Inn.et Odof. reddunt rationē: q̄ si prodesset noīatio posset eum effugere: ⁊ cōiter tenetur opi.glo.⁊ eā sequit Uin.Hosti.Pe.Abbas. et Accur.in.l.ij.C.vbi in rem act.et idē ibi Bar.et Cy.Spec, in ti.de pri.decre.§.restat.versi.hoc etiā not.cum ver.seq vbi prosequitur materiā huius.§.et multi alij sequunt.et cōiter Moder.hic. Et ad id ꝙ dr̄ de fuga: rñdet qd̄ poterit ꝓuidere cautionis remedio vel res poterit sequestrari.ff. q̄satisd. cogan.l.si fideiussor.ad hoc vt habeat locū in re mobili: facit sm̄ Jo.an.quia quo ad sortiēdū forū equiparamus rem mobilē ad immobilē: vt no.in.c.ex parte.⁊ in.c.fi.de fo.cōpe. Itē sm̄ Bar.quia ex quo non inducit legū correctio dȝ ex identitate rationis extēdi beneficium huius.l.ad rē mobilē: lȝ de ea nihil dicat nec hic nec in.d.l.ij.nec etiā ante iura. C. habebat locū hoc beneficiū: et hanc partē tanꝙ̄ equiorē et humaniorē sequor ne fiat aliqd̄ preiudiciū dño absenti.argu.in.c.j. de cau.pos.et proprie.et.c.inter.de maior.⁊ obed.c. cū sup.de re iu.et.l.vlti.C.si per vim vel alio modo. arguēdo a rōne.l. et optime facit.d.aut.qua in ꝓuincia. ¶ † Scd̄o q̄ro iste tex.

23 loquit de possidēte noīe alterius vt possit conuentus noīare dñm in iudicio: nūquid hoc habeat locū indistīcte.hec eadem glos.rñdet ꝙ non: sed restringit tex. qñ conuentus nullū ius habet in re.pone exēplū in colono cōmodatario ⁊ depositario: secus dicit de habente ius in re.pone exēplū in marito in rebus vxoris: in emphyteota: feudatario: superficiario: et vsufructuario: in creditore: ⁊ simi. In his em̄ sm̄ glo. nō prodest nomīare dñm in iudicio quia sicut isti possunt agere pro

b eodē iure ita ⁊ defendere.alle.iura. ¶ Circa hunc articulū b quatuor sunt opi.p̄cipales. Prima est huius glo.⁊ Accur. in.l.ij.C.vbi in rem act.vt indistincte nō habeat locum nominatio ex quo cōuentus habebat ius in re. Scd̄a est opi. Jo. and.modificās hanc opi.glo.dicit em̄ hanc opi.glosſ.procedere quando simpliciter res vendicaret: secus si vēdicaretur directū dominiū tantū, vel qd̄ ex illo debetur tūc autē sufficeret dominum nominare cum ius ipoꝝ non tangatur. ⁊ remittit de hoc ad no.Specu.in titul.de primo decre.§. restat. ver.sed nunquid. Idem in effectu tenet Cy.in.d.l.ij.licet per alia verba.dicit enim ꝙ si cōuenitur super re quam aliquo respectu sibi possidet non poterit dominum noīare in iudicio: sed si super fructibus aut seruitutibus vel pensionibus dño debitis poterit tunc dominū in iudicio nominare. Idem in effectu vult Bar.in.d.l.ij.per verba clariora dicēs: ꝙ aut iste qui habet ius in re conuenit solū respectu possessiōis sue: vt quia emphyteota ꝯuenitur ab alio dicēte se potiorē emphyteotam esse tunc sit vera ista opin.ꝙ non possit dñm in iudicio nominare: q̄ ei non preiudicat. Si vero cōuenitur respectu dñij directi: et sic respectu iuris qd̄ est apud alium potest et debet nominare dñm in iudicio: et liberabitur a iudicio respectu illius dominij: et hoc quatenus illud iudiciū nō repugnet iuri ipsius emphyteote.pōt em̄ dicere emphyteota nō curo quis sit dñs directe: nec volo hoc defendere, sȝ dico me esse emphyteotā: sed quatenus petitio actoris repugnet iuri ipsius emphyteote haberet emphyteota necesse se defendere: nec posset dñm nominare ꝙ̄tum ad declinandum iudicium: sed bene posset eum nominare vt posset ab eo de suis defensionibus informari: vt in aut. qua in ꝓuincia.C. vbi de crimi.agi opor.hec sunt v̄ba Bart. que in effectu volūt opi. Joā.an. Tertia est opi.Guil.de cu.quā sequit hic do. Anto. ꝙ si ius agendi se cōpatiatur cū iure dñij: quia illi non derogat: sed dirigit tm̄ ad ius emphyteote: ⁊ non habet locū nominatio.si aūt ꝯdicit iuri dñij: vt quia non intēdit recognoscere dñm: ⁊ sic pōt ei preiudicare saltem respectu ciuilis possessionis: tunc habeat locum nominatio: ⁊ sic ratio erit ꝙ nō habeat locum noīatio. Quarta est opi. Bald.et magis larga in.d.l.ij.

Zacharias.

a ¶ Satisfacere de expēsis. Adde de hoc ꝑ Lanfrā. de ora.i.c.qm̄ cōtra. §.expense.nu.20, vers. his sic p̄missis.j.de ꝓba.⁊ ibi paulopost. qd si ī p̄ma citatiōe fuit contumax: an debeat tertia expectari: et an talis cōdēnatio sine aliqua citatione fieri possit.et vtrū per appellationē q̄at retractari cum similibus multis questionibus.

Sebasti.Sapia.

b ¶ Hic articulū, Circa hanc materiam no.ꝙ si conuentus noīat Titium in iudicio et dicat se possidere noīe Titij si conuincat de mendacio priuat possessione rōne mēdacij.ita tenet Bal. ī.l.vnica.C.de his q̄ potē.no. Inno. ⁊ Ant.hic Ange. areti.j.§. oīm.co. xj.⁊ ibi Jaso. aliqua alleg.co.xvij. versi.vnum etiam in hac materia. in stitu.de actio.

in.d.l.ij.vbi dicit:q indistincte isti habentes ius in re noïant dñm etiã si cõueniãtur super iure suo. Interest enim domini esse in iudicio: quia si forte obtineret aduersarius negaret se habere ius ab isto dño :z hoc placet do. Cardi. quo ad hoc vt teneat iudiciũ etiã in preiudiciũ domini:sed quo ad hoc vt teneat iudiciũ in preiudiciũ emphyteote vel vasalli videtur sequi opi. Jo.an. que magis videt cõmunis. mihi ex toto nõ placet. ratio patebit ex.j. dicẽdis. Et concordando quãtũ fieri põt has opi. sic distinguo qd aut cõuentus nullum habet ius in re:z tunc clarũ est qd potest z debet dñm nominare: vt hic. z in.d.l.ij.C.vbi in rem act. aut habet aliqd ius vt emphyteota:z tũc si cõuenit super iure suo tñ z non habet locum nominatio: quia ipse est domin⁹ illius iuris petiti z ita procedit opi. gl. z sequaciũ:z plus dicit Spec. in tit. de pri. decre. §. restat. versi. sed quid si actor. q etiã si dñs sponte vellet in se suscipere iudiciũ non admitteret: qz lz eius intersit: vt quidã dicũt, tamen possessio naturalis de qua nunc agitur nõ est sua. dico tamen quod hec sententia z acta non preiudicabũt domino proprietario absente: quia sua interest potius habere obligatũ vnũ q aliũ. iuxta not. in.c. potuit. de loc. sed ad hoc vt fiat sibi preiudiciũ debet vocari vel vt ab eo habeat informationẽ. z ita pcedit opi. Bal. Idẽ z fortius si non intendit recognoscere illũ in dñm sed alium. debet enim tunc vocari quo ad hoc vt fiat preiudiciũ: sed non est necesse quo ad hoc vt iudicium pcedat: quia hic tñ discutit de iure psentis z nõ absentis: nec acta facient sibi piudiciũ: ergo non est necesse eum vocare: z qd acta nõ faciant preiudiciũ absenti, tenuit Cy. in.d.l.ij. z Jo.an. hic. aut cõuenitur super tota re insolidũ vt quis vendicat z sic non tagitur solũ ius presentis: sed etiã directum dñiũ absentis: z tunc licet Jo an. Bar. z Cy. sentiãt q nõ habet locum nominatio: tñ credo ztrariũ: qz nõ tenet defẽdere ius alteri⁹ si nõ vult z ideo pro parte tangente absentẽ poterit eũ noïare cum nihil cõmune habeat proprietas cũ possessione: vt.l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. pos. z idẽ videtur vbicũqz in vendicatione totius includitur pars iuris alterius. nam ratio q est de toto ad totũ est de parte quo ad partem. in.c. pastoralis. §. item cum totum. de offi. deleg. videtur tamen qd vbi petit a possessore onus reale: lz illud soluat alteri absenti q nõ habebit locum nominatio: qz tale onus p tempore etiam preterito sequitur possessorẽ: vt.l. imperatores. ff. de pub. z in.c. pastoralis. de deci. z p possessorẽ stat qminus soluat isti. facit qd no. in.c. auditis. de pscri. per Inn. z ad hãc distinctionẽ sunt reducẽda iura pro ztrijs alleg. in gl. in si. z specifice rñdendo dic primo ad.c. de rebus. q ibi nulla fuit facta nominatio quinimo neqz cõuẽtio: sed ex vrbanitate quadã ecclesia consuluit principẽ: an ipse alienauerit ei⁹ bona illicite in alios. z dic vt ibi dicitur: qz nihil facit. ad.l. in hoc. ff. de ser. corru. dic quod ibi tñ dr q si ex corruptione serui bona sua sunt surrepta, potest agi cõtra corrũpentem etiam si bona puenitũt ad aliũ: qz corrũpẽs tenetur ex delicto suo nec aliquid ibi possidet noïe alterius z faciunt multum a remotis. ad.l. vlti. §. lucius. etiã dicit q nihil facit: tñ enim dicit q pactũ personale non transit ad successorẽ rei. Similiter nõ ob.l. qui a debitore: qz ibi cõuincitur dolosus a dolo suo. ideo ipse puniedus est. Similiter rñde ad c. auditis. z.c. inter memoratos, nõ eñ aliquid dicũt de nominatiõe: sz tñ dicunt qd superior potest conueniri super iure subiectionis alicui⁹ ecclesie: qz ipse possidet z nõ ecclesia possessa. vnde parũ aut nihil hec cõtraria faciũt. Et ex predictis decidit questio de creditore cõuento super re in qua habet hypothecariã: an nominet debitorẽ dñm in iudicio? z videtur Jo.an. hic sentire idẽ q in feudatario z in emphyteota cũ eos coniungat in positione exempli. z idẽ Spe. in tit. de pri. decre. §. restat versi. sed nunquid idem. sed Jo.an. ibi in addi. Spe. dicit qd in creditore aliud est dicendũ: scz vt possit dñm noïare. per.l. si pignore. ff. de pig. act. z per.l. si.C. de fur. z idẽ Cy. in.d.l.ij. z do. Ant. hic. Ego satis eque distinguerem quod aut conuenitur super iure hypothece: vt quia dicit alius creditor illam rem prius sibi obligatam. z ideo ipse debet habere possessionem tanq antiquior creditor z non nominet dominum: qz tãgit priuatiue ius istius creditoris z proprio noïe rem possidet: z sic cessat mens z verba huius tex. z idem in cõsimilibus terminis. ad hoc adduco bonum text. in.l.j.C. si antiqui. cred. aut cõuenitur sup dominio ipsius rei: vt qz rei vendicatione: z tunc poterit noïare per supradicta. licet aliud videatur in hoc sentire Jo.an. z Bar. vt ex pdictis patet: qz tangitur ius vtriusqz: sed mihi placet quod predixi. z vide qd ipsemet Jo.an. aliud voluit in creditore in additiõe pdicta: z mihi placet ẽt in

24 alijs habẽtib⁹ ius in re sm distinctionẽ quã feci. ¶ † Sl, sequens qrit quando debet fieri nominatio [a] ista cũ tex. dicat statim? Rñdet qd añ libelli oblationẽ vel etiã post anteq rñdeat libello. hanc opi. sequit hic domi. Anto. quia hec nominatio ad vitãdum iudiciũ habet vim cuiusdam declinatorie: ideo debet proponi ante lit. conte. de re iudic.c. inter monasterium. z ideo post lit. contest. non poterit variare nisi aliter probaretur error. per no. in.c. si. de zfes. z dic q hoc etiã voluit Bar. in pre alleg.l.ij. vbi dicit hãc exceptionẽ declinatoriã: z ideo pponendã ante lit. cõte. vt.l. si.C. de excep. z certe satis phatur hic. z in palle.l.ij. versi. statim. facit.l. is qui se obtulit. ff. de rei ven. z.l. qui se liti. ff. de peti. her.

25 ¶ Sed circa hoc qro † quid si noïauit dñm: sed processit in iudicio acsi proprio nomine possideret? Dic qd valet processus cõtra eum: vt.l. officium. ff. de rei vendi. in si. z istud est qd voluit dicere glo. in.l.ij. vbi exponit qd debet nominare zc. id est potest. q.d. nemo dñm cogitur nominare si non vult. quod tz Bar. ibi: vel intelligi debet proprie: scz vt sit necessarium cõditionaliter si vult euitare iudiciũ z damnum proprium oz dominum nominare. arg. in preal.l. is q se obtulit. z.l. qui se liti. dicit hic Innocen. z Jo.an. post eum: q si iste se liti obtulit z postea contumax appareat: z propter hoc decernatur possessio actori non nocet hoc dño: qz vere possidet quo ad possessionẽ z pprietatẽ.C. si per vim vel alio mõ.l. si. sed ille q litẽ susceperit tenebitur ad interesse ante lit. contest. condemnabitur ad ipsam rẽ cum habeat pro possessore: z hoc si ille qui agebat reũ possidere ignorabat. ff. d rei vẽ. l. is qui. z.l. seq. z. ff. si vsufru. peta.l. si. Si vero sciebat eũ nõ possidere decipitur a se: vt dictis iuribus. vel melius sm Innocẽ. cõdẽnabit iste qui se obtulit actore ignorante ad litis estimationẽ. vel sm quosdã: quantum in litem iuratum fuerit vel ad interesse. ff. de peti. here.l. q se liti. z. ff. de dolo. l. penul. dñs Anto. non putat qd hic habeat locũ iuramentũ in litẽ ex quo dolo non restituerit licet dolo litigauerit: sz alterũ ex pdictis remedijs.

6 ¶ Et vt intelligas tu Canonistas scias † q iuramentũ in litẽ est de affectiõe rei: ita qd plurimũ excedit verũ pretiũ rei: z prestatur quando quis potest restituere rem: z dolose z contumaciter resistit vel dolo facit qd restituere nõ potest: vt.l. q restituere. ff. de rei ven. z.l. in actionibus. ff. de in li. iuran. ¶ Ad propositũ igit mihi placet vt nõ habeat hic locum iuramẽtum in litẽ. quia nec iste potest neqz vnq potuit restituere rem: sed tñ temere litigauit: vnde non tñ deliquit: ideo merito non venit ita atrociter puniendus. xxiij. q.j. non afferamus. reg. odia. z reg. in penis. li. vj. z quod s. dixi. acta cum isto possidente noïe alterius nõ preiudicare dño absenti. tenet etiã Bart. in.d.l.ij. qz res inter alios acta zc. plus dicit q facta etiã executione rei ad actorẽ trãslata nõ priuabit dominus absens possessiõe sua si quam habuit. ar. d.l. si.C. si per vim vel alio modo. Non ob. si dicatur qd sicut absens possidet p colonũ: z ita eo eiecto perdit possessionẽ ciuilẽ. ff. de acquir. pos.l.iij. §. qd si seruus. ita z in isto casu debet dñs perdere possessionẽ si per iudicẽ est ablata illi qui alieno noïe possidebat z alteri est lata qui missus est in possessionẽ. ad hoc rñdetur sm Inn. hic z Bart. z in.d.l.ij. ideo eñ colono eiecto dñs perdit: quia violẽter intẽdit sibi possessionẽ querere: z eã cuicũqz auferre: secus autẽ in iudice qui non intẽdit iurisdictionẽ vel ius alterius alteri dare: z si intẽderet nõ posset: vt in preal.l. vlt.C. si p vim vel alio mo. facit.c.j. de cau. pos. z proprie. z in.c. inter de maio. z obe. Alij dicunt tunc etiam possessionem amitti: sed iudicis officio recuperari: vel cõditione ex.l. palle.C. si per vim vel alio modo.l. vlti. primum dictum placet Host. z videtur verius cũ possessio iudicialis habeat plus iuris q facti: violẽta vero nihil iuris: z in quolibet pcessu iudiciali iudex intendit reseruare alteri ius suum. de offi. delega.c. sup eo. de donatio.c. inter dilectos. in si. facit.l.ij. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco public. z.c. ex tuarum. de autho. z vsu pal. Hec intellige vera quando dominus absens ignorabat detentorem litigare: tunc enim non fit preiudicium: nec in proprietate: nec in possessione: vt not. in capit. cum super. z.c. penulti. de re iudica. sed si dominus sciebat: tunc distingue capiendo Innocen. in.c. cum super. de re iudicata. qd si litigans est tantum detentor: ita quod dominus potest eum remouere a lite z suscipere in se defensionem z non facit: tunc fit sibi preiudicium saltem in possessione. argumen.l.iij. §. fin. ff. de acquiren. posses. z in preallega.c. cum super. z sentit Cy. in dicta.l.ij. dum dicit distinguendum inter ignorantiam z scientiam domini: tunc enim licet iudex non intendat preiudicare alteri: tamen iste saltem ex sua negligentia videtur perdere possessionem. argumen. eorũ que no. in.c. olim. j. de restitutione spoliat. z.l. quod meo. z in.l. clam pos.

Zacharias.

a ¶ Qñ debet fieri nominatio. Adde Bar. z bal. in l.ij. C. vbi in rem actio nõ de Spe. in ti. de libel. zce. §. xvj. vñ. itẽ cautus. z paul. de ca. consi. cxlvij.

a ✠Sebasti.Sap. ¶ Sibi eñ. Qꝛ cōtra noīatū debeat dari de nouo libell⁹: tenet Ang.in.l.nō solū.§.qd vulgo.ff.de vsuca.ad qd vide Deci. in ꝯſi.lxij.incip.in causa q̄ agit.colū.fi.vbi signanter voluit: ꝙ si statuto caueat ꝙ cōtra nominatum nō debeat porrigi nou⁹ libellus dꝫ intelligi ꝙ saltem primo libello addi debet qualiter agitur cōtra nominatum ·Zacharias.

b ¶ Dictio quasi. Dic tu de ista dictiōe. vt no. iste in c.gratum.nu.9.⁊ ibi plenius dixi in apost. ad ipsum. ſ.de offi.deleg.
✠Sebasti.Sapia.

c ¶ Facta interruptio. An per denuntiationē factā dño ꝑ colonum interrūpat prescripti: vide Abb. in c.illud. de ꝑscrip. et Jaso. in.l.fi.in prin.col.j. vſi. septimo extende.ff. de eo per quē fac. erit. vbi dicit hoc ꝓcedere in denūtiatiōe iudiciali: secus in denūtiatiōe extraiudiciali. ⁊ ibi late tangit quando ꝑ citatio nem interrūpatur ꝑscriptio: ⁊ ponit regulā cum extensionibus ⁊ limitationibus.
Zacharias.

d ¶ Quasi cōtesta. Adde de hoc per Spec. plenissime in ti.de cōtu.§.iij. ver.si ꝓo agit. in ꝑn. et ibi quid sit quasi litis ꝯtesta. Anto.Fancis.
¶ Circa h̄ ꝙ iste dicit de litis cōte. dicas ꝙ in oībus casib⁹ in qb⁹ non reqrit litis ꝯte. si fiat non est ꝓprie ꝯtestatio: sed q̄si. et q sint illi casus in qb⁹ nō reqrat vide ꝑ Spe.in ti. de li.ꝯte.in.§.pe. in ver.in qb⁹.⁊ in ti.de teste.i.§.nūc tractem⁹.⁊ in tit. de lib.ꝯcep.in.§. nūc dicēdū. ⁊ habet ꝑ bar.in.l.iiij. in.§.hoc autē. in vij.q.de dā. infec. et ꝑ Bal.in.l.incerti.C.de iterdi. et ꝑ gl.in auc. qui semel.C.quō ⁊ qñ iu.⁊ ꝑ Canoni.in cle.dispēdiosam. de iudi.⁊ in cle.sepe.de v̄bo.sig. Et adde ꝙ litis cōte. in causis in qbus ex ōbito iuris dꝫ fieri inducit quasi cōtractū in iudicio: sed qñ nō reqrit in causa litis ꝯtest. tūc ꝑ illū actū ꝑ quē fit nō q̄si ꝯdicit: vt ꝑ Bar.sing.i.l.licet.in.§.idē scribit.in lect.noua. ff.de pecu.⁊ reliq̄ circa istam materiā vide ꝑ Spe.in.loco ꝑ istū hic alle.

sidere.ff.de.acq.pos.aut litigās erat possessoꝛ: ita ꝙ aliquo modo possidebat.⁊ sic litigabat de iure suo.⁊ tūc cū nō possit eū a lite remouere nullū facit sibi ꝑiudiciū.cessat eñ rō.l.sepe.ff.de re iudi.et 27 c.pe.eod.ti.⁊ hec no. ¶ Quero tex.dicit † ꝙ noīato dño dꝫ statui terminus ꝑ iudicē vt deducat ad notitiā dñi ⁊c.ꝑ quē fiat ista intimatio dño: an ꝑ iudicē: an ꝑ istū colonū: Glos.i ver.ꝓducendo. dicit ꝙ ꝑ istū q in iudicio dñm noīauit.vl' ꝯm. Jnn. ⁊ Host.qd fiet per iudicē si forte noīans est min⁹ idone⁹.ita dicit hic Jo.an.sed certe Jnn. simpliciter facit mētionē de detētore vt ꝑ eū fiat.⁊ dicit Jo.an.ꝙ ꝑiculosum esset dño ꝙ interpollatio facta colono ꝯstitueret ipsum dñm in mora.ꝯid.ff. de peti.here.l.itez veniūt.§.petita. Jdeo est tutū ꝯsiliū ꝙ actoꝛ denūtiet: nā si colonus nō denūtiaret dño sibi nō ꝑiudicaret: vt in ꝑall'.§.⁊ idē cōiter tenent Legiste in.d.l.ij.qūo eñ posset lis pro ꝯtestata haberi si nō nuntiat dño: ⁊ sic essemus extra terminos hui⁹ litere.⁊ Bar.i.d.l.ij.expresse tenet hāc denūtiationē debere fieri ꝑ iudicē.⁊ ita itellexit illā literā.⁊ exꝑssi⁹ dicit hoc patere in isto tex. ⁊ tenere hic Jnn.sꝫ certe nec Jnn.dicit hoc: imo dicit oppositū: vt.ſ.dixi.nec ista lr̃a hoc dicit.imo iudicio meo potius ꝓbat oppositū i eo ꝙ vult ꝙ isto nō veniēte ad hanc statuitionē termini debet eū iudex citare legitimis edictis.si eñ itellexisset de citatione fiēda per iudicē a ꝑncipio simpl'r dixisset ꝙ iudex vocet eum legitimis edictis: sed qꝛ ꝑria fit ꝑ detētorem dꝫ postea fieri solēniter ꝑ iudicē. fateoꝛ tutū esse vt etiā fiat ista ꝑ iudicē.⁊ puto si iste detētoꝛ nō faceret teneret ad interesse: ⁊ nō ꝑiudicare absenti: vt dicūt doc.⁊ facit.l.j.ff.de eo ꝑ quē fa.erit.tñ si denūtiaret veraciter absenti hoc sufficeret: qꝛ in hoc est quasi nuntius iudicis ar.eorū q̄ no.in.c.cū dilecti.de dol.⁊ ꝯtu. ¶ Quero qd itēdit lr̃a cum dicit: ꝙ absens dꝫ venire vt actoris itētionē excipiat: gl.se.expōit.i. suscipiat q̄si velit dicere ꝙ absens dꝫ in se suscipe iudicium nā qñqꝫ excipe capit ꝑ suscipe.gloss.all'.iura.⁊ simile hr̄ in.c.lꝫ heli.de simo.⁊.c.si qs.de re.eccl.nō alie. Uel expone: excipiat.i.ꝑ exceptionē perimat 28 seu excludat. ¶ Et faciūt hec ad qōnē † an cleric⁹ noīat⁹ in iudicio seculari per laicū colonū possit declinare forū. Et videt ꝙ nō: ꝯm Jo.an.vt rogatur defendere vbi noīat⁹ tenebat.ar.C.vbi in rē ac.l.j.ff.de iudi.l.heres absens.in prin. Refert tñ Frā.dicere ꝙ hec qō fuit Mediolani in q̄ Uber. de bobio ꝯsuluit ꝯtrā.qd placebat Frā.vt iuxta regulā actoꝛ sequat foꝛ rei: ⁊ cū hoc trāsit Jo.an. nec ob.qd no.Spec.in titu.de pri.decre.§.restat. versi.qd si dñs.v̄si.seq.ibi eñ loquit cū cōuentus hꝫ ius in re: puta ꝙ feudatari⁹ est ꝯuēt⁹ sup vtili dñio.certe ꝯm Spe.nō pōt dñs: etiā clericus aduocare causam ad foꝛ suū suscipiēdo defensionē. sed hoc loquit de colono nō habēte ius i re vel in simili.⁊ hoc ēt in effectu sequit do.Ant.pic.ꝯcludе ergo ꝙ aut cleric⁹ venit tāq̄ noīatus ⁊ ius habēs: ⁊ sic est necessari⁹ defensoꝛ ⁊ ꝑncipalis: ⁊ tūc a aduocāt cām ad foꝛ suū: sibi eñ [a] dād⁹ est libellus de nouo: vt satis īnuit lr̃a hic: ergo dꝫ ꝯueniri corām iudice suo.aut venit volūtarie ad defendēdū nō noīatus ꝑdicto mō vel ad defendēdū ēptoꝛez suū: tunc tenet ibi defendere ⁊ iudicium subire: qꝛ nō est reus ꝑncipalis cū iudiciū dirigat ꝯ possessorē noīe ꝓprio q̄lis est emptoꝛ vel feudatari⁹ vt in.l.j.⁊ qd ibi not.C.vbi i rē act.vide bona gl.que sic dꝫ itelligi in.c.clericū null⁹.xi.q.j.⁊ qd dixi i.c. quia.v.de iudi. Et an possit vti isto ꝑuilegio sibi cōpetēti nō mutādo foꝛ: vide ꝑ Bar.in ꝑall'.l.j.⁊

hoc videt etiā de mente Bar.in preal.l.j.C.vbi in rem act. iūnctis no. per eū in.d.l.ij.eo.tit.vbi aperte sentit ꝙ nominato veniēte in casu huius.§.absoluet colonus ab instantia iudicij: ⁊ libellus de nouo sit dād⁹ cōtra supueniētē dñm: ⁊ cōtra eundē decetero est totus ꝓcessus faciendus.⁊ ꝑ hoc habes practicā ꝓcedēdi dño cōparēte. ¶ Quero nunquid quo ad oēs effect⁹ habeat lis ꝑ istū modū de quo in tex.ꝓ ꝯtestata: dic ꝙ nō: sed habet ꝓ ꝯte.quo ad īpedimētū seu ad iterrūpēdū ꝑscriptionē gl.rñdet ꝙ interrūpit ad hāc denuntiationē: non aūt habet ꝓ ꝯtestata quo ad aliū effectū: vt puta vt possit ꝓcedi ad receptionē testiū ⁊ ad dif-29 finitiuā. ¶ No.j.ex gl.iūcto tex. † ꝙ dictio q̄si [b]: ⁊ dictio tāq̄.diminuūt b ⁊ denotāt improprietatē: non eñ est lis vere ꝯte.quo ad oēs: ideo dicit tex.tāq̄.⁊ gl.hic dicit q̄si.qñqꝫ tñ sūt iste dictiōes expressiue vitatis: vt in euangelio: q̄si vnigeniti a pr̄e ⁊c.vide tex.qd ibi no.in.c.put. de do. ⁊ ꝯtu. ¶ Scdo no.ex glo.ꝙ ꝑscriptio interrūpit ꝑ denūtiationē. Sed vñ insurgit ista q̄si ꝯtestatio.⁊ videt gl.itelligere de renūtiatione facta dño ꝑ detentorē.cū alia gl.dixit ꝑ eū hāc denūtiationē fiēdā. Aduerte qꝛ iste passus videt satis dubius.nam tex.hic simpliciter dixit ꝙ lis est quasi ꝯte.ab eo die quo possessoꝛ ad iudiciū vocat⁹ est.si eñ exponim⁹ vt exponit Abb.possessoꝛ.i.dñs possessionis: tūc satis ꝓbat intellect⁹ glo.nam dñs videt possessoꝛ ex quo possidet ei⁹ noīe.vt.in.c.si diligēti de ꝑscrip.sed Jo.and.intellexit istud verbū ꝓprie.i.de eo q possidebat noīe alteri⁹.⁊ sic itelligit.l.ij.C.vbi in rem ac.vnde sumpta est hec decr. mouet qꝛ qñ vult facere mētionē de dño satis id exprimit: ⁊ huic dicto cōcoꝛdat etiā Gofre.dicēs iterruptā ꝑscriptionē a die qua ꝯuētus est colon⁹.sed huic dicto ob.qꝛ sicut per citationē dñi nō iducit cōtestatio nec q̄si: ita ⁊ forti⁹ nec per citationē coloni. Jtē durū videt vt sine reqsitiōe veri dñi iducat ista q̄si ꝯtestatio: ⁊ qd reqrat reqsitio dñi videt sentire Cy.i.d.l.ij.i eo ꝙ dicat ꝙ ista quasi ꝯtestatio surgit ex hoc: qꝛ ꝑmo vocat iste dētētoꝛ: ⁊ ille veniens noīat dñm i iudicio: ⁊ ꝑ ꝯsequēs negat tacite istū authorē dñi.vt.l.pōponi⁹.§.sꝫ ⁊ is.ff.de ꝓcu.⁊ facta denūtiatione dño si nō venit videt affirmare negationē coloni.⁊ ex hoc surgit ista q̄si ꝯtestatio. Jdē etiā sentit Bar.ponēdo aliud exēplū.dicit eñ ꝙ ideo hec denūtiatio dño facta hꝫ vim cōtestationis qꝛ in ista ciuili contestatiōe ꝓcedit q̄si ad exēplū ꝑlij corporalis: sicut eñ in ꝑlio corporeli qñqꝫ ꝯtingit ꝙ ille q tenet arcē vel fortiliciū vnū dicit illi qui hꝫ cōtra se exercitū: volo denūtiare dño pro quo hic sum ⁊ nisi mihi succurrerit ītra tātū tp̄s ego cedā tibi: istō est q̄si quoddā ꝑliū.ita hic iste tenēs rē alieno noīe noīat dñm i iudicio: ⁊ expectat ab eo subsidiū quo veniente litigat: eo nō veniēte cedit.⁊ sic apte sentit ꝙ reqrit renuntiatio. h̄ sufficit tanq̄ fiat citatio ꝑ edictū: sed illa fuit ad effectū mitionis fiēde: sed forte Gofre.⁊ Joā.and.voluerūt ꝙ referatur denūtiatio: sed ea facta ⁊ illo nō veniēte trahat retro effect⁹ hui⁹ ꝯtestatiōis ad diē vno vocat⁹ fuit colon⁹.qd videt placere do.Ant.⁊ videat hec lec.satis cōsentanea litere qꝛ primo requirit citationē coloni.scdo denūtiationē fiendā dño et eo nō veniēte dixit ꝙ lis est q̄si cōtest.a die qua possessoꝛ vocat⁹ fuit ad iudiciū.⁊ ego puto hāc esse de mēte litere: quare anteq̄ fiat denūtiatio dño saltē per detētoꝛez non potest dici quasi ꝯtest. quia expectatur verus dñs q habet litigare ⁊ in se suscipere iudiciū: sꝫ postq̄ dñs requisitus non venit nec aliqs pro eo.⁊ sic nō ꝯstat illū in iudicio esse dñꝫ vel aliū: ⁊ habem⁹ in rñsionē detentoris seu possessoris volentis defendere tacite negātis istū actorē esse dñm satis pōt dicit ꝙ ab illo die quo fuit c citat⁹ colon⁹ fuit facta interruptio [c]: ⁊ ista q̄si cōtestatio: quia rñdit negatiue et voluit defendere: nec apparuit ꝙ aliqs sit dñs, ⁊ sic pōt litera reduci ad cōcoꝛdiā: qꝛ ꝑmo videt exigere reqsitionem: ⁊ postea tñ facit mētionē de citatione coloni.et per hoc habes declaratū istū articulū: ⁊ habes vñ insurgit ista q̄si contestatio. Aduerte ꝙ qñqꝫ ꝑscriptio interrūpit per solā citationē absqꝫ ista quasi cōtestatione.vnde dic vt plene 30 dicā in.c.illud.de ꝑscrip. ¶ No.iiij.principal'r ex ista glos. † ꝙ ista quasi d ꝯtesta.[d] nō operat oēs effectus vere cōtestatiōis: sed tñ quo ad interrūpēdā prescriptionē.attende quo ad istū effectū omnes ꝯcoꝛdāt: ⁊ ratio potest esse superi⁹ all'.⁊ quia quo ad interrūpēdā ꝑscriptionem ex quo nō deficit pro parte satis est offerre libellū, ⁊ deducere rem in querimoniā.iuxta ea que habent i.l.iij.C.de anna excep.⁊.xvj.q.iij.prima actiōe vbi etiā exigit cōtestatio.vnde illa ꝯtrauersia est q̄si cōtestatio ⁊ succedit loco illi⁹ solēnitatis seu operat illū effectū. Alius effect⁹ hui⁹ quasi ꝯtestationis colligit ex litera qꝛ procedit postea factis edictis ad dandā verā possessionē ⁊ reseruat tñ q̄stio absenti sup ꝓprietate.⁊ ratio hui⁹ est ꝯm Hosti.dñoꝝ cōtumacia: ⁊ quasi apta malitia.⁊ quasi fundamentum: ⁊ summaria examinatio.vbi eñ nō interuenit vera ꝯtumacia: vel quasi nō dat incōtinēti possessio vera: sed fit missio incōtinēti causa custodie.vt.ſ.in ꝑceden.§. Tertius effectus est ꝯm quosdā vt sicut actio tꝑalis ꝑpetuat per lit.ꝯtesta.verā: vt.l.fi.C.de ꝑscri.xxx.anno.ita ⁊ per istā quasi ꝯtest.ne sit melioris cōditionis cōtumax q̄ ꝑsens.de quo per Cy.in.l.ij.C.vbi in rē acti.vbi refert opi.⁊ vident ibi Legiste magis inclinare in hāc sniam.do.Anto.tenet oppositū.qꝛ hec quasi ꝯtest. tanq̄ exoꝛbitās deberet restringi ⁊ non operari nisi effectus sibi a iure attributus.dicit hoc tenere.Guil.in Specu.⁊ satis placet mihi hec opi.qꝛ improprietetes debēt restrīgi: ⁊ non operari effectū: nec ad cōsequētiā extēdi.iuxta not.in.c.ꝓpterea.⁊ in.c.intelligētia.de verb.signi.mihi tñ videt ꝙ ista questio sit modici ⁊ nullius effectus: quia cum iste debeat

poni

poni in veram possessionē: ⁊ sic efficiatur de possessore peti
tor frustra querimus an actio perpetuetur cum non sibi sed
aduersario incumbit onus agendi: vt hic. ⁊ i.l.fi.C.de rei ven.
¶ Quero tex. hic dicit † ꝙ domino non cōparente debet fie
ri missio prius negotio summatim examinato: qualiter fiet
hec examinatio ? gl.i ver. summatim. rn̄det qd̄ exigit semiple
na probatio: non eñ debet iudex incontinenti post cōtuma
ciam dare verā possessionē: nec etiam mittere causa rei seruā
de: nisi mittendus habeat presumptionem pro se: ⁊ vltra hoc
debet prius recipi iuramentum calūnie ne calūniet ⁊c. Ad
uerte quia gl. videtur hic exigere istam summariā cognitio
nem tam in missione fienda ex primo decreto qñ nō trāsfert
vera possessio: ꝙ qñ datur vera possessio: vt i casib⁹ huius. §.
Odof. per istum. §. respondit magistro Joā. and. querenti vt
ipse hic refert: qd̄ qñ fit missio in actione reali nō est summa
ria cognitio premittenda: quia hoc in isto. §. fit ideo quia sta
tim perdit istam possessionem veram. ⁊ idem vult Hostien.
hic qui inter ceteras differentias inter. §. in alijs. ⁊ istum po
nit hanc: videlꝫ ꝙ hic fit summaria cognitio. sꝫ in. §. preceden
ti nulla fit examinatio. Accur. respondit eidem contrarium:
mouetur: quia in personali in qua non fit tantū p̄iudiciū cō
tumaci: quia nō expellit de possessione p̄cedit summaria co
gnitio: vt. C. de bo. auth. iud. possi. i aut. ⁊ q iurat. fortiori ra
tione idem dicēdū in reali. ⁊ hoc est tutius ſm Abb. ⁊ placet
Spec. in titu. de primo decreto. §. ij. versi. sed nūquid p̄cedat.
placet etiam Jo. and. hoc maxime: attento eo qd̄ cōmuniter
dicimus non esse nessarium in reali secundum decretum. se
quitur eñ per illud quod sine examinatione per primum de
cretum ⁊ per lapsum termini efficeretur possessor incommu
tabilis. Bar. hac materam tractauit in. l. ij. C. vbi in rem act.
⁊ in. l. si finita. §. iulia. ff. de dam. infec. ⁊ in. l. cōsentaneum. C.
quomodo ⁊ quādo iudex. ⁊ vide gl. i aut. de exhi. ⁊ introdu.
reis. §. optimum. ⁊ distingue si capiēdo mentē Bart. ⁊ aliorū
ꝙ aut ex missiōe fit modicū p̄iudiciū: vt q̄ fit ex p̄mo decreto
⁊ sufficiat ſm Bar. summaria cognitio respectu ordinis pro
cedēdi: ⁊ respectu p̄batiōis vñ sufficit hoc casu iuramētum
ſm eum. arg. in. l. thesaurus. ff. ad exhi. ⁊ sequit do. Card. do.
Anto. transit recitando opi. in aut. ⁊ qui iurat. halleg. videt
Bar. intelligere de hac summaria cognitione que fit per iu
ramentū. alij cōtra: vt. s. dixi. ⁊ Jo. an. ⁊ multi alij. sed certe il
la authē. ⁊ q iurat. nō videtur pati illum intellectum. si enim
intellexisset de solo iuramēto satis hoc expressisset: nec vide
tur p̄prie examinatio negotij que fit per solū iuramētū acto
ris nō precedēte alia presumptione: cū de facili actor iurabit
cum eo ipso quod venit ad iudicium sciebat iuramentum ca
lumnie ⁊ veritatis se p̄stiturū: vnde puto sic equissime distin
guēdū vltra alios doc. in isto ar. qd̄ aut missio fit in persona
li: ⁊ tūc exigitur summaria cognitio: puta per presumptiōes
aliquas: non tamē per solū iuramētum. ita loquitur illa aut.
et qui iurat. aut fit in reali: ⁊ tūc sufficit solū iuramētum: imo
et forte sine iuramēto aliquo fiet ista missio: quia nec hic nec
alibi in toto corpore iuris vbi facta fuit missio in reali ex pri
mo decreto nunꝙ interuenit summaria cognitio vel iuramē
tum de veritate nec exigitur in aliqua parte iuris. fit eñ ista
missio potius vt ille tedio affectus veniat respōsurus ⁊ pre
sumendum est ꝙ absens veniat intra annum ne possessionē
amittat. vñ cū nō agatur de graui: preiudicio: sed potius hoc
statuitur in penā ⁊ tediū nō exigitur aliqua discutio sup p̄n
cipali: ⁊ ideo neque hic in. §. in alijs nec alibi de hoc fit men
tio ⁊ non sine mysterio. nec obst. motiuum Jo. an. quod per
lapsum anni efficitur ver⁹ possessor: ⁊ sic ille perdit possessio
nem verā sine aliqua examinatiōe negotij cōtra mētem hu
ius. §. quia dico quod hoc principaliter nō procedit ex p̄mo
decreto sed ex sua cōtumacia. Itē quia presumptio que erat
cōtra eum ex prima cōtumacia. arg. i. c. nullus. de presumpti.
nūc trāsit in vehemētē p̄sumptionē data cōtumacia annali:
detur eñ de iure suo tāto tēpore absens diffidere: vñ equipa
ratur hec presumptio semiplene probatiōi que fit a p̄ncipio
cū datur vera possessio. arg. opti. induco ex. c. cū contumacia.
de here. li. vj. ⁊ ex his q̄ no. glo. in. c. insinuatum. de simo. Sed
diceres q̄re in p̄sonali exigitur cū i ea non det vera possessio:
nec ex trāscursu anni efficitur verus possessor ⁊ incommuta
bilis ? respōdeo: quia in personali quis nō dicit se habere ius
in re seu rem esse suā: vñ hec missio est extraordinaria: vt. s.
dixi. merito nō debet fieri missio in aliena bona nisi prius ali
qualiter examinetur negotium. arg. in. d. l. a diuo pio. ff. de re
iudi. sed in reali quis dicit rem suam vel sibi obligata: vnde
est p̄sumptio aliqua qd̄ res sit sua vel sibi obligata aduersa
rio nō cōparēte ideo facilius p̄ceditur ad missionē fiendam
in realibus ꝙ in personalibus. sicut in simili eadem ratione

videmus qd̄ in personali nō fit verus possessor post lapsum
anni nisi interueniat scd̄m decretū ⁊ ꝯrium dicimus in reali:
vt. s. in. §. in alijs. ⁊ in. §. fi. ⁊ per hoc fit expeditū primū mem
brum distinctum qñ fit ex primo decreto: vt in reali nulla req
ratur summaria cognitio vel saltē sufficiat iuramentū: sed in
personali sic. ⁊ pro primo qd̄ sufficiat solū iuramētū in reali:
vide qd̄ no. Jo. an. addi. Spec. in ti. de contu. §. sequitur. ver.
porro. vbi recitat Guil. de cu. tenere sufficere solū iuramētū.
dicit tamen quod requiritur iuramentum de veritate debiti
⁊ quod sibi non fuit satisfactum: ⁊ hoc vltra iuramentū calū
nie. ⁊ ita dicit seruari: hoc satis potest sustineri: sed etiam de
hoc iuramēto veritatis exp̄sse nō cauet: vt. s. dixi. Aut agit
de maiori p̄iudicio: nō tñ graui vel totali: vt q̄ fit missio i ve
ram possessionem: ⁊ tūc sufficit summaria cognitio respectu
ordinis p̄cedēdi: nō tñ sufficit iuramētū: sed requiritur scd̄m
oēs semiplena p̄batio: seu p̄sumptiones: seu indicia. argu. in
l. iij. §. due aūt sunt cause. ff. de carbo. edi. vnde dicit Gof. qd̄
iudex pōt recipere vnū de testibus quos intēdit actor produ
cere vel legare instrumētū per qd̄ intēdit probare. de quo in
Spec. de pri. decre. §. ij. in p̄n. Aut fit plenū preiudiciū: quia
interponitur secundum decretū vt res vēdat vel detur in so
lutum: ⁊ tūc fit summaria cognitio respectu ordinis p̄ceden
di: sed exigitur plena probatio debiti: vt p̄batur in. l. cū pro
ponas. C. de bo. aut. iud. possi. ⁊ no. Bar. in locis preal. ¶ Sꝫ
circa hoc q̄ro supradictū est mittendū in possessionē debere
iurare de calūnia: nūqd istud iuramētū sufficiat quo ad totā
causam litis ? glo. preal: respōdet qd̄ in casu. §. in alijs. non iu
rat actor iterum si reus cōparet itra annū. ratio q̄ adhuc re
manet actor. sed in terminis huius. §. cum fiat missio in verā
possessionem postea fiat reus vbi erat actor debet iterum iu
rare vt reus: siue velit agere intra annum: siue post. ⁊ dic idē
dicēdū in casu. §. i alijs. qñ nō recuperatur possessio intra an
nū: nam cum fiat tūc verus possessor: ⁊ sic efficiatur reus pos
sessor: debet si iterū ꝯueniꝫ iurare vt reus. ⁊ qd̄ tenet hic glo.
videtur etiam velle Jo. an. in addi. Spe. in ti. de pri. decre. §.
sequitur. versi. interposito. Et aduerte q̄ hec procedūt quā
do missio venit fiēda añ p̄stitū iuramētū calūnie. Quid autē
si post prestitū reus est cōtumax nūqd in missione iterū p̄sta
bitur ? dic qd̄ sic: vt no. Cy. in. l. cū p̄ponas. C. de bo. auto. iud.
possi. ⁊ Jo. and. in loco statim preal. ratio quia posset in actu
missionis calūniari. arg. in. l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff.
de dam. infec. nec ob. l. ij. ⁊ aut. hoc sacramētū. C. de iura. cal.
vbi dicitur qd̄ hoc sacramētū tm̄ semel est p̄standū: q̄ proce
dit hoc in eadē instātia que ex officio iudicis nobili expedit:
de quo per Jo. an. in titu. de pri. decre. §. penul. ad fi. ¶ Sed
32 queritur circa hoc † an nominās aliū teneat iurare de calum
nia ? Spe. in ti. de iura. cal. §. restat. ver. sed id querit. videtur
sentire qd̄ sic. sed Jo. an. in eodē in addi. cōcludit qd̄ nō pre
stabit iuramētum calumnie: quia illud respicit totā causam:
sed iuramētū malitie: vt in. c. ij. de iu. cal. li. vj. ¶ Et vide per
Cy. ⁊ alios. in. d. l. ij. C. de iur. cal. ¶ Gl. in ver. reseruata. for
mat vnam oppo. ⁊ vnam qd̄. ⁊ nō est bene ordinata: q̄ scd̄a
pars cōpetentis poneret in prin. vnde capio scd̄am partem.
¶ Op. ⁊ vr̄ qd̄ hic nō debet tm̄ reseruari qd̄ sup proprietate:
sed etiam super possessione intra annū: vt in. §. in alijs. i fine.
Sol. ista gl. refert quosdam tenere ꝯrium: ⁊ fuit Tancre. sed
glo. cōcludit bñ quod aliud est in. §. in alijs. vbi audit vsꝙ ad
annum sup possessione. aliud est in isto. §. qd̄ si sup. vbi statim
datur vera possessio: ⁊ ampli⁹ non audit absens nisi sup pro
prietate. ⁊ reddit rationem diuersitatis: vt i ea apparet. ⁊ ita
tenēt hic cōiter doc. ⁊ Legiste in. d. l. ñ. ⁊ no. idē in. l. properā
dum. C. de iudi. ⁊ in. l. consentaneum. C. quō ⁊ qñ iud. ⁊ ponit
hic Host. aliquas rōnes diuersitatis inter istū. §. ⁊ illū. prima
quia hic cōuentus possidet noīe alieno: ibi noīe p̄prio. scd̄a
quia hic nominat alium: ibi non. tertia q̄ hic datur inducie
ad alium p̄sentādū: ibi nō. quarta q̄ ibi nō cōparet possidēs:
hic comparet: sed nō vult defendere. quinta quia ibi vni⁹ cō
tumacia: hic duorū. sexta quia hic interuenit quasi lit. ꝯtest.
ibi non. septima quia ibi nulla fit examinatio: hic summaria.
ex quo sequitur octaua q̄ ibi intra annū auditur super pos
sessione: hic nō ⁊ certe satis puto hic sufficere illā solam cau
sam: q̄ hic interuenit quasi litis ꝯtest. per ea q̄. s. dicta sunt:
vñ sicut reo existēte ꝯtumace post lit. ꝯtest. p̄cedit ad missio
nē in verā ⁊ in cōmutabilē possessionē si non liquet de causa:
vt in. d. l. ꝯsentaneū. ⁊ not. in. c. put. de dol. ⁊ ꝯtu. ita ⁊ qñ in
teruenit ista quasi ꝯtest. ⁊ hic ponit Hosti. sup tex. quatuor
casus differētes per quos aperit intellectus aliquorū iuriū.
Primus vbi cōuenitur realiter qui noīe p̄prio possidet vbi
passus missionē veniēs intra annū auditur super possessiōe:
vt. s. in. §. in alijs. ⁊ sic hec est rō ſm eum: q̄ vbi vnius tm̄ cō

tumacia depꝛehēdit̃ ⁊ nulla examinatio ſm eū.Secūdus qñ quis noīe alieno poſſidet vbi ſeruata foꝛma huius.§. etiam ſtatim facta miſſiōe veniēs nō auditur niſi ſup ꝓpꝛietate:vt hic ⁊ ſit ratio duoꝝ:ſcȝ cōtumacia:⁊ quaſi aperta malitia. et ſic quaſi fundamentū ⁊ ſummaria examinatio. Tertius vbi ſit miſſio poſt litē vere cōte.ſed non liquet de cauſa nec liq̃re pōt vbi ſimiliter nō audit̃ ſup ꝓpꝛietate.de do.⁊ ꝯtu.c. pūr. ⁊ ſit hec ratio fundamentū.ſ.vera litis.ꝯte. Item iudicij incepti deſertio iudicis ⁊ iurium cōtent⁹ ⁊ plenaria examinatio.Quart⁹ ibi:lite vere cōte.cū liquet de cauſa fert̃ ſnīa pꝛo actoꝛe ⁊ in poſſeſſionē mittit̃ quo caſu veniēs cōtumax etiā ſuper ꝓpꝛietate nō audit̃.C.de iudi.l.properandū.§ ſinautē. reus.⁊ pꝛedicta decre.pꝛout.⁊ ſit ratio iuris diffidētia ⁊ plenaria examinatio et veritatis declaratio: q2 res iudicata ⁊c. de reg.iu.l.res iudicata.⁊ de his remittit ad ſum.eo.tit.§.eo. alijs.⁊.§.ſeq.⁊ per hoc eſt expedita ſcda pars gloſſ. ¶ † Sed

33 capiēdo pꝛimā partē q̃ro.ſ. cōcluſum eſt ꝙ nō audit̃ iſte niſi ſup ꝓpꝛietate in caſu hui⁹.§.⁊ idem in caſu.§.in alijs qñ reus nō cōparet intra annū quero vſq; ad quantū tēpus auditur ſuper ꝓpꝛietate.gl.hic tādē ꝯcludit ꝙ donec ſit pſcriptum: ⁊ ꝙ etiā de iure canonico pōt ꝓcedere pſcriptio ⁊ idē Joā. an. hic.⁊ cōiter doc.ſequūtur.ſed q̄tū tēpus requiritur ad pſcribendū iſto caſu.gloſ.in.l.ij.C. vbi in rem act. dicit ꝙ tempus decē annoꝝ inter pſentes ⁊ viginti inter abſentes.ſed Pet. et Cy.ibi contra: quia per pꝛimū decretū iudex nec intendit trāſferre dñiū: ⁊ per cōſequēs neq; vſucapiendi cōditionem. vt.l.clauib⁹.ff.de ꝯhē.emp.⁊ ſine titulo non currit pſcriptio loquendo de pꝛeſcriptio.decē vel viginti annoꝝ.ff.de vſuca. l.nunq̃. Bar.ibi ſuſtinēdo gloſſ.dicit ꝙ vſucapiet ex poſſeſſione quodāmodo iuncta cū pꝛeceden.titu.quem pꝛius habebat.vt.l.ſi is qui pꝛo emptoꝛe.§.penul.⁊.l.eum qui edes.ff.de vſuca.⁊ hoc ſequit̃ do.Ant.⁊ mihi placet niſi pſcribat̃ contra eccleſiā:q2 tūc expectatur tempus.xl.annoꝝ.vt in.c. de quarta.cū ſimi.de pꝛeſcrip.hec vera niſi in pꝛincipio fuiſſet ſtatut⁹ terminus per iudicē intra quē audiat̃ dñs ſuper ꝓpꝛietate: tūc eñ poſt lapſum illi⁹ termini nō audiatur ampli⁹: ſecūdū Cyn.per.l.ij.ꝑall.⁊ per.l.a quo fundus.ff.de dā. infec. et in.l. mācipioꝝ.ff.de optio.legā.⁊ q2 iſte terminus nō eſt a iure determinatus ſtatuetur arbitrio iudicis ſm eū.l.j.ff.de iu. del. ⁊ hoc dictū ſequit̃ do.Ant.hic.ego puto ꝙ a pꝛincipio tēpoꝛe miſſionis nō poſſit ſtatui iſte terminus ad agēdum cū ſatis ſit punita nūc illius cōtumacia pꝛopter dationē vere poſſeſſionis ⁊ nemo cōpellit̃ agere.C.vt ne.mu.facit text.ſ.§. pꝛi. vbi dr̃ ꝙ a pꝛincipio iudex debet eſſe cōtētus alterutra pena: ſed poterit in futurū loco ſecūdi decreti ſeu ꝓ ſecundo decreto peti vt ſtatuat̃ ſibi terminus ad agēdū ſuper pꝛopꝛietate poſt quē amplius nō audit̃.⁊ ita debet intelligi.l.a quo fundus[a]: pꝛeall̃.vt ibi ſentit Bart.⁊ idem videt̃ velle ī.l.ꝯſentaneum.C.quō ⁊ qñ iud.⁊ hoc bene not. quia eſt valde ſingula-

uium fient in simili vsucapione.⁊ hoc nota diligē ter.¶ Sed ad declarationem predictorū primo queritur:nūquid ad faciendum fructus suos sufficiat neturalis possessio,an ciuilis tātum:an requirit̄ vtraqꝫ.vide per Bar.in.l.iij.§.ex cōtrario. ff.de acquir.pos.⁊ aliquid in.l.si fur.in prin.ff.de vsuca.⁊ vide quod not.Dy.in regula sine possessione:de regu.iur.lib.vj. 13 ¶ †Secundo queritur ꝫ.facta est mētio:⁊ etiam in tex.isto fit de fructibus percipiendis an debeat intelligi de percipiē dis id est de his qui poterāt percipi ab ipso petitore vel ab ipso possessore male fidei seu violēto: nam contingit quādoqꝫ quod plures ⁊ meliores fructus potuisset percipere vnus ꝙ̄ alius.tex.hic expresse loquitur de percipiendis ab ipso petitore.Idem videtur velle text.in.l.si nauis.ff.de rei vendicatione.ad idem text.cum glos.in.d.l.et ex diuerso.a ⁊ in.l.apud iulianum.§.j.ff.de lega.j.in contrarium videtur tex.in.l.domū.C.de rei vendica.vbi tex.aperte videtur intelligere de percipiendis ab ipso possessore.dicit enim quos percipere poterat:qd̄ de necessitate intelligit̄ de possessore cū loquat̄ ibi de petitore in secunda persona:si ergo de eo intellexisset,dixisset poteras:in secunda persona:⁊ propter contrarium illius.l. tres principales opiniones in materia reperiuntur.Prima est opinio Pe.⁊ aliorum vltramontanorum sequentium in.d.l.domum.dicunt enī quod post moram veniunt fructus quos potuisset percipere petitor.vt.l.si nauis.cum similibus. ff.de rei ven.ante moram attendūtur illi fructus quos potuisset percipere possessor re⁹.Hec opinio non placuit Bart.nec in dicta.l.⁊ ex diuerso. nec in.l.domum.quia.l.domum.loquitur in predone, 14 † Qui semper est in mora.vt.l.j.C.quod me.causa.⁊ tamē habetur ibi respectus ad percipiendos a possessore.Ideo ponitur scd̄a opi.per Bart.in.d.l.⁊ ex diuerso.ꝙ aut possessor conuenitur ab aliquo qui nō asserit se dominum:vt in petitione hereditatis:⁊ tūc veniūt fructus quos possessor percipere potuisset.facit.l.item veniūt. §.item eos.et.l.sed et si lege.§.sed ⁊ fructus.ff.de peti.here.aut cōuenitur ratione dominij:⁊ tunc de iure ffo͡rum habebatur respectus ad percipiēdos ab ipso petitore,vt in iuribus preallega.De iure vero codicis est additum de his qui percipi potuissent ab ipso possessore.vt.l.domum,nec leges digestorū sunt correcte in eo ꝙ dicūt de percipiendis a petitore:sed in eo quod prohibent de pcipiēdis a possessore.erit ergo ꝓm eū authoris electio qui poterit eligere vel leges digestorū habēdo respectum ad petitorē:vel leges.C.habendo respectum ad ipsum possessorem reum.argu. in.l.quoties.ff.de actio.⁊ obliga.huic opi.similis est opini.Gui.de cug.in.d.l.domum.vbi tenet ꝙ habebitur respectus ad id quod deterius est ipsi male fidei possessori:vt si possessor male fidei plus percipere potuisset ad ipsos habeatur respectus si plus petitur tunc ad illos.Tertia principalis opi.ponitur per Barto.in.d.l.domum.vbi dicit ꝙ aut petitur fructus qui potuissent percipi ex singularitate persone,non autem communiter:⁊ tunc debet haberi respectus ad personam petitoris.vt,d.l.si nauis,⁊ hic.non autem debet haberi respectus ad singularitatē persone possessoris: q̄ꝛ tunc illi prouenirent magis ex industria ⁊ negotiatiōe persone quā ex re.ar.l.iij.ff.ad.l.fal.aut petuntur fructus qui cōmuniter potuissent percipi a possessore,⁊ tunc non est vis,an habeatur respectus ad possessorem an ad petitorem:q̄ꝛ inspicitur qd̄ communiter potuisse percipi:non autem ex singularitate persone,argu.in.l.ij.C.de rescin.vendi.⁊ quod no.in.c.cum dilecti,de emp.et vend,In effectu vult ista opi.vt habeatur respectus ad petitorem non ad possessorē,nisi qn̄ possessor tm̄ potuisset percipere quantum communiter quilibet alius possessor ⁊c.ita ꝙ non habeatur respectus ad singularitatem sue persone.Et hanc opi.firmat idem Barto.in.l.apud iul.§.j.ff. de lega.j.⁊ placet hoc do.Ant.nihil tamē pro ea allegat:puto ꝙ de rigore iuris procedat opi.bar. in.d.l.⁊ ex diuerso.⁊ Guil.de cu.in.d.l.domum.vt in odium istius violenti habeat̄ respectus etiam ad singularitatē sue persone:vt sibi imputetur si potuit prodesse isti spoliato ⁊ nō profuit.ex quo enim spoliauit vbi non debuit spoliare:cogatur percipere quātum percipere potest.sed ex quadā equitate procedit alia opi.Barto.q̄ꝛ petitor hoc casu nō potest pretēdere interesse ex quo ipse vel alius possessor cōmuniter nō plus percepisset.et pro hoc facit hic litera que tantum facit mentionem de antiquo possessore,⁊ sic de petitore:⁊ hoc 15 no.¶ †Tertio queritur supra facta est mētio de male fidei ⁊ bone fidei possessore quis dicat̄ male fidei ⁊ bone fidei.Sol.dic q̄dā est male fidei possessor vere:vt q̄ꝛ scit ad alium pertinere rē.⁊ econtra dicitur bone fidei cū ignorat se possidere alienum sed possidet cogitatiōe domini.tex.est in.c. si virgo.xxxiiij.q.ij.quidaꝫ est male fidei possessor iuris presumptione.vt per lit.conte.super dominio illi⁹ rei.⁊ est presumptio iuris ⁊ de iure.vnde quantuncunqꝫ habuerit legitimam causam litigandi nō per hoc excusatur a fructibus post lit. contest.perceptis.vt.l.certū.C.de rei ven.⁊.l.nemo ambigit.C.de acqui.pos.vide qd̄ legitur ⁊ no. in.l.sed ⁊ si.§.scire oportet.ff.de pet.here.⁊ per.d. 16 de ro.deci.clxx.al's.clxxxv.¶ †Sed dubitat̄ circa hoc de denuntiatione:an constituat illum cui fuit denūtiatū ꝙ res est aliena,in mala fide.Jo. andre.vr̄ hic velle ꝙ regulariter sola denuntiatio nō constituit quem in mala fide.ff.qd̄ cum fal.tu. per to.⁊.C.de fru.⁊ li.expē.l.ij.sed in sola petitione hereditatis efficitur per denūtiationē male fidei possessor:ita ꝙ postea nil alienare potest.ff.d̄ pet.here.l.item veniunt.§.qd̄ aūt.⁊.l.si fundū.C. de rei vē.que vr̄ obuiare loquit̄ in eo qui sciebat rem alienam.Idem sentit Archi.post Uin.in.§. potest.xvj.q.iij.d.Ant.dicit ꝙ aut quis possidet sine titulo:⁊ tunc denuntiatio constituit quē male fidei possessorem:vt.d.§.qd̄ autem.si cum titulo,⁊ tunc si denuntiatio fit a principio cōtractus cōstituit quem in mala fide vt.d.l.si fundū.si vero ex postfacto postꝙ̄ incepit possidere:⁊ tūc secus vt.l.alienam.ff.pro emp.⁊ hec est opi.Bar.in.d.l. si fundum,quam sentit glo.in.d.l.alienam.⁊ vide quod circa hoc not.in.c.si diligenti,de prescripti. 17 ¶ †Itē dubitatur b an errās in iure dicatur male fidei possessor:puta credebat se dominū:sed errabat in iure.glos.in.l.si fur.ff.de vsucap.dicit qd̄ iuris error impedit vsucapionem vt ibi:sed respectu frutuum lucrandorum nō impedit:q̄ꝛ ex quo non est in dolo non dꝫ dici predo.de quo vr̄ tex. in.l.sed ⁊ si.§.scire.de pet.here,⁊ idē tꝫ Dy.in regula possessor.de reg.iur.lib.vj.de quo per Bar. in.d.l,si fur,sed plenius per eundē in.d.§.scire.vbi contra istam opi.opponit de.l.quēadmodum.de agri.⁊ cen.lib.xj.⁊ de regula,qui cōtra iura.de regu.iur.lib.vj.vbi dicitur ꝙ qui cōtra iura mercatur nō presumit̄ habere bonā fidē.⁊ soluendo notabiliter dicit ꝙ quedā sunt iura introducta prohibentia aliquos actus:⁊ tūc qui facit contra illa iura non censetur habere bonā fidē sed malam vt in ꝯtrarijs supra formatis.Quedā sunt iura que nō prohibent sed actui non assistunt.vt puta testamentū nō solenne non valet:q̄ꝛ lex sibi nō assistit,Item agnatus remotior nō admittitur:quia lex sibi nō assistit:non tñ his casibus lex restituit ⁊ sic in similibus:⁊ tunc nō presumitur errans in mala fide.vt in,d.§.scire,nec etiā presumitur bone fidei.vt in dicta regula,qui cōtra,est enim medium inter bonam ⁊ malā fidē vt no.C.de acqui. pos.l.j.⁊.l.iij.§.si.ff.eo.ti.vnde quia in vsucapione requitur bona fides positiue nō sufficit ꝙ mala fides absit:licet in acquisitione fructuum sufficit malam fidē abesse q̄ abest ex quo putat se dn̄m licet erret in iure.hoc dictū diligenter no.ex quo limitātur ⁊ declarantur multa iura de hac materia loquētia.¶ Ultimo quero qualiter peti debeāt fructus:⁊ hanc questionē diuido in tres.Prima an possint peti cū ipsa re:ex quo fuerunt percepti

¶ L.⁊ ex diuerso. Tu pōdera circa istā materiā q̄ꝛ in iure satis obscura.ego multa remisi ad Bar.i.d. l.et ex diuerso.in prin.vide ibi.sed pōdera iura ffo͡r q̄ dicūt ꝙ debent fructus q̄s actor pcepisset:ius.C. dicit quos predo pcepit ⁊ quos pcipere potuit.hic d̄r tenet̄ restituere q̄s occupator pcepit ⁊ quos pcipere potuit spoliat⁹ a quo ergo habuit ortuꝫ ista dicere.pōdera q̄ꝛ nō aperit̄ per aliquē.scd̄o pōdera q̄ꝛ tex.i.l.si.d̄ possessione.C.vnde vi.dicit quod debent restitui fructus q̄s pcepisset spoliat⁹ etiā non quos percepisset spoliator.vñ illa dictio etiā est implicatiua.q̄ īplicat ⁊ tenet̄ restituere vt ip̄e percepit ⁊ vt pcepisset spoliat⁹.⁊ iste te. vr̄ abstract⁹ ab illo.tene mēti hāc cōsiderationem. stat mō difficultas vtrum veniat id qd̄ potuit percipere ex singulari industria.bart. ⁊ doc.loquūtur ī pdone:q̄ꝛ ita loqtur.d.l.domū.sed in spoliato nō loquit̄.d.l.domū.dicit quos pcepit ⁊ percipe potuit p̄do.iste tex,d̄t q̄s percepit predo ⁊ percipere potuit spoliat⁹.vtrū veniat qd̄ pcipi potuit ex singulari industria.Cōiungo ergo istū text, cū tex.in.d.l.domū.⁊ Bar.cōtra Bar.d.Ant.⁊ sequaces,nā hic dicit̄ ꝙ tenet̄ restituere illos quos spoliatus potuisset percipere.et Bart.dicit ꝙ intelligit̄ de eo qd̄ ex sua idustria singulariter potuisset acquirere:sed in.d.l.domū.dicitur quos pcepit ⁊ pcipere potuit. ergo intelligit̄ ex idustria:q̄ꝛ similē modum loquēdi ponit.d.c.grauis ergo hic est text. cōtra dictū Bar. vcꝫ qd̄ non tenet̄ p̄stare suaꝫ industriā vt.l.si heres. ff.ad.l.fal.q̄ꝛ non loquit̄ in p̄done q̄ꝛ ois cōdictio videtur degenerare cōtra p̄donē et per ꝯ̄n̄s vr̄ qd̄ attentatur vtilitas spoliati.vñ si spoliat⁹ potuisset illos ex industria lucrari:illos habebit si re⁹ potuisset illos ex industria lucrari ad illos cōdēnabitur. vid̄ Ang.q tāgit in.l.ait p̄tor.§.p̄terea.ff.q̄ in frau. cre.faciat q̄ꝛ v̄ba relata ad p̄sonaꝫ debēt intelligi ꝓꝫ qualitatē eius.l. ex militari.ff.de mi.test.cū si.fa. ciat tex.hic in v̄bo cū itegritate. And.Barba.

✠ Sebasti. Sapia. b ¶ Dubitat̄.Ui. de Cal.in ꝯsi.iiij. sub rubrica de p̄scri. moder.taurinenses in ti.p̄scriptionum.in scd̄a parte tertie partis principalis. questione.j.

in eodē libello. Secunda an debeat exprimi quātitas ipsorū. Tertia an pcise debeāt peti fructus 18 an estimatio: an vtrūq3 alternatiua. ¶ † Quo ad primū concludendo Inno. hic Barto. in. d. l. & ex diuerso. §. vbi autē. dicunt ꝙ aut petūtur fructus per rei vēdicationē: & tūc dico ꝙ nō possunt peti vna cū re in eodē libello: q2 ista duo iudicia de re & de fructibus sic se habent ꝙ absolutoria lata in vno parit exceptionē rei iudicate in alio. ar. in. d. §. vbi. & ideo non possunt simul eque principaliter accumulari: vt. l. fundum. ff. de except. & ibi de hoc. Habita ergo victoria super re, tunc poterit agi noua rei vend. ad fructus & sententia lata super re faciet plenam fidem super fructib9 qui veniunt accessorie si etiam snīa fuerit iniusta: vt videtur tex. ꝑm vnum intellectum in. d. §. vbi. & hoc expresse ibi t3 Bar. cōcludens ꝙ snīa erronea in principali facit ius in accessorijs l3 noua instātia fiat vt in. d. §. vbi. & no. simile in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. aut petūtur fructus officio iudicis: ꝙ quādo fit colligitur ex his que. s̄. dixi. & tunc bene possunt peti in eodem libello: imo plus dicit no. Barto. in. d. §. vbi. ꝙ etiam pro his fructibus qui possunt vēdicari potest officium iudicis implorari. arg. in. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. Et intelligo ꝙ etiam in eodem libello: sicut enim de eodem facto nō potest agi criminaliter & ciuiliter. C. qñ ciuilis actio cri. preiud. l. vna. & tñ si agatur criminaliter potest super rei restitutione furtiue subtracte iudicis officiū implorare in eodem libello. iuxta no. in. d. l. interdum. §. qui furē. & in. c. cū dilectus. de pur. ca. ita dicēdum est 19 in proposito. ¶ † Sed circa hoc dubitat̄ nūquid iudex possit condemnare in fructibus si non fuerunt in libello petiti. dicit cōcludendo Inno. hic ꝙ de fructibus perceptis ante li. contest. regulariter non potest: q2 ad illa se non extendit iudicis officiū. ff. de edil. edic. l. ediles. §. item sciēdū. facit qđ no. in. c. significante. de appel. fallit si agitur de vi compulsatiua vt in actione qđ me. causa. vel de vi expulsatiua. vt interdicto vnde vi. vel cōstitutione si quis in tantā. C. vñ vi. nā tunc venit oīno causa etiā si nō petat̄ & hoc ex natura illarū actionum. Item si agatur actione hereditatis. vel ratione vniuersitatis veniunt etiā oīa. ff. de pet. here. l. item veniunt. §. fructus. ff. de vi & vi ar. l. j. §. rectissime. cū se. In alijs vero in actionib9 vt. s̄. dixi oportet ꝙ fructus percepti ante lit. cōte. expresse petātur: al's iudex nō potest de eis condemnatio 20 nem facere. ¶ † Imo ꝙ plus est vbi veniūt accessorie: nisi expresse petantur nō potest post snīam latā in principali amplius de eis agi q2 iam finitū est iudicis officiū per snīam. vt. l. iiij. C. deposi. secus vbi pōt de eis agi etiam principaliter sicut in interdicto vñ vi. vt. l. iij. de vi & vi ar. & hoc quo 21 ad. j. q. ¶ † Ad secundā an debeat[a] exprimi quā a titas ipsorū fructuum in libello. Bar. in. d. §. vbi cōcludit ꝙ de fructibus perceptis ante lit. conte. debeo declarare quātitatem fructuum. arg. in. l. si in rem. ff. de rei ven. & l. in actione. ff. de fur. sed de perceptis post lit. contest. non est necesse ꝙ exprimat̄ certa quātitas q2 actor ꝓbabiliter ignorat. satis ergo erit sic dicere ꝑm eū: dico ꝙ titius possidet talē rē q̄ pertinet ad me de iure dñij vel quasi: & eā possedit tribus annis & dicto tpe ex dicta possessione recolligit decē corbes frumēti quare peto per vos declarari dictā rē iure ad me pertinere ipsumq3 cogi & cōpelli ad restitutionē dicte rei cū fructib9 perceptis & qui percipient̄ vsq3 ed snīam: & ad predicta eū vestra snīa condēnari. Et pro hoc facit text. in. §. vbi in quo fit cōdemnatio etiam in fructib9. si autem velles petere fructus percipiēdos. eos qui potuissent percipi: tūc formāda est petitio ꝑm predicta nō pōt si referre ad fructus quos ipse petitor potuisset pcipere si sibi fuisset licitū possidere. vt hic & in. d. l. apud iulianum. & l. si nauis preallé. cū si. vel potest referri ad possessorē ꝑm predicta. Sed aduerte q2 ex predictis habes maxime tu canonista bonā theoricam & practicā sup istis fructibus: sed inquantū Bar.

[a] Sebasti. Sapia. ¶ An debeat. vide practicum papi. in forma libelli in actione reali in versi. cum fructibus. Moder. in l. si filius. §. j. ff. de verb. obli. Alexā. in consil. xc. in fi. in. ij. volu.

in pall. loco vult ꝙ quātitas necessario sit exprimenda respectu perceptorum ante lit. contest. non puto hoc necessarium si petantur accessorie ad rem q2 in accessorijs potest libellus esse generalis sed in processu poterit declarari in. c. cum venissent. j. eo. expresse no. Inn. etiam in fructibus in. c. tanta. de exces. pla. & ipsemet Bar. in. l. j. ff. de eden. vbi dicit ꝙ si peto rem cum fructibus pceptis: non est necesse declarare quantitatem: quia eadem ratione qua debent̄ mihi res debētur & fructus & ipse reus certus est de facto suo: vnde pōt satis deliberare absq3 alia expressione. allegat. d. l. & l. ex diuerso. & qđ no. Inn. in. c. ij. de lib. obl. vbi dicit hoc velle. & vide qđ no. Cy. in. l. cū te. C. si quis sibi vel alte. Idem puto si petant̄ principaliter: vt si peto fructus quos pcepisti ex tali possessione quā tenuisti tot annis: nam ipse reus de facto suo certus esse d3 in. c. ab excōicato. de rescrip. Et ego possum ꝓbabiliter dubitare maxime si ex facto suo reddor incertus. facit qđ no. in. c. constitutus. dē in integ. rest. Fateor ꝙ in processu habeo probare certā quantitatem: q2 alias iudex non posset certā ferre sentētiam. ad hoc. c. ad nostram el. j. & c. ex literis. de iureiur. & qđ no. Cy. in. l. j. C. de ꝓba. & Io. an. in. d. c. ex literis. nec mirandū: q2 libellus qñq3 pōt esse magis generalis q̄ snīa plene no. in. d. c. tanta. facit inst. dē ac. §. curare. & vide ad predicta quod no. Inn. in. c. cer 22 tificari. de sepul. ¶ † Ad vl. q. an debeant peti fructus an estimatio &c. dic breuiter post Bar. in. d. §. vbi q2 aut certum est fructus extare & debent ipsi fructus peti & non estimatio: q2 estimatio debetur in subsidiū. facit. l. si. C. de fideicom. li. & in. d. §. vbi. aut certum est non extare. sed cōsumptos fuisse: & tunc pōt & debet peti estimatio. ar. in. l. si vsufructus mihi in biennium. ff. de vsufr. le. Nec ob. si dicatur ꝙ cum fructus consistant in numero pondere vel mensura: & sic in genere suo recipiant functionē. vt. l. ij. ff. si cer. pe. nō d3 deueniri ad estimationē sed debent peti fructus in gñe. Rñdetur enim ꝙ isti fructus pcepti ex re mea debentur vt species quare merito istis pemptis deuenit̄ ad estimationē sicut quelibet alia spē pempta. aut dubitatur an fructus sint pempti vel extem. & tunc ratione incertitudinis potest libellus procedere alternatiue: vt puta peto ꝙ reus cōdemnetur ad fructus si extant: vel ad estimationē si sunt consumpti. nam rōne incertitudinis admittitur iste libellus alternatiuus vt legitur & no. in. d. c. constitutus. de in inte. restit. & in. l. j. §. quod autem. ff. quo. leg. Et predicta diligenter no. ex quibus potes colligere practicam conficiendi libellum super fructibus.

1 ☞ Possessorium non competit illi qui fuit expulsus a domino de sua possessione: cum possessio aliqua non esset penes expulsum. 8.
2 Episcopus potest concedere possessiones ecclesie pro oratorijs & hospitalibus construendis.
3 Hospitalia a quibus recipiuntur rectorem: ab episcopo vel a patrono.
4 Votum factum pro aliquo non obligat illum pro quo est factum.
5 Clericus si est inuasor rerum aliarum: potest in eum fieri manuum iniectio sine metu excommunicationis. 19. 20.
6 Simonia inducitur ex perceptione alicuius temporalis pro spirituali.
7 Religiosus potest ingredi strictiorem regulam si vult.
9 Spoliatus sua naturali possessione a tertio habet remedium retinēde secus ab habente ciuilem.
10 Possessor violentus potest incontinēti repelli: quomodo intelligatur incontinenti. 13.
11 Possidens per alium quo casu perdit possessionem & quam ex defectu vel morte illius per quem possidet.
12 Vsufructuarius si perdit suam naturalem: q2 ab ea deijcitur. nō per hoc proprietarius perdit suam ciuilem.
14 Spoliatus tunc demum habet interdictum recuperande si probat se delictum & possessionem habuisse.
Possessio si non potest probari a spoliato: quid est ab eo agendum vt possit in ea restitui.
Possessio presumitur de presenti probando se aliquando possedisse.
15 Defensio inculpate tutele quando fiat. 16. 17.
16 Aggressor potest impune pcuti absq3 eo quod ipse incipiat percutere.
17 Si per fugam quis potest euadere percussionem: non tenetur fugere: sed potest impune offendere.
18 Offensio licita est propter defensionem persone alterius iniuriate in ꝑsona vel rebus.
19 Excommunicatio an incurratur per expellentes religiosos de re ipsorum expellentium: excedendo vel non excedendo modum. 22.
20 Excōmunicatio requirit dolum siue ignorantiam crassam & supinam.
21 Dominium rerum ecclesiasticarum quo casu dicitur esse penes epm̄.
22 Clericis est etiam licita defensio rerum suarum etiam contra alios religiosos sine metu excommunicationis: nisi excesserint modum.
23 Furtum rei proprie ab alio possesse non obligat furantem ad restitutionem licet committat peccatum.
Paria delicta mutua compensatione tolluntur: quando respicitur interesse partium: secus si interesse publicum.

1 OLim. ¶ † Ei qui non possidet denegat̄ restitutio. ita cōmuniter summat̄. Vel summa sic & notabili9. Ingressus possessionē ignorante dño ad quē ptinet; potest p ipsum dñm statim cum sciuerit repelli etiam violenter: nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessori

sessorium. In prima ponitur cõmissionis ⁊ facti narratio. In scđa cau
se diffinitio ibi: intelligentes. ¶ Casus literalis. Quidam humiliati
olim impetrauerũt ab epõ terdoñ. vt hospitale ⁊ oratoriũ cõstruerent
in loco caluentie: ⁊ eis quasdam possessiones concessit sub ea conditio
ne ꝙ nomine epĩ terdoñ. oratoriũ ibidem ⁊ hospitale cõstruerũt ⁊ tres
solidos noĩe census eidẽ epõ soluerent annuatim: ⁊ ille qui eidem loco
preficeretur inuestiturã ab eodẽ epõ perciperet pro se ⁊ fratrib⁹ suis: ⁊
eidem ⁊ successoribus suis obediẽtiam faceret manualem: epõ retinen
te nihilominus dominiũ loci: ⁊ sic fuit multis temporibus obseruatũ.
Postmodũ magister militum templi ad eandẽ domum aspirãs ipsos
fratres adeo circumuenit ꝙ preter cõsciẽtiã epĩ se ⁊ sua in manibus eius
tradiderũt: ea tñ cõditione apposita si epõ ⁊ capitulo terdoñ. cõplace-
ret: sine quorũ assensu se nihil posse facere asserebant: ⁊ magister cõdi-
tionem acceptauit appositã. magister statim accessit ad locũ ⁊ oĩa q̃ ibi
inuenit asportauit. epŝ hoc intelligẽs ad domum illam accessit ⁊ quos
inuenit ibi ad custodiam domus a magistro dimissos eiecit ab ea: vim
vi ẜm ꝙ iura permittũt repellẽdo: quo facto ad petitionẽ dicti magi-
stri causa fuit quibusdã abbatibus cõmissa: corã quibus petebat dict⁹
magister dictã domũ sibi restitui qua ipsum epŝ spoliauerat lit. cõtest.
⁊ testibus receptis hincinde. iudices causam ad sedem apostolicã remi
serũt. dñs papa diligẽter examinato negotio intelligẽs dictam domũ
eidẽ magistro traditam fuisse sub conditione: ⁊ ꝙ nullum preiudicium
iuri epĩ ⁊ canonicorum sit irrogatũ ex eo ꝙ magister ignorãtib⁹ epõ ⁊
canonicis possessionẽ accepit sciẽs domum illam ad illos ꝑtinere preci
pue q2 q̃ cito illud sciuerunt repulerunt vim vi: ⁊ q2 idem magister pre
ter consciẽtiam epĩ ⁊ capituli possessionẽ accepit quos suspicari debue
rat sibi qõnẽ moturos ꝓcuratorẽ epĩ ⁊ capituli ipsorũ noĩe ab impeti-
tione ipsius magistri noĩe domus militie templi quo ad faciẽdam re-
stitutionẽ quã petebat absoluit: tñ si epŝ ⁊ capitulũ incurrerent offen-
sam ipsius magister defendendo ius suũ modũ excedẽdo satisfactionẽ
debitam eidẽ exhibere procurent. Ber. ¶ No. j. prelatũ etiã epm agen
tem seu defendentem etiã iura ecclesiastica debere agere seu defendere
noĩe ecclesie. cõcor. c. litere. s. de dila. ⁊ plus notabiliter ꝓbatur hoc ꝙ
hic ꝓcedit etiã si agatur per prelatũ ⁊ capitulũ. l3 enim isti presentent
ecclesiã tñ agũt noĩe ecclesie: qõ bene no. ⁊ bñ facit ad ea q̃ dixi in. d. c. li-
tere. ⁊ in. c. cũ sup. de causa pos. ⁊ ꝓprie. ⁊ ꝓbat hoc siue habeatur respe
ctus ad epm ⁊ capitulũ siue ad magistrũ ⁊ fratres militie tẽpli: vt colli-
gitur ex princ. ⁊ fi. c. ⁊ hoc tene menti. ⁊ vide plenius q̃ scripsi in iuribus
preal. ¶ † No. ij. posse epm dare aliquas possessiões[a] pro oratorio ⁊ ho
spitali construẽdis: ⁊ põt intelligi de possessionibus proprijs. arg. xvj.
q. v. c. fi. idẽ de possessionibus ecclesie: sine maxima tñ lesione ipsius ec-
clesie. arg. in. c. apostolice. ⁊ in. c. ceterũ. de do. xij. q. ij. bone rei. ⁊. c. terru-
las. ⁊. c. aurum. ¶ † Nota ꝙ cõstruens hospitale seu oratoriũ vel eccle-
siam potest sibi censum temporalẽ retinere. facit. c. ꝑterea. de iurepat. ⁊
c. constitutus. de reli. do. ¶ Notat hic do. Anto. ꝙ de iure cõi prouisio
oratorij etiã ab alio edificati cũ hospitali spectat ad epm loci saltẽ quo
ad ius instituendi. sed certe salua reuerẽtia tanti viri hic potius posset
colligi contrarium: q2 hoc fuit expresse deductum in pactum: secus er-
go si nihil fuisset dictũ: maxime q2 qñ hospitale non cõfertur in titulũ
nõ h3 locũ ꝓprie institutio: vt no. Pau. de elea. in cle. q2 cõtingit. de re-
li. domi. ⁊ de hoc vide qõ plene dico in. c. inter dilectos. de dona. vbi tã
go ad quem spectat ponere rectorẽ in istis hospitalibus habẽtib⁹ pa-
tronum. ¶ Not. ꝙ quis põt obediẽtiam promittere pro se fratribus ⁊
successoribus suis: nõ tñ intelligas ꝙ talis promissio habeat obligare
nõ promittẽtes: sicut nec votũ nec iuramẽtum ab alio prestitũ obligat
alios[b]. de iureiu. c. veritatis. ⁊ qõ ibi no. sed acta promissio pro alijs fa
cta valet ad denotandum ꝙ alij debeant obedire: vel si capitulum scit
hanc obedientiã a suo prelato vel eius ꝓcuratore p̃stari ⁊ si petat obli
gatur. arg. l. ij. C. de iura. calum. ẜm Inn. ⁊ Host. qõ no. ¶ No. ꝙ ingre
diens possessionem alterius respectu iuris ad aliũ pertinẽtis illo igno
rante non acquirit possessionẽ ciuilem: imo est clandestinus possessor:
⁊ dicitur vim inferre si nõ admittit verum dominum seu possessorẽ ve
nientẽ. vnde tanq̃ vim inferẽs põt a vero dño repelli: de quo in. l. clam
possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. pos. ⁊ aliqd. ĩ. dicet. ¶ † No.
vlti. ⁊ tene mẽti ꝙ pro recuperatiõe[c] seu reseruatione bonorũ tempo-
raliũ licitũ est manus violẽtas etiam in clericũ vim inferentem inijcere
sine metu excõicationis.[d] facit ad ea que dixi in. c. cum non ab hoĩe. de
iu. ⁊ vide qõ no. Inn. in. c. si vero. de sen. excom. ⁊ quod no. in. c. suscepi-
mus. de ho. ⁊ in. c. dilecto. de sen. excõ. li. vj. ¶ Op. ⁊ vr ꝙ istis humilia
tis nõ poterit aliquid cõcedi cum fuerint tanq̃ heretici damnati. viij.
di. quo iure. so. gl. j. ꝙ licet fuerint olim condemnati: tamẽ postea fue-
runt recõciliati ⁊c. Et no. ex glo. ꝙ damnans iurantes debet vt hereti-
cus cõdemnari: qõ intellige vt no. in. c. excõicamus. §. si qui vero. de he-
re. ⁊ vide glo. in. c. non est. xxij. q. j. ¶ Opp. ij. ꝙ non licuerit in traditio
ne rei deputate spiritualitati apponere cõditionẽ de pẽsione soluen-
da: cũ sit quid tẽporale. j. q. ij. q̃ pio. facit. c. fi. de pac. Glos. ij. soluit duo-
bus modis. primo exponendo sub ea conditione. i. sub ea forma. quasi
dicat ꝙ rei fuit apposita hec forma. i. onus pensionis soluende fuit an
nexum rei, non autẽ debebatur pactione. arg. in. c. significatũ. de prebẽ.
¶ † Secũda sol. ꝙ hoc nõ inducebat simoniam cũ a iure permittatur.

nam videmus ꝙ epŝ eximẽdo ecclesiã retinet sibi
censum in signũ dominij. de reli. do. c. cõstitutus.
Et not. hãc sol. quod exprimere quod inest vel qõ
a iure permittitur nõ includit simoniã. simile no.
in. c. significasti. de elect. ⁊ in. c. ad audientiã. de re-
scrip. Vel dic extra gl. ⁊ aliter ꝙ iste epŝ nõ tradi
dit spirituale pro temporali: cum daret possessio
nes que sunt quid tẽporale sed in traditione tem
poralis potuit reseruare aliquid tẽporale. simile
no. in patrono in. c. ꝑterea. de iurepat. ⁊ eodẽ mõ
solue si apponitur ꝙ hic fuit tradita res profana
vt fiat sacra. nõ enim ex hoc inducitur simonia q2
nõ dat hic tẽporale pro spirituali sed dat res pro
fana vt fiat sacra. qõ est necessarium ẜm Inno. et
meritoriũ sicut dare aurũ vt fiat calix: nã per hoc
res spũalis nõ acquirit danti tẽporale cũ in nul-
lius bonis sit. facit ẜm Host. c. ij. de ser. nõ or. ⁊ c.
fi. de test. cũ si. ¶ Op. iij. ꝙ ista traditio facta per
istos humiliatos debebat saltẽ eis p̃iudicare. ar.
eorum que no. gl. in. c. qõ in dubijs. de renun. glos.
in ver. eadem cõditione. fatetur cõtrariũ nisi ap-
posita fuisset cõditio de qua in tex. epõ tñ vel alte
ri pretẽdenti ius nõ preiudicasset. ¶ † Itẽ sentit
Inn. quasi liceret eis ad arctiorem religionem se
transferre. de reg. c. l3. Hos. ⁊ bene fatetur hoc ve
rũ respectu personarũ: vt sic licitũ sit personis se
transferre ad strictiorem religionem. iuxta no. in
d. c. l3. ẜm regulam institutam in loco vel habitũ
vel statum antiquũ ipsius loci immutare vel alte
ri loco subijcere sine autoritate epĩ[e] non possent
nec epŝ debet talibus consentire sine consilio ca-
pituli sui. alle. de sup. negli. prela. c. ij. de consue. c.
cum cõsuetudinis. de his que fiũt a prela. c. nouit.
⁊. c. fe. de reli. do. c. inter quatuor. ne cle. vel mo. c.
relatũ. ⁊ hoc verum nisi fieret de autoritate pape
argu. de eccle. edi. ad audientiam. de cle. nõ resi. c.
fraternitati. de here. excõmunicamus. §. q2 vero.
quod satis placet. facit. c. sicut vnire. de exces. pre-
la. ⁊ vide qõ no. in. c. cum dilectus. qõ me. causa. et
qõ dico in dicto. c. qõ in dubijs. ⁊ qõ ibi nota. per
Host. ¶ † Oppo. iiij. ꝙ isti fratres erant restituẽ
di ex quo constitit de spoliatione. Sol. gl. in vers.
tradita. ꝙ isti non possidebant tẽpore spoliatio-
nis: fuit enim eis tradita possessio sub conditio-
ne qua non existente traditio non valuit. Sed ad
uerte q2 vt dicit Inn. possessio habet plurimum
facti. de conces. preben. cum nostris. ⁊ ideo ex quo
tradita est siue extet conditio siue non semper ve
rum est ꝙ is cui de facto tradita est illam possidet
de facto nisi alter resignet vel inde expellatur. cõ-
tractus enim bene potest esse conditionalis: sed
non traditio que est quid facti: sed põt respõden
do ad contrarium dici qõ iste magister ⁊ fratres
possidebant clandestine: q2 ignorãte epõ ad quez
ꝑtinebat subiectio illi⁹ loci: ideo potuit iuste ex-
pelli iste magister per epm qui possidebat ciuilr.
arg. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de ac-
quirẽ. pos. nec poterant isti humiliati dare illius
superioritatem quam nõ habebant. facit qõ not.
Inno. in. c. olim. ij. j. eo. ⁊ ad maiorem exaggera-
tionem ponderatur hic ꝙ conditionaliter istis
fuit tradita possessio: vnde debebant spõte illam
dimittere epõ cõsentire nolẽte. ¶ Sed circa hoc
quero, q2 hic ponderatur primo ꝙ possessio fuit
tradita isti cõditionaliter. ⁊ de hoc. s. dictum est.
secundo ponderatur in litera ꝙ iste magister scie
bat possessionem spectare ad epm ⁊ ad capitulũ
quero quid si ignorasset. Solu. circa hec sunt due
opi. vt hic refert Inn. quidam eñi dicunt ꝙ pon-
derat scientia istius magistri propter opi. dicen-
tium ꝙ si occupans non posset redargui ꝙ sciue-
rit rẽ alienã esse vel ꝙ temere ipsam occupauerit
vel ꝙ suspicatus fuit se debere repelli: etiã incon
tinenti nõ est occupans repellendus etiã violen-
ter. arg. C. vnde vi. l. j. vbi dicit vim illatã propul-
sare l3. per quod p3 ꝙ si vis illata nõ sit sed preter
violentiã esset possessio occupata: violẽtiam que
nõ esset propulsare non posset: ⁊ sic nõ debuisset
ille magister violenter repelli: secus aũt qñ sciuit
rem ad aliũ spectare: q2 tunc temere occupauit et

a ¶ Possessiones. Adõ vt per Cal. consi. v. de dona. Zacharias.

b ¶ Obligat alios. Adõ ho. tex. in. c. quicũq3. ⁊ ibi Archi. xx. q. j. ⁊ Car. i cle. j. §. ad hec. de sum. tri. vbi dicit esse sec⁹ in baptismo. Ant. Fran.

¶ Adde ꝙ ille q leuat aliquẽ de sacro fonte ꝓmittẽs pro eo h3 illũ obligare vt est gl. multũ no. in. c. q-cũq3. hic allegata. ⁊ vidõ q̃ habent in c. baptismi vicẽ. ⁊ in. c. sanctũ. de cõse. dist. iiij. ⁊ vidõ q̃ habẽtur in. c. ubi tũ. õ baptis. in q-bus locis ẽt ponitur rõ q̃re in baptismo istud fit ⁊ nõ i alijs q2 regulariter nõ põt q̃s aliũ obligare sine mãdato iuxta ea q̃ habẽtur in. l. stipulatio ista. in. §. alteri. ff. de verb. obli. ⁊ insti. de inuti. stipulat. in. §. si quis alij. Sebasti. Sapia.

c ¶ Recuperatione. vidõ Iaso. in. l. vt vim. col. pe. X. nunqd aũt q põt ff. de insti. ⁊ iure.

d ¶ Excõicatiõis. Vidõ Inn. in. c. verũ. ad qõ alle. istũ tex. Io. an. ibi cõtra. vidõ q̃ ibi dixi. And. Barba.

e ¶ Autoritate epĩ. adõ Cal cõsi. xiiij. de regula.

non admittendo dñm dr̃ illũ spoliare:merito potest violenter repelli vt hic. Alij dicũt ⁊ forte melius ẜm Inno.ꝙ quãuis magister ⁊ fratres hanc possessionẽ fuerint adepti,ignorãtes ad epm̃ ptinere:tñ si per epm̃ moniti illam nõ reddunt licitẽ põt illis vis inferri cũ incipiunt esse violenti.arg. xxij.q.j.§.⁊ p totũ.⁊ qd̃.ij.c.j.⁊.ij. Hosti.dicit hoc vltimũ posse tolerari si notoria sit offensa[a].de accu.euidentia.⁊ in.c.j.de offi.dele.lib.vj.In dubio aũt si moniti nõ reddant sed offerunt se paratos stare iuri non putat ꝙ epũs ius sibi dicere potuisset hoc casu. C.vnde vi.l.si quis in tantã.ff.qd̃ me.causa.l.extat.dz enim quisq; qd̃ sibi debetur per iudicẽ reposcere:nec verecũdie nec pietati nec dignitati ꝯuenit quicq̃ non iure facere.ff.de vi pri.ua.l.pe.d.Ant.putat[b] qd̃ si aliquãtulũ diu steterunt in possessione ita ꝙ negligẽtia possit imputari dño ꝙ ex hoc ꝑdidit dñs possessionẽ ciuilẽ: vt.l.si de eo.§.j.ff.de acq.pos.⁊ sic nõ põt propria autoritate repellere.Si nõ põt negligẽtia ĩputari aut ingressus illũ admitti ꝓtestãdo ꝙ non vult acquirere ciuilẽ sed vult tñ retinere naturalem ⁊ tũc põt esse differẽtia an clam fuerit ingressus,et posset repelli.aut palã ⁊ nõ posset:sed si veniẽs statim nõ admittit̃ dr̃ ꝙ repellẽs priuat eũ possessiõe:ideo statim põt illã indistincte recupare nec est necesse ꝙ in hoc habeat stare iuri vel ad ius recurrere:qr̃ suam possessionẽ continuare põt ⁊ eo ꝙ eam continuat ⁊ repellit̃ potest propria autoritate illũ reijcere vel põt suã ciuilẽ defendere ne illã ꝑdat. ⁊ hoc dicit fore de mẽte Bart.in.l.j.ff. de acquir.pos.hec vera qñ non inuenit vacantem possessionẽ:sed si ingrediens inueniret eam vacãtem tũc non lz eum eijcere.⁊ ipse posset vim vi repellere.de quo per Bart.in.l.j.§.interdum.ff.vti possi.Hec dicta mihi placẽt p̃terq̃ in eo quod dicit ꝙ si ingressus protestetur ꝙ non intendit acquirere ciuilem sed vult retinere tantũ naturalez ⁊ palam fuit ingressus ꝙ nõ potest ꝓpria autoritate expelli. Ego enim[c] credo ꝙ indistincte põt repelli ex quo retinebat ciuilem cũ nõ possit continuare ciuilem suam nisi ille desistat a naturali: nec hz iste curare an ille sit in bona fide vel non:cũ nemini iniuriã facit qui vtitur iure suo.de electio. cũ ecclesia vulterana.⁊ qd̃ ibi no.⁊ vide Bar.in.l. j.C.vñ vi.post princ.ponderatur ergo hic scientia magistri ad maiorem exaggerationẽ suã ⁊ vt sine qualibet admonitiõe possit violẽter expelli.Uel põt dici qd̃ ideo põderatur in tex.qd̃ sub cõditione habuerũt possessionẽ ⁊ qd̃ magister erat iustitie epi nõ inscius:quia forte isti humiliati nõ simpliciter tradiderũt sibi possessionẽ sed admiserũt eos sub cõditione si placeret epõ ⁊ capitulo: ⁊ iõ eoipso ꝙ eis displicuit inceperũt non possidere. Nec obst.qd̃.s̃.dixi qd̃ possessio hz plurimũ facti ideo ex nõ existentia cõditionis nõ desinit quis possidere nisi de facto resignet.illud.eñ põt simpliciter ꝓcedere qñ simpl'r sub cõditione dat̃ alicui possessio,qd̃ nõ cõtingit hic: qr̃ isti remãserũt in possessiõe ⁊ magister ⁊ fratres admiserunt sub illa ꝯditiõe q̃ nõ existente nihil reperiunt̃ habere ⁊ sic põt limitari dictũ Inno.p̃cedẽs.⁊ sic fundat̃ iste tex.sup duplici rõne.Prima qr̃ iam non possidebant p rõnes iam dictas.Scd̃a qr̃ incõtinenti vim vi propulsarũt:⁊ sic verba tex. aliqd operantur.⁊ hoc plus plz q̃ qd̃.s̃.dixi.Et p̃dicta procedunt in re ĩmobili vt habẽtes possessionẽ ciuilem possint incõtinẽti recuperare naturalẽ.In re vero mobili lz ꝑdat̃ vtraq; possessio.l.si rem mobilem.ff.de acq.pos.tñ põt antiquus dñs incõtinẽti recuperare etiã inferẽdo violẽtiã.l.si quis in seruitute.ff.de fur.⁊ no.Bar.in.d.l.j.ff.de acqr.pos. idẽ no.dicit hic Inn. in re ĩmobili vt lz qs ꝑdiderit possessionẽ ciuilẽ ⁊ naturalẽ: puta qr̃ veniens nõ fuit admissus quo casu ꝑdit̃ etiã ciuilis: vt.d. §.q ad nũdinas. tñ incontinenti põt exercitũ seu amicos cõgregare ⁊ illã vi recuperare:vt.l.j.C.vñ vi.⁊ qd̃ hic no.⁊ hec faciunt ad materiam gl.seq.

9 ¶ †Supra visum est an ex traditiõe cõditionali facta p inferiorẽ p̃iudicet̃ dño:nunc q̃ro ĝnaliter ad declarationem materie an ⁊ qñ p̃iudiciũ generet̃ dño siue possideat p se siue p aliũ.gl.hic in ver. p̃iudiciũ.intrat hanc materiam ⁊ eam no.qr̃ solet quotidie allegari:sed plenius attingendo materiam maxime ex no.in.l.fi.C.de acq.pos.colligẽdo dicta doc.distinguendũ est:ꝙ aut qs possidet per se aut p aliũ.Primo casu si aliqs ingredit̃ possessionem eo absente:tũc ille acquirit naturalez que ꝯsistit in facto:sed antiquus possessor retinet ciuilẽ.⁊ dr̃ ciuilis:qr̃ retinetur autoritate iuris ciuilis nã naturaliter nõ posset possidere sine facto suo ⁊ hãc naturalem perdit p ingressum alterius quam etiã ꝑderet absentãdo se a cõspectu rei p.x.milliaria.de quo vide p gl.ij.in.l.j.ff.de acq.pos.⁊ ꝯsiderat̃ tãta distantia qñ intra eam põt res ꝯspici naturaliter per ipsum possessorẽ:⁊ sic in veritate interuenit actus naturalis.simile qd̃ dicimus de tradente possessionem ex sola ostensione ⁊ traditione vocabuli absq; alio facto corporali, vt.l. quod meo.§.si venditorem.ff.de acq.pos.⁊ qd̃ no.glo.in c.ij.de cõsue.⁊ hec naturalis acquisitio p talem ingressum parit interdictũ vnde vi contra tertiuz si ab eo iste possessor expellat̃ vt no.hic Joan.an. ⁊ Bar.in.d.l.j.ff.de acqui.pos.licet non contra possidentem ciuiliter:vt hic ⁊ in.l.j.C.vnde vi.⁊.l. iij. §.eum igit̃.ff.de vi ⁊ vi arma.qr̃ iste dicitur potiꝰ vim propulsare ⁊ se defendere ratione sue ciuilis quam vim inferre,vt.s̃.dixi.predicta sunt vera ꝙ antiquus possessor absens nõ perdit suã ciuilem regulariter.fallit in tribus casibus . Primo si scit aliũ possessionem ingressum ⁊ negligit:vt.l.si de eo.§.sunt quidam.ff.de acquir.poss.⁊ vide qd̃ dixi in.c.cum venissent.s̃.e.⁊ quod no.in.c. querelam. de cle.per Inno.Secundus casus quando suspicatur se posse repelli ⁊ ideo nõ audet ire ad possessionem vt hic in glos.Tertius casus quando iuit ⁊ non fuit per possessorem admissus sed violenter sibi resistit:tũc eñ vbi primo ille possidebat naturaliter ⁊ clã nunc incipit possidere etiam ciuiliter sed cum violentia.vt.l.clam possidere.§.qui ad nũdinas.prealleg.potest tamen dominus incontinẽti possessionem recuperare etiam violentiam inferendo vt hic.⁊.l. iij. §.eum. ff. de vi ⁊ vi armata.

10 ¶ †Dubiũ tamen[d] est quando dicit̃ facere incõtinenti.[e] gl.in.c.significasti.ij.de ho.dicit ꝙ debet hoc facere q̃ citiꝰ poterit ⁊ scineris collectis amicis.ff.de acqui.pos.l.qd̃ meo.§.fi.⁊.l.clam possidere.§.qui ad nundinas.eo.titu.⁊ hic.Jo.an.⁊ Hosti.dicunt ibi hoc verum vt licitum sit insistere cũ amicis ad recuperationem rei inuase si hoc fit anteq̃ ad alia diuertatur:al's esset guerra ⁊ vindicta que propria autoritate mouenda non est.vt.C. de iude.l.nullus.xxiij.q.j.⁊.ij.per totum. Bar.in.l.j. C.vnde vi . videtur sentire quod hoc debeat fieri intra tres dies.sed melius loquitur in dicta.l.iij. §.eum igitur.vbi dicit hoc relinquenduz arbitrio boni viri:considerata qualitate deiectionis ⁊ persone deijciẽtis ⁊ rei inuase . Quid enim si nobilis est expulsus a castro suo qd̃ est in comitatu : ⁊ sic oportet ꝙ veniat ad ciuilitatẽ ⁊ requirat amicos ⁊ faciat se multum fortẽ:certe hoc posset fieri forsasse intra sex menses propter potentiam deijciẽtis:⁊ ideo dicamus incõtinẽti fieri q̃ primum poterit non diuertendo ad aliena negotia.argu.in.l. ij.§.confestim.ff.ad tertul.⁊.l.continuus.de verb. obliga.⁊ hoc videtur fuisse de mente glo.⁊ Joan. and.in.c.significasti.⁊ hoc placet.facit quod no. in c.qr̃ propter.de elec.in gl.in ver.mox.⁊ per Bart. in.l.j.ff.de verbo.obliga.⁊.c.de causis.de offic.delega.⁊ in.l.j.ff.de iure deliberan.⁊ hoc quo ad primum membrum quod dominus possidet per se.

11 ¶ †Si vero possidet per aliũ puta per colonum, seruũ,mancipiũ seu pensionarium:⁊ tunc considera principaliter quatuor casus:aut iste per quem possidemus expellitur aut alij tradit sponte possessionez,aut deserit possessionẽ:aut perdit id est dolose recedit ⁊ alter ingredit̃ possessionem. Primo casu quando expellitur tũc ẜm omnes dominus perdit naturalem quam possidebat per aliuz ⁊ ciuilem quam possidebat per seipsum;vt in.c.ex

parte

a ¶ Sit offensa.tu pondera quia hic cõmemorãt duo. primum est ꝙ nõ erat inscius iustitie epi.secundum erat ꝙ epõ ignorante.ergo sequitur quod si extat vnuz ex istis sufficit vt occupans expellatur. Andre.Barba.

b ¶ Putat.tu põdera istum text. inquantum dicit presertim.ergo si ex internallo poterit recuperare. ⁊ sic non bene dicit do.Anto.Secũdo pondera qr̃ requirit̃ spatium x.annorũ. vt voluit glos.in.l.j.C. de ser.fugi.⁊ in.l. cum querebatur. C.vñ vi.vide Ludo.ro.i.l.si de eo. §.si force.ff.õ vsu. vbi late loquitur. Andr.Barba.

Sebasti. Sapia.

c ¶ Ego eñ.Hec reddunt̃ dubia p ea q̃ scribit alex. in.l.quẽadmodũ. col.j.ff.de acquir. pos.⁊ Aret.in.d. l.clam possidere. §.q ad nũdinas. eod titu.

Sebasti. Sapia.

d ¶ Dubiũ tamẽ. Incõtinenti quo modo capiat̃ vide Feliñ.in.c.veniẽs.col.vj. versi. sexta ꝯclusio.j.de testi.vbi traditur qñ qs dicatur aliquid incontinẽti probasse.

Zacharias.

e ¶ Quando dicitur facere incõtinẽti.Adde tu diuersos modos q bus capitur hec dictio incontinẽti p Spe.in ti.de ap.§.vj.post principi.⁊ Bal.in.l.ij.C. de edic.di.adriã. toll.vbi dicit qd̃ aliquando ponitur per quinq; dies aliquãdo per decem nõnunq̃ per triduum.quãdoq; vero per duos aut sex mẽses:iõ post multa concludit esse in arbitrio iudicis quando dicatur aliqd esse factum incõtinẽti de quo oĩno vide p Alexã.

in.l.iij.§.cũ igitur ff.de vi ⁊ vi arma. Anto.Francis.

¶ Ad hoc qñ qd dicat̃ factũ incontinenti,vide ang. in.l.si ventri.in.§. fi.ff. de priui.cre. ⁊ rom.in.l.j.§.j.ff. de ver.ob. vbi dicunt ꝙ quãdo pactũ de retrouẽdẽdo dicat̃ eẽ factũ incõtinẽti est ĩ iudicis arbitrio.⁊ vi de Bald.in.l.petẽs.in añpeñ.col. C.de pa.⁊ in.l. penulti.in.§.mulier. ad fi.ff. sol. matr. ⁊ in.l.f.in fi . C. de ope. lib. vbi dicit ꝙ ꝯctus dicit̃ factus ĩcõtinẽti qñ est factꝰ eodem loco,eodem tempore ⁊ eisdem testibꝰ presentibus.⁊ vide gl.⁊ doc.in.c.p̃terea.de testi,.cogẽ.vbi dicit̃ ꝙ incontinenti testis posset corriger̃ dictũ suũ antequaz loquat̃ cũ ꝑtibꝰ: ⁊ vide do. Ab. in c.fi.in pe.co.de cõfes.⁊ gl.in.c.apud misericordẽ. xxxij.qd̃.j.vbi dr̃ confessio dicit̃ incõtinẽti reuocata qñ reuocat̃ anteq̃ redigat̃ in scriptis ⁊ vide etiã Bart.in l.qd̃ ait.i.§.ait. ff. de adul.⁊ Sali.in l. gracchus.C. de adult. vbi dicunt qũo intelligunt̃ incõtinẽti qñ statutũ ꝑmittit vel lex aliquẽ impune offendi incõtinẽti. ⁊ vide p Alex . in consi.xxiiij.in prima ꝑte cõsiliorũ.

parte.§.de rescrip.& no.in.l.fi.C.de acquiren.pos.& hic in glo.Secundo casu cum alij tradit possessionem sponte.gloss.hic tenet q idem vt sic isti duo casus parificentur.Idem no.glo.& Barto.in dicta.l.si quidem contra.vt ibi no.q hoc vltimo casu dominus non perdit possessionem suam ciuilem.quod tenet gl.in.c.quisquis.xij.q.ij.sed prima opi.est cõmunior quã etiam sequitur hic Ang.de perusi.& pro hac opin.videtur tex.in.d.l.j.§.quod si seruus.ff.de acqui.pos.succurritur tamen sibi per condictionem illius.l.si.cum nõ possit agere interdicto.qr nulla violẽtia interuenit.puto tamẽ qd dominus incontinenti possit illam recuperare.si iscui fuerat tradita possessio sciebat eam ad alium pertinere qr tũc largo modo videtur eum spoliare si dominum veniẽtem nõ admittit iuncto hoc vltimo cum temeraria receptione.arg.opti.hic.Tertio casu cũ colonus deserit possessionem:aut animo nõ perdendi possessionẽ & dñus retinet per eũ naturalem nec interrumpitur vsucapio.ff.de acqui.pos.l.si colonus.& sic in dubio presumendũ est quod dolus & iactatio presumi non debet.vt.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probatio.& de renun.c.ij.lib.vi.& c.super hoc.eo.titu.aut recedit animo deserendi possessionem:& dñs perdit naturalem:& idem si colonus decessit: retinet tamen ciuilem quam tamen perdit si negligit recuperare naturalem.hec probantur in.l.si de eo.§.j.ff.de acquir.pos.& ibi per Bar.qñ dicitur negligere naturalem dixi in.c.cũ venissent.§.eo. Quarto casu qñ perdit.i.malitiose recedit vt alius intret possessionem:tunc dominus perdit naturalem & non ciuilem:vt no.in.d.l.si.nisi negligat naturalem.vt.§.dixi.hec sufficiant pro intellectu terminorũ.posset eñ materia ampliari per ea que habẽtur in.l.colonus.& l.cum fundũ.ff.de vi & vi ar.

2 ¶ † Ad vnũ tamen aduerte qd.§.dixi qd si possidens naturaliter expellitur vt alij tradat possessionem dñs perdit etiam ciuilem hoc intelligit verũ Odof.in dicta.l.si.quando possidens naturaliter possidet nomine alieno:qr tunc ciuilis fundatur super illa naturali:ideo expulso colono perditur in ea ciuilis vt super illa fundata:secꝰ est in possidẽte sibi naturaliter vt in vsufructuario:& sic tũc lз enim ille expellatur vel alij tradat possessionem non per hoc perdo meã ciuilem:quia non est super illa fundata:qd est notandum.

3 ¶ † Gl.in ver.cum statim vim vi repellere lз.querit quãdo dicitur statim vim vi repellere.Respõdetur q̃ citius poterit:quod no.qr sentit qd.§.conclusi.

4 ¶ † Glos.pen. colligit ex tex.q petẽti restitutionẽ nõ sufficit probare deiectionẽ nisi probet etiã possessionẽ.Quid aũt si inveritate possidebat sз possessionẽ probare nõ potest.Jo.an.pro cõsilio remittit ad Spe.de pe.& pos.§.j.in fi.vbi Spe.dat cõsilium vt vadat ad possessionẽ testibus vocatis si admittitur bene quidẽ:si nõ admittitur statim probatur deiectio.dicit.d.Ant.quod istud est consilium bonũ in probante possessionẽ & nõ valẽte probare deiectionẽ.quasi dicat q per hunc actũ nõ probatur possessio:& bene dicit.sed tu aduerte quoniã si Spe.recte cõsideretur dico q habuit alium intellectum:sentit enim q dз probari q illo anno fuit in possessione:per illum accessum ad possessionẽ presumitur cõtinuatio possessionis:& q medio tpe nõ habuit animum deserendi possessionẽ cũ per extrema presumãtur mediaª.arg.in.l.pe.C.de apo.publi.lib.x.& l.si seruus pluriũ.ff.de leg.j.& qd no.glo.in.c.accedens.de conuer.coniu.& tu hoc forte noluit Spec.imitari opi.suam de qua in tit.de proba.§.j.prope fi.ver.sed queritur.vbi dicit q ad probãdũ possessionẽ requiritur q saltem probentur extrema q olim possedit & tũc possidet:qd etiã videtur velle glo.in.c.volumus.xvj.q.iiij.sed certe ego arbitror qd hoc dictũ suum nõ sit necessarium nec cõsiliũ supra positum:quia satis probatur possessio de presenti probando q aliquãdo possedit & allegãdo possessionẽ de presenti qr possessio semel posita presumitur cõtinuata si possessor in fauorẽ suum eam allegat de presenti vt no.in.l.fine possidetis.C.de proba.& in.c.cũ venissent.§.eo.& per doc.etiã ad effectũ agẽdi interdicto vnde vi vt singulariter probatur in.c.olim.iij.§.eo.vbi dico.& no.per Bar.in.l.celsus.ff.de vsuca.& per consequens consilium suum nõ est necessariũ vt experiatur an admittatur:nec est vtile qr posset occidi per aduersariũ.ad hoc allego glo.no.in.l.si nulla.ff.de acquir.pos.vñ satis est probare q olim possidebat & allegare possessionem quãdo ille clandestine intrauit:& subijcere q non audet ire ad possessionem qr suspicatur se posse repelli:ex his competit vtile interdictum vnde vi:lз aliud nõ probetur:vt ex tex.no.iuncta gl.in.d.l.si nulla.bene facit.l.clã possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos.& tex.iuncta gl.in.c.item cum quis.§.e.vbi fm vnũ intellectum ex solo clandestino introitu cũ suspicione qd non admiteretur agitur interdicto vnde vi.sed intelligo vt dixi de vtili interdicto nõ de directo.vt dicit glo.in dicta.l.si nulla.& hec no.

5 ¶ † Nũc quero:tex.hic dicit episcopũ & canones teneri si excesserant modum:quãdo dicuntur excessisse modum.Glos.fi.in prin.dicit si expulerunt sine moderamine inculpate tutele:sed certe hec respõsio est obscurior questio:sed glo.voluit vti his verbis:qr eam ponit tex.in l.j.C.vnde vi.sed horum verborũ sensus est qd volẽs defendere suam ciuilem seu recuperare suam possessionem incontinẽti debet seruare moderamẽᵇ & tutelam seu defensionem inculpatam:quia non debet reperiri in culpa.Quando autem seruatur hoc moderamen inculpate tutele:dic breuiter vt colligitur ex gloss.in capi.significasti.ij.de homi.et Bartol.in dicta.l.prima.C.vnde vi.quando id fit:quo omisso iniuria repelli non poterat:nõ enim alicui imputatur quod facit si aliter non poterat defendere & iniuriam repellere:vt probatur in.l.sciendum.§.qui cum aliter.ff.ad.l.aquil. habebit ergo bonꝰ iudex arbitrari an steterit in meris finibus defensionis seu recuperãde possessionis an excesserit modum.de hoc enim non potest dari certa regula:sed opз considerare qualitatem personarum & actuum,& verisimilem timorem imminentem:& p hoc relinquitur superflua cõsideratio gl.in.l.prealle.que dicit tria attendenda in hoc moderamine inculpate tutele scз modꝰ tẽpus & cã.modꝰ attẽdit circa qualitates armorũ.non enim debet cum armis resistere si sine armis inuaditur:vel si venit aggressor cum paruo baculo non debeo resistere cum armis periculosis.sed certe de hoc nõ potest dari certa doctrina:vt no.in dicta.l.j.Quid enim si aggressor est robustus & fortissimꝰ homo qui plus potest cum pugno vel baculo paruo q̃ aggressus cum ense:ideo dic vt dixi qd hoc relinquẽdũ est arbitrio iudicis. Secũdum moderamẽ est in tẽporis cursu.s.vt fiat incõtinẽtiᶜ nõ ex interuallo.In hoc etiã nõ põt dari certa doctrina vt.§.dixi super gl.in verbo,preiudicium.sed pro informãdo iudicis arbitrio est aduertendũ q aut vis infertur persone aut rebus. Primo casu anteq̃ quis percutiatur põt incõtinẽti illũ percutere ad effectũ euadẽdi percussionem seu iniuriam:tunc dicitur potius repellere iniuriã q̃ inferre.& sic intelligo glo.in.l.si ex plagijs.§.tabernarius.ff.ad.l.aquili.& ibi no.Bar.sed si iniuria iam est facta psone nõ est licitũ percutere etiã incontinenti:qr non esset defensio sed vindicta:que non est permissa singulis sed iudici:vt.l.non est singulis.ff.de regu.iur.& in.d.§.tabernarius.& ibi no.Bar.in.l.scientiam.§.qui cum aliter.preal leg.& hoc per Inno.scriptum est enim. Non vos vẽdicãtes:nisi forte vt ipse dicit timeretur geminata percussio:& idem Bart.in.l.j.Aduerte tamen aduⁿum notabile dictum Jac.de are.quem sequitur hic do.Ant.q licet nõ debeat insequi percussus suum percussorẽ ex quo nõ vult amplius percutere:vt.§.tabernarius.tamẽ si de facto insequitur percutientem & eum vulnerat,non debet puniri vt dolosus:sed vt culpabilisᵈ qr inconsultus calorᵉ vitio calumnie caret:vt in.l.j.ff.ad turpil.& ij.qd.iij.§.notandum.Ego allego text.not.in.l.si adulterium.§.imperatores.ff.de adulte. vbi minus punitur qui iusto dolore motꝰ prorupit in delictũ.& pro primo dicto vide gl.no.& planã.xxiij.q.j.c.j.in versi.propulsanda.qd not.Si vero vis infertur rebus debet repelli incontinenti.i.q̃ primum poterit licet iniuria sit facta,qr illa non est vindicta:sed potius quedam defensio:& quãdo dicitur incontinenti hoc casu dic vt.§.dixi super gl. preall.in ver.preiudicium Tertium moderamen fm illam glo.est circa causam vt fiat ad defensionem non ad vindictã sed hoc consideratur ex circunstantijs que.§.dixi.

16 ¶ † Sed circa predicta dubitatur vtrum possum aggressorem meum percutere:an debeam expectare primum ictum. Gl.hic qd non.ne forte postea non sit locus defensioni:vt in prealleg.§.tabernarius.& ff.si qua.pau.fe.di.l.j.§.cum arietes.sufficit enim fm eum terror armorum.ff.de vi & vi arma.l.idem.§.j.& idem no.glos.in.l.j.C.vnde vi.Bart.dicit hoc verum si verisimilia precedunt indicia & actus manifesti qd ille intendebat offendere & ille aliter se defendere non poterat:sunt enim quidam vt dicit Cyn.qui non minantur quin percutiant:tunc enim ne per cuterent nõ est expectandũ si aliter se defendere non potest:quidã vero sunt ita timidi qui lз multa verba effundant & minantur tamẽ nõ veniunt ad actum,& tunc secus:bonus ergo vir hoc arbitrabitur.

probationis fiende producit instrumētum etiā cū agitur ɔtra heredem ʒ nō pducitur respectu deliberatiōis: Ad hoc em̄ vt obtineat cōdēnationē oportet ꝙ fundet intētionē suam. Ego putarem ꝙ etiā in primo casu cū simpliciter fit mētio de instr̄o ꝛ libello debet fieri editio ante.lit.cōte. si est tale instrumētū[a] de quo reus verisimiliter nō est informatus: vt q2 dixit ꝙ fuit ɔctū cū defuncto cuius reus fuit heres. argu.oppo.in.d.l.si legatū. ꝛ sic credo Inno.intellexisse. Sed aduerte q2 hec dicta procedunt in instrumētis quib⁹ actor est vsurus: sed questio nostra vt bene sit pportionabilis materie.c.procedit vbi petit̄ generaliter instrumētū edi. quare dico ꝙ si petuntur propria instrumenta. vel cōmunia possunt peti qn̄cūqȝ etiā an̄ iudiciū seu citationē fiēdā vt sic actor posset deliberare an debeat litē mouere.arg.d.l.si q̄ sunt.ff. fami.her. Si vero petunt̄ aliena: tūc reus vel actor poterit petere tempore cōdecēti: nam actor eo casu quo petere pōt audit̄: vt puto etiā an̄ iudiciū, exemptū in fisco. nā poterit narrare ꝙ intendit mouere litē cōtra talē ratione iuris sup quo ipse habet instrumētū vnde vt possit bn̄ venire instructus petit illū cōpelli ad edēdū.ar.in.l.fi.C. de edē. ꝛ hoc intelligēdo ꝙ hic iste fuisset admissus si fuisset p̄uilegiat⁹ vt fisc⁹. In reo vero ad fundandā suā intētionē credo ꝙ poterit petere post receptum libellum. In actore v̄o nō priuilegiato petit quo ad coadiuuādam intētionē suā poterit petere postꝙ̄ fundauit intētionem suā. Si ad replicādū tunc postꝙ̄ reus excepit: q2 alias recte non posset rn̄dere exceptioni ipsius rei oīa enim debēt suis tēporibus cōuenire.ar.ī.l. nimis propere.C.de excep.rei.iudi. ꝛ.xxiij.q.iiij.c.si ecclesia. ¶ †[27] Ultimo vt plene habeat̄ huius.c.materia quero de vna questiōe quam gloss. nostri in multis locis attingūt ꝛ min⁹ perfecte examināt: q2 supra visum est de tribus pricipaliter. Primo an ꝛ qn̄ debet fieri editio instrumentorū. Scd̄o quo iure petant̄. Tertio quo tēpore debeāt exhiberi: nunc congruēter[b] restat videre de q̄rto: videlicet qn̄o debeant edi: an integraliter vel solum illa pars de qua ē q̄stio: ꝛ an totū cū die et consule de hac questione est gl. satis plena ꝛ bona in.l.j.§.editiones.ff. de eden. ꝛ per Bar. post eā. Et clare prosequēdo distingue sic. ꝙ aut peto editionē a psona publica ratione mei interesse q2 me mādāte cōfecit vel successit ei q mādauit: ꝛ tūc integraliter debet edi. ad hoc.l. quedam.in fi. ꝛ.l.si quis ex argentarijs.ff.de eden. Et hoc dico ꝙ acta iudicialia debēt vtriqȝ parti integraliter exhiberi cum principaliter cuiuslibet intersit: tum: q2 sunt cōmunia: tū q2 integraliter sunt exhibēda coram iudice appellationis.l.is apud quē.C.de eden. qd̄ tenet gl. ꝛ Bar. in.d.§.editiones. ꝛ optime facit.c.qm̄ cōtra.de proba. ¶ †[28] Aut peto ab alio ꝛ tūc si peto instrumēta communia debent integraliter exhiberi. argu.in.l.si que.cū.l.prece.ff.fami.herc. ꝛ tenet glo.in.d.§.editiones Bar. ibi limitat. qn̄ sunt cōmunia respectu proprietatis: vt puta quia sunt de hereditate cōi. Si autem essent cōia respectu vtilitatis tm̄, seu cōtenti: vt puta instr̄m emptionis ꝛ vēditiōis facte inter te ꝛ me cum pecunia mea redimi illō a notario tūc em̄ nō dicit̄ cōe vt teneat̄ edere cū die ꝛ ɔsule. alleg. Inno. hoc tamē Inno. nō tangit hic specifice: sed tm̄ dicit ꝙ iste qui sua pecunia redemit nō tenetur edēre tanꝙ̄ cōe: qd̄ dictū satis placet. Dic ergo de tali instrumēto sicut de alieno: vt statiȝ subijciā, qn̄qȝ peto instr̄a mea ppria: ꝛ tunc in dubio debent integraliter edi: q2 possum illa vēdicare seu agere ad exhibēdū. ꝛ nō tm̄ vt detur copia. vt no.in.l.dissolute.C.de cōdi.ex le. ꝛ.l.fin.C.ad exhibē. ꝛ.S.dixi. qn̄qȝ peto instrumentū alienū: ꝛ tūc cōsiderāda est cā petēdi. aut em̄ peto vt q2 illud volo redarguere de falso: aut vt deliberem. an faciat pro producente: aut ad intētionē meam fundandam: aut coadiuuandam aut exceptionem vl̄ replicationē probādam. ¶ †[29] Primo casu cū volo illud redarguere de falso debet edi integraliter cū die ꝛ cōsule.l. optimam.C.de ɔhen. ꝛ cōmitten. stipu. qd̄ pcedit s̄m gl. prealleg. qn̄ volo redarguere de falso circa diē ꝛ cōsulem: secus si circa contenta in instrumento tūc em̄ superflue edent̄ dies ꝛ cōsul. nam ex editiōe diei ꝛ consulis posset administrari materia fabricādi falsum aliud instr̄m simulādo illud fuisse prius editū: vt dicit tex.in.d.§.editiōes. ꝛ ideo dicit ibi gl. ꝙ petēs edictionē debet interrogari solēniter circa quā partē vult instrumētū redarguere de falso. ꝛ dicit Spec.in.§.videndū.ver. facienda est.in titu.de instru.edi. ꝙ iudex poterit exigere iuramētum a parte ꝙ credit instrumētum posse redarguere de falso circa diē ꝛ cōsulē: ꝛ etiā innuit ꝙ debet subscribere se ad penā talionis anteꝙ̄ fiat sibi editio. facit.l.fi.C.de fi.instr. approbat Bar.in.d.§.editiones. ¶ †[30] Scd̄o casu principali qn̄ petitur editio vt deliberet an faciat p pducēte debet fieri sine die ꝛ ɔsule:[c] vt ī.d.§.editiones. ꝛ fieri tātū in illo cap̄lo suo qd̄ est questio. ʒ debeat corā iudice integraliter legi ne forte in fine corrigat vt limitet p̄cedētia: vt pbat̄ in.c.cū psone.de priuile.lib.vj. ꝛ in.c. cōtingit.de fi.instr. putat tamē Bar.in.d.§.editiones. ꝙ si non potest deliberare nisi edat̄ dies ꝛ cōsul: puta vnus creditor agit ɔ alium hypothecaria vnde vult informari de anterioritate obligatiōis: ꝛ sic opȝ ꝙ sciat diem instrumenti ꝙ debet tunc edi cum die ꝛ cōsule: sed ne det̄ sibi materia fabricandi aliud p̄lato die: tunc dicat prius diem obligationis sue ꝛ postea petat copiā ab aduersario qd̄ satis plȝ arg.in.d.l.j. §.rōnes.ff.de edē. Idem dic in oībus sequētib⁹ casib⁹ vt vbi est fiēda editio alicui⁹ instr̄i: qd̄ qn̄ fit supra dixi fiat sine die ꝛ cōsule.d.§.editiones. nisi talis esset materia instr̄i qd̄ nihil pdesset h̄re copiā sine die p suprascripta. In effectu oīa p̄dicta sic breuiter cōcludo qd̄ editio alieni instr̄i vbi fienda est solū necessario fit respectu partis de qua est cōtrouersia: vt.d.c.cū psone. ꝛ.c.cōtingit. ꝛ fit sine die et consule nisi circa diē ꝛ consulē velit aduersarius illud redarguere de falso: vel nisi instr̄i copia nihil sibi pdesset sine die cōfecti instr̄i ꝛ cōsule. ¶ †[31] Ad duo tn̄ aduerte. primo qd̄ vbi petit̄ editio alieni instr̄i nō est necesse originale tradere nisi ad plegendū corā iudice: sed sufficit dare copiā partis necessarie: vt.d.c.cū psone. ꝛ.d.c.cōtingit. ¶ †[32] Idē vide si qs illo vtit̄ vt sufficit ostēdere iudici ad videndum ꝛ plegendū ne sit falsum vel in fine se corrigat. ʒ postea sufficit relinquere copiā in iudicio: et est hoc cautū ne pdant̄ originalia ad hoc illud c.cū psone. qd̄ no. Cy.in.l.sancimus.C.de diuer.rescri. ꝛ Inn.in.c.cū in iure.de offi.dele.in fi. ¶ †[33] Secūdo etiā scias qd̄ hodie nō appont̄ in instr̄o nomē cōsulis[d] ʒ apponebat̄ olim cū Roma regeret̄ per cōsules: sed sufficit hodie apponere nomē pape ꝛ imperatoris: vt dicit glo.no.in.c. quoties.j.q.vij. ꝛ no. illā glos. inquātū dicit de noīe pape. nam in aut. vt prepo. nomē imperato. solū dicit̄ de imperatore: sed de hoc dic vt not. in pe. huius cōpi. sed sicut olim fiebat editio nois consulis: ita ꝛ hodie fiet editio istorū principū q succedūt loco illorū cōsulū: ꝛ hec no. bn̄ tu canonista: maxime q2 habes hāc materiā plene ꝛ clare discussaȝ. ¶ †[34] Qualiter aūt debeat fieri editio statuti[e] an debet produci totū volumen an solū vnū capitulū vel pars capituli sup quo est questio. dic vt not. Bart. sup rubri.de no oper.nū. ꝛ oīno per eum in.l.oēs populi.in vlt.colū.ff.de iust.et iur. vbi in effectu vult qd̄ si allegat statutū alterius ciuitatis seu loci: et tunc etiā si sit publicū debet produci saltem illud statutū: nō aūt totū volumē. aut allegat̄ statutū illius loci: ꝛ tunc si est publice notū: q2 incorporatum in volumine statutorū ꝛ nō est necesse pducere: q2 ius loci est notū: aut nō est in volumine: puta est reformatio facta ad ius que pbabiliter pōt ignorari ꝛ debet produci: q2 satis placet. ꝛ facit ad hāc dist. qd̄ ipse no.in.l.cū prolatis.ff.de re iudica. ꝛ.c.sepe.de appel.in princ. iuncto.c. pastoralis. cum ibi no. de fide instru.

[a] ☙ Sebasti. Sapia. ¶ Tale instr̄m. Notandum tamē qd̄ vbi fit editio ante litē contestatā opus est qd̄ adhuc pducat̄ illud instr̄m editū post li.cōtestatā si sup eo actor vult sumere pbationes. ita tȝ ɔ ede.de se.in cōsi.clx.inci.casus talis. Alex.in.l.sepe.col.xxv.ver.idē circa sextum.ff. de re iudi. ꝛ in cōsi.xxxvij.incip.viso.col.pe.in.ij.vol. prima enim editio fit ad deliberādū: secunda fit ad pbandum.

[b] ¶ De hoc vide Imo.ī.d.cle.j.in x.col.de vsur. ☙ Sebasti. Sapia.

[c] ¶ Et ɔsule. vide Bal.in.l.fi.C.de p̄cibus impa. offeren. ꝛ in.l.ij.§.fin.ff.quemad.testa.aperi. ꝛ Ange.in cōsil.cxiiij.incipi. sup facto p̄dicto.

[d] ¶ Nomē ɔsulis. Adde late Ang. ɔsi.clxxviij. Ber.

[e] ¶ De hoc p do. Ant.ī.c.cōtingit. de fid.īstru. vbi late p eū ꝛ p Bar. ꝛ Bald.in.d.l.incivile.de le. vbi elegāter dicit Bal. qd̄ ista qd̄ de pductione statuti nō hȝ locum nisi qn̄ allegat̄ statutum alteri⁹ ciuitatis: q2 nō ē necesse pducere statutum vbi litigat̄ q2 qlibet tenet̄ scire. et vide Jo.de lig.in repe.c.cū dilect⁹. in vlti.col.de consue. vbi eleganter examiat hūc passuȝ. ꝛ adde h̄ qd̄ no. Bar.in.l.prescriptiōe. circa v̄s. no. scd̄o qd̄ lȝ cir. C.si ɔ ius vel vti. pub. ꝛ an statuta vel reformatiōes ciuitatis ī qua litigāt sint edēda ī iudicio. vide Ja. butri.ī.l.ij.C.que sit lō. cōsuetu. ad quē in hac qōne se remittit Ang. in.l.cum platis.ī fi.ff.de re iudic. et adde hic qd̄ not. docto.in.c.j.circa p̄n.de v̄bo.signi.lib.vi. ꝛ vide Domi.in.c.j.in.j.col. in ver. itē no.arg. x.dist. ꝛ in.c.si romanoꝝ.circa p̄n. ij.co.xix.distincti.

[f] ¶ Pro ītellectu huius decre. vide oīno quantū scribit Ro.in repe.l. admonēdi.in vl.col.ver.nē an valeat ɔsuetudo de iuriuran. Itē vide quod [illegible] per istum tex. tum dicit ꝛ al. hic nē

1 ☞ Reus potest licite recusare iuramētum sibi delatum: actore non probante.
2 Consuetudo introducens superflua remedia tāꝙ̄ irrationabilis non valet.
3 Consuetudo exigens sine causa iuramentum seu aliquid vltra plenam probationem non valet: sed cum causa sic.
4 Consuetudo facit validam probationem alias inualidam.
5 Consuetudo valet principe etiam ignorante.
6 Consuetudo rationabilis derogat legi nō habēti clausulam derogatoriam.
7 Casus in quibus vni creditur.
8 Consuetudo damnata per legem ex noua causa vel ex veteri non detecta potest induci iterum.
9 Statutum quod valeat testamentum cum duobus testibus valet.
10 Cōsuetudo pactum vel lex restringens facultatem probādi ad certam speciem probationis nō valet. ꝛ talis consuetudo non excludit in totum[f] aliam probationem.ii.

Sicut cōsuetudo.[f]

Actor qui plene probauit nō debet cōpelli iurare. vel ad idem sic. Non valet cōsuetudo vltra pbationē plenā exigens iuramētum. ego ad intellectū summo sic. Non valet consuetudo exigēs sine causa rōnabili vltra plenam probationē iuramētū seu aliqd aliud. primo narrat cōsuetudinē quā scd̄o improbat ibi: nos cum

limita istū text.vt per Domi.in.c.j. versi.no. cōsuetudinē.de iura. cal.

tunc demum. ¶ Casus lr̄alis. Consuetudo est in quādā terra qḋ si aliqs intētionē suā fundauerit testibus vel instrumētis: nihilominus deferebat̄ ei sacramētum qḋ si p̄stare nollet fides ꝓbationibus suis nō habebat̄. Dicit papa qḋ ad hmōi iuramentū recurrēdum est tūc demū cum alie legitime ꝓbationes de esse noscunt̄. vnde talē ꝯsuetudinem reprobat. Ber. ¶ No. p̄mo qḋ quis dr̄ fundare intētionem suam cum probat id qḋ intēdit. ¶ No. ij. qḋ iuramētum qn̄qʒ appellat̄ sacramentum: nō tn̄ intelligas qḋ sit de septē sacramētis ecclesie de quibus per glo. in. c. veniēs. de trāsactio. sed dicit̄ sacramentum large quasi sacre rei signū. ¶ No. nō valere cōsuetudinē irrationabilē presertim ꝯ ius diuinū etiā inq̄ꝑtū concernit preiudiciū hominis. ¶ † Ultimo no. vnā licitā causam recusandi iuramentum iudiciale. s. qn̄ pars plene probauit. idem est si actor[a] nil probauit ⁊ iuramentū defert̄ reo: pōt em̄ licite illud recusare. vt no. in. c. fi. de iureiurā. q2 sicut actore plene ꝓbante debet reus cōdēnari: ita eo ꝓrsus deficiēte dʒ reus absolui. d. c. fi. ⁊ l. qui accusare. C. de edē. sed actore semiplene[b] probāte seu p̄sumptionem habēte locus est delationi iuramēti. vt in. c. fi. prealle. ⁊ sic intellige ⁊ distingue hūc tex. pōt etiā colligi qḋ ad papam ꝑtinet tollere cōsuetudinē irrationabilē laicorū maxime qn̄ deuiat a iure diuino ⁊ est peccati nutritiua. ad hoc. c. ex parte. de ꝯsuetu. ¶ Nūc intrādo intellectū. c. opp. nā cōsuetudo derogat legi ⁊ canoni. l. de quibus. ff. de legi. ⁊. c. fi. de cōsue. ergo ista cōsuetudo debebat valere hic. Solu. gl. fi. qḋ cōtrariū ꝓcedit vbi consuetudo est rōnabilis: sed hic obuiabat rōni. Ex gloss. possunt colligi tres irrōnabilitates consuetudinis hui⁹. ca. primo q2 erat ꝯ ordinē iudicioꝝ ⁊ nō declarat in quo forte in hoc q2 actore ꝓbāte reus absqʒ alio debet condēnari: q2 in ore duorum ⁊c. ⁊ testes ⁊ instr̄a ꝑtō vim obtinēt. c. cū ioannes. de fi. instru. sed cōsuetudo hic habebat oppositū. ¶ Scḋo videbatur hec consuetudo introducta per errorē: forte em̄ putabant iuramētum indistincte deferēdū. ⁊ hoc errore ducti introduxerūt cōsuetudinē ideo extirpandam. l. qḋ vero. ff. de leg. no. plene in. c. fi. de cōsue. ¶ Tertio q2 ex quo semel erat iuratū de calum. nō erat amplius iurādū. C. de iura. calū. aut. hoc sacramētū. Hec vltima rō nō valet q2 ista sunt diuersa iuramenta. nā primū est de calūnia ⁊ secundum erat de veritate dicenda: ⁊ hec iuramēta bn̄ possunt in eadem cā cōcurrere. vt est text. in. c. j. de iura. calū. lib. vj. Item hec cōcurrūt quotidie vbi nō est plene ꝓbatum. Joā. an. reddit tres bonas rōnes reprobādi. Prima q2 erat ꝯ naturalem rationē que nō admittit superflua. deus em̄ ⁊ natura nihil faciunt frustra: ⁊ superfluis remedijs nō est vtendū. l. hec stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. ca. ⁊ in hoc no. istū text. † Qḋ cōsuetudo introducens superflua remedia cā subsistēte legitima non valet tanq̄ꝑ irrōnabilis: qḋ enim rōne caret extirpandū est. vt dicit tex. in ca. cor ep̄i. lxviij. distin. et fortior est ratio q̄ꝑ cōsuetudo. viij. distin. veritate. Scḋa rō q2 erat ꝯ ius scriptū: vt patet ex precedētib⁹. Tertia rō q2 erat ꝯ ius diuinū s̄m qḋ nō iurat̄ nisi ex cā. sic cōsuetudo cōuersa reprobat̄. s. vt facta plena ꝓbatione reus debeat absolui si iurauit. j. eo. ad nostrā. ⁊ per istam decre. videt̄ ꝓbari s̄m Joā. an. nō valere cōsuetudinē necessario ad probationē requirentē tres testes. si em̄ non valet cōsuetudo que est ad plenā ꝓbationē duoꝝ testiū addit necessario iuramēti: pariter ergo nō vʒ que addit necessario tertiū teste. Aduerte q2 s̄m hoc extēdimus terminos huius. c. ad aliā speciē ꝓbationis: vt nō valeat cōsuetudo exigēs supfluā ꝓbationē. Hic examinabo tria. primo nunquid valeat cōsuetudo exigēs supfluā ꝓbationē. secundo nūquid valeret detrahēs legitime ꝓbationi. tertio qd si restringit facultatē ꝓbādi postulans certā speciē: puta instrumētorū dūtaxat vel testium. ¶ † Ad primū Jo. an. sentit. vt. s. dixi cōsuetudinem non valere: p hoc iste tex. inducēdo. vt supra. sed ipsemet. Jo. an. apertissime sentit oppositū in addi. Spe. in ti. de instru. edi. §. cōpēdiose. ver. sed nūquid. mouet. † Quia sicut cōsuetudo inualidā probationem facit validā vt ꝓbat̄ i. c. cū dilectus. de fi. instr. sic ecōtra validā inualidā facere pōt ad hoc. c. cū olim. de cle. cōiug. cū ibi no. oppositorū em̄ eadē est rō. de iureiur. intellecto. d. Ant. dicit se putare qḋ si cōsuetudo cā nō subsistēte addit ꝓbationē iuramētalē plene ꝓbationi vel aliā ꝓbationē probatiōi nō valet: vt hic: sed cā subsistente vʒ. si est dubium de existētia legitime cause subdistinguit qḋ aut ex eo qḋ nō admittit̄ legitima ꝓbatio ꝑ testes vel instr̄a cōtingit aliū ditari cū iactura alterius: ⁊ nō vʒ cōsuetudo saltē de canonica eqtate. Si aūt ex hoc nō cōtingit aliū ditari cū iactura alterius vʒ cōsuetudo: ⁊ nihil ad hoc mēbrū allegat ⁊ certe puto vltimū esse falsum:[c] q2 ex quo cōsuetudo ista est ꝯ ius presumit̄ prima frōte irrōnabilis vn̄ opʒ qḋ stās ꝑ ea ꝓbet rōnabilitatē: al's succūbit. vt in. c. iij. de eo qui mit. in poss. cā rei ser: ⁊ no. in. c. fi. de cōsue. Ad hoc em̄ vt cōsuetudo p̄iudicet iuri dʒ esse rōnabilis in. c. fi. de cōsue. ⁊ sic opʒ qḋ ꝓbet̄ illa qualitas rōnabilitatis. ⁊ dubia ꝓbatio nō releuat ꝓbātē in. c. in p̄ntia. de proba. Has. de cal. ⁊ do. Car. post cū dicūt qḋ cōsuetudo nō pōt indifferēter exigere iuramētū vel aliqd aliud vltra plenam ꝓbationem: q2 ⁊ lex hoc facere nō posset cū esset ex toto tollere ius diuinū: nō aūt interpretari ꝯ no. in. c. fi. de ꝯsue. sʒ in aliqbus causis hoc posset ītroducere ꝯsuetudo sicut ⁊ lex vt videmus in testamētis. de testa. cū esses. C. de testa. l. si vnus. ij. q. iiij. c. presul. no. gl. in. c. lʒ. de testi. vn̄ dicūt qḋ hic nō valuit q2 indifferenter in oī cā exigebat iuramentū vltra plenā ꝓbationē. ⁊ hāc opi. fui sepe secutus. sʒ tūc cogitaui diutius ⁊ visa fuit mihi hec theorica falsa. Primo q2 hec cōsuetudo nō erat vniuersalis ꝑ totū orbē: sed localis vn̄ nō esset tollere ius diuinū inducēdo consuetudinē vel statutū in certo loco vt ꝓbatio duorū testiū nō sit sufficiēs sed qḋ prestaret̄ iuramentū vel aliqd aliud vltra: puta tertius testis. remanet em̄ ius diuinū in se validū ⁊ obseruandum vbi cāviolādi vel interpretādi non subest. Quid em̄ si certo loco hoīes sint ita deprauati vt facillime corrumpant̄ duo testes dicemus ne qḋ nō valeret cōsuetudo vel statutū exigēs firmiorē ꝓbationē: certe nemo sane mētis diceret: cū ⁊ ipse de⁹ hoc faceret casu adueniēte: sicut em̄ in testamētis illud fuit immutatū: q2 sepe falsitas fuit detecta in nūero duorū testiū. eodē mō dicēdū in oībus causis alicuius loci vbi falsitas in tali ꝓbatiōe indifferēter ꝑpetraret̄: q2 eadē rō q̄ est de ꝑte quo ad partē dʒ esse de toto quo ad totū. ff. de rei vē. l. que de tota. c. pastoralis. §. sʒ cū totū. ff. de offi. dele. ⁊ qḋ forti⁹ est idē putarē de vniuerso orbe si ad hanc fraudē cōmittendā hoīes sic essent deprauati cū illa regula iuris diuini: In ore duorū vel triū ⁊c. nō sit p̄ceptū morale: ita vt ex trāsgressiōe incurrat̄ mortale peccatū sʒ iudiciale fundatū sup certa rōne q̄ deficiēte: q2 veritas nō reperit̄ nūc i duob⁹ satis mutari pōt iuris dispō. ad h̄ tex. op. in ar. i. l. si hoīem. ff. mā. ⁊ qḋ no. Jnn. i. c. qḋ sup his. de voto. ⁊. l. ex facto. ff. de vul. ⁊ pu. sʒ vbi cā rōnabilis h̄ statuēdi vel cōsuetudinē inducēdi nō subsistere satis puto nō valere ꝯsuetudinē seu statutū: nec i toto nec in ꝑte. ⁊ h̄ casu ītelligo istū tex. hic em̄ nō apparet de rōnabilitate ꝯsuetudīs: vt aliq̄ allegabat̄ merito ex rōnib⁹ p̄dictis post gl. veniebat reprobāda. facit qḋ no. Jnn. i. c. plerisqʒ. i fi. de imu. ecc. ⁊. c. q̄ in ecclīarū. de ꝯsti. ꝑ legistas i. l. fi. C. si ꝯ ius vel vtil. pub. ⁊. iiij. di. erit aūt lex. Et ex p̄dictis ifert̄ ad id qḋ dixi i tertio summario[d] q̄ꝑ nō vʒ ꝯsuetudo vel statutū exigens sine cā iur̄m seu aliqd aliud vltra plenā ꝓbationē. sec⁹ aūt cā legitima vel rōnabili subsistēte. ¶ Uenio nūc ad s̄m an valeat statutū vel ꝯsuetudo detrahens lr̄ie ꝓbationi: vt puta vt stet̄ dicto vni⁹ testis vl' istr̄o alicui⁹ p̄uati vl qd simile. Jo. an. i addi. Spe. i loco p̄al. sentit qḋ sic vt satis colligit̄ ex dictis suis. s̄. recitatis ⁊ vr̄ ꝓbari in. c. dilect⁹. de fi. istr. Disputat etiā in loco p̄alle. Jo. an. an ꝯsuetudo[e] possit facere vt valeat testm̄ cum

❧ Sebasti. Sapia.

a ¶ Si actor. vide Spec. q idē tʒ in tit. de iura. delat. §. i. late Abb. i. c. fi. col. ij. ver. circa p̄dicta q̄ritur. j. de iureiur.

b ¶ Semiplene. Adde qn̄ dicat̄ semiplene ꝓbatum vt possit deferri iuramētū. Alex. consi. xxij. lib. j.

❧ Sebasti. Sapia.

c ¶ Esse falsum. Cōtrariuʒ sentit Aret. in ꝯsi. xxiij. inci. in p̄nti cōsultatiōe. circa fi. vbi dicit q̄ꝑ ꝯsuetudo q̄ est ꝯ ius positiuū in dubio p̄sumit̄ rōnabilis. et h̄ ꝓcedit sine dubio i cōsuetudine tāti tp̄is cuius initij memoria non existit. vt per Hemi. ⁊ Car. Alex. in. c. frustra. viij. dist. et ꝑ Abbi. in cōsi. vij. in. ij. vol.

d ¶ Uide. d. Ant. in. c. dilecti. i. iiij. col. v. itē nota qḋ statutū de iud. et de statuto addente solēnitatē iuri cōi vide Ange. in cōsil. lxxxvj. et qḋ ipse Ange. no. in consi. cxxvij.

❧ Sebasti. Sapia.

e ¶ Consuetudo. Uide Bal. in ꝯs. cclij. inci. in puncto iuris cōis. in iiij. volu. Ang. in cōsil. cxxvj. incip. testamēti factio. ¶ Adde qḋ hoc dictū Joā. an. refert etiā. d. Ant. i. c. fi. de ꝯsue. i repe. in. xvj. col. ⁊ de hoc vide late per Bart. in. l. cūctos ppl'os. i. viij. col. C. de sum. tri. et ꝑ Bal. in. l. fi. C. de testa. ⁊ ꝑ Bald. ⁊ Angel. in. l. iij. ff. de test. ⁊ vide bal. in. l. si nō sp̄āli. in ij. col. v. itē not. in hac. l. C. de testa. vbi dicit qḋ vʒ cōsuetudo vt fiat testamētū sine solēnitate iuris vn̄ dicit qḋ vʒ cōsuetudo q̄ est venetijs vt fiat testm̄ corā solo sacerdote: et adde hic Bal. d. l. fi. C. d testa. ver. qd si statutum dicit qḋ in testa. ⁊c. vbi dicit qḋ si statutū dicat qḋ possit fieri testm̄ cū duob⁹ testib⁹: idē erit in donatione cā mortis. Itē h̄ adde bal. in. l. nō p̄nt. C. de leg. vbi dicit qḋ statutuʒ disponens qḋ valeat testm̄ cū duobus testib⁹: intelligit̄ etiam nō rogatis. ⁊ idē dicit Pau. de castr. in aut. qḋ sine. C. de test. alleg. Bal. in d. l. non p̄nt. secus dicit Pau. de ca. si statutū diceret qḋ valeret testm̄ cū q̄tuor vel qnqʒ testib⁹ q2 tūc debēt esse rogati. et est rō q2 prio casu statutum reducit ad ius gentium quo nō reqrit̄ qḋ testes sint rogati alio v̊o casu non sed dicit qḋ tm̄ ꝯ dictū Bald. facit tex. cū gl. i. l. diu⁹. de mi. text. vbi lex p̄uilegiat milites vt possit testari cū duobus testibus tantūmō ⁊ tamē debēt esse rogati. Adde tu q̄ꝑ dicta Joā. an. quo ad primū fuerūt originaliter Oldra. cōsil. cv. vbi tʒ qḋ quo ad obtinendū bn̄ficiū legitimitatis s̄m ius ꝯ ꝯsuetudinē loci i quo dʒ decidi qḋ dr̄ illegitimus vel nō bene legitimatus. et an valeat ꝯsuetudo venetorū: qḋ quis possit testari coraʒ duobus testibus silr fuerūt verba Oldra. cōsil. ccxlviij. ⁊ vide Bal. cōsil.

cclxiij.ij.li.⁊ an testes debeāt esse rogati.vide Ro.cōsi. cccvj. vbi inter alia allegando Lapiū tenet quod in testamento ad pias causas debēt esse rogati.⁊ quo ad primo dicta vide Matth.no.suis.fo.iij. a

¶ Anto.Fran. ¶ An valeat consuetudo venetorū qd testamētū factū corā duobus testibus valeat ⁊ an tales testes debent esse rogati.primo dico qd consuetudo populi dr esse ius ciuile.vt per a Bal.late.in.l.certum.in.iiij.co.C. vñ cogna.⁊ p nouissimos in repe. l.de qbꝰ.in.xlvij. 5 col.ff.d legi.et qñ 9suetudo est tanti tēporis qd nō sit memoria in cōtrariuz illa habet vim puilegij principis.l.ij.§.ductꝰ aque.ff.de aqua quoti.et esti.⁊ est gl.in.c.super quibusdam.in.§.preterea.in versi.memoria.de verbo.sig.et habet in.c.hoc quippe.iij.q.vj.⁊ i.c.cōquestꝰ.viij.qō.iij.et in.c.mos antiquus.lxv.di.⁊ no.Bal.in.c.j.in.ij.colū.q̄ sint regalia in vsibus feudoꝝ.⁊ in l.si solēnibus.C. de fide instr.et in l.iij.in.ij.col.in fi. C.de nau.feno.s3 clarū est qd si pnceps vellet tollere vel mouere solennitates testium ⁊ alias que sunt introducte de iure positiuo et reducere nos ad ius diuinū qd illud facere posset q2 est supra ius positiuū vt vulgaribus iuribus ergo per 6 talem cōsuetudinem tam diu obseruatam inducit priuilegiū cōtra ius diuinū.prout etiā voluit Inn. in.c.j.in gl.j.in fi. de aposta.hec eñ consuetudo tam diu obseruata et priuilegiatiua reducit nos ad ius diuinum seu ius gentiū vt in ore duorū vel triū stet omne verbū:vt in c.cum esses.de testa.⁊ in.c.in omni negotio.de testibꝰ. ⁊ hec cōsuetudo seruari dz etiam in castris ⁊ villis ipsi ciuitati subiectis vt per Bar.in l.ex ea.in fi.princi.ff.de postu.vbi se remittit ad plene no.per eum in.l. cunctos populos.C.de sum.tri.etiam hic alleg.licet enim sit veruz qd consuetudo iuri communi contraria non sit seruanda vt per Bar.in.l. b omnes.C.de decur.lib.x.⁊ plene no.in.l.ij.C.que sit longa cōsuetudo. tamen illud est verum ⁊ procedit nisi talis consuetudo sit rationabilis legitima ⁊ prescripta prout videtur esse ista ꝑm glo.in.c.cum causa.de re iudi.⁊ plene per Alex.post alios in.l.de quibus.preallega.⁊ in specie de ista consuetudine testandi coram duobus testibus habetur per cūdem Alex.post Bal.⁊ doct.in.l.si non speciali. et in.l.fi.circa medium. et ibi per Pau.de ca.C.de testamen.⁊ habetur per Bar.in.l.si arroga c tor.in fi.de adop.⁊ in.l.prima.in.vij.q.C.de summa trinita.⁊ ibi etiam per nouissimos late vbi concluditur talem cōsuetudinem valere.quod tene menti.

cū duobus testibus.⁊ in hac q̄stione cōcludit qd non q2 lex expresse in hoc derogat consuetudinia ꝑm eū per.l.fi.C.de testa.nisi consuetudo sit inducta de cōsensu principis.⁊ sic etiam videt hic trāsire do.Ant.im memor vt arbitror eorū que tāgit Bar.in.l.cūctos populos.C.de sum.tri.in ver.iij. 7 q̄ro. ¶ †Ubi Bar.recitata hac snīa Jaco.de are. determinat contrariū cōcludēs qd statutū ⁊ consuetudo valeāt etiam principe ignorante.mouet primo per hoc simile.ad hoc vt testm̄ factū prosit requiritur publicatio.C.de test.l.publicati. et ff.quēadmo.test.ape.l.sed si quis ex signatoribꝰ. et ibi no.Sed illa solēnitas publicādi potest per statutū ⁊ cōsuetudinē minui et immutari. vt.l.ij. C.quēad.testa.ape.ergo ⁊c.Mouet scdo hac rōne: q2 pōt inter liberos cum duobus testibꝰ disponere:vt.l.hac cōsultissima.§.ex imperfecto.C. de testa. ⁊.l.fi.C.fa.hercisc. ita debet patria posse disponere in subditos cū eius potestas equiparetur potestati partis.l.veluti.ff.de iust.⁊ iur.Tertio mouet q2 non reperitur prohibitū tale statutū facere: ergo vr permissum.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iur.ad.l.fi.C.de testamen.rñdet qd ibi con b suetudo preterita limitat non autē futura prohibetur:⁊ ita ibi videt Cy.sentire scdm eū.⁊ in.l.dudum.de contrahen.empt.vult dicere qd imperator ibi non phibet hanc consuetudinem induci: sed limitat consuetudinē inductam per prius vt procedat in terris vbi peritiorū copia non adest. Nō ob. aliud motiuū sup quo se fundabat Jac. de are.qd talis consuetudo est temeraria:q2 imo ꝑm Bar.est vtilis ⁊ bona et fauorabilis inducta tam fauore testātis sicut iura statuunt in militātibus q̄ etiam ratione eoruz quibus relinquitur sicut iura faciūt inter liberos etiam rōne testium 9 ne a suis negotijs auocarentur.d.l.sed si quis ex signatoribus.quēmad.test.aper.Quid dicēdum certe.l.fi. multū prima fronte facit p opi.Jac.de are.⁊ Jo.an.qd ibi reprobat cōsuetudo ista. et si non aperte saltē optime facit in ar:cū cōsuetudinem ibi inductā approbat nō tñ per oīa.nam respectu testiuz limitat:vt saltē interueniāt quinqz testes si non reperiunt in locis cōiter viri literati vt in illis.pro hoc tex.ibi in ver.ita tñ.iuncta gl. ergo damnat ibi consuetudinem que est contēta minori numero. ¶ †Concludo totā materiā sic. qd aut cōsuetudo aut statutū detrahit legi respectu pbationis legitime non habenti clausulam derogatoriā ad cōsuetudinē:aut illa lex cui derogatur h3 clausulā talem derogatoriam. Primo casu aut nō subest causa rōnabilis ⁊ non valet.de cōsue.c.ij.⁊.l.ij.C.q̄ sit longa cōsue.iiij.di.erit aūt lex nisi forte in leuibus.ar.in.l.j.ff. de vē.inspi.in fi.⁊ sentit Jac.de are.⁊ Jo.an.in loco prealle. qd no.Aut subest euidens necessitas vel vtilitas:et 9 tūc valet. nā psumēdum est qd etiā princeps hoc c statuisset ppter necessitatē vel vtilitatē subiectorum.ar.in.l.ex facto.ff.de vulg.⁊ pup. facit optime preal.c.cū dilectus.Nec hoc est 9 ius diuinū: in ore duorū vel triū ⁊c.quia illa regula procedit nisi ex causa aliud inducat.sicut enim ex cā requiri possunt plures ⁊ ita etiā numerus illoꝝ minui. 7 ¶ †An hoc qd no.glo.in.c.super.de testi.vbi notātur aliqui casus in quibꝰ statur dicto vnius.et per Inno.sup rub.de cōsec.eccl.vel alta.⁊ per gl. in.c.l3 vniuersis.de testi.et.xxx.casus ponit Spe. e.ti.§.restat.ver.hoc tñ fallit.vide gl.⁊ Jo.an.in c.oīs vtriusqz.de peni.⁊ remis.et allego aliū text. sing.in materia ꝑm intellectū Inno.quē ponit in d.c.nuper.vcz.xj.q.j.quicūqz. vbi imperator statuit vt in causis vertētibus in ciuili ptorio crederetur testimonio solius epi adeo vt alia pars nō audiatur in cōtrarium. habes ergo illū tex. sing. in numero testiū ⁊ respectu instroꝛuz habes aliū tex.sing.in.d.c.cū dilectus. Ad predicta vide tex. expressum ꝑm lec.Host.in.c.j.de app.vbi de consuetudine credit testibus deponētibꝰ de credulitate ⁊ fama loci:ideo ibi copulatiue tex. mandat inquiri veritatē per testes idoneos ⁊ famā loci.⁊ vide qd ibi dicam. ¶ Scdo mēbro principali qñ b lexᵇ habet clausulā derogatoriā ad cōsuetudinē. Jac.sentit aperte.⁊ Jo.an.post eū in addi.preal le.qd cōsuetudo nō potest induci 9 talem legem: idē sentit Bar.in.l.de quibꝰ.ff.de legi.⁊ in.l. oēs populi.prealle.⁊ pro hac opi.adduco hāc rōnem lex semp loquitur.C.de herc.l.arriam.ergo semper lex reprobat cōsuetudinem:⁊ per 9ns de nouo induci non potest.hoc idē sentit Pau. et Jo. de lig.in clemē. si vna.de reb.ecc.non alie. sed ego allego ibi tex.cōiūcta gl.fi.in ver.cōsuetudine. de elec.cle.statutū.vbi aperte probatur quod cōsuetudo semel damnata per legem potest iterū indu 9 ci. ¶ †Sed reducendo ad concordiam predictas opi.dicerem qd ex causa noua verisimiliter nō cogitata per legē damnantē cōsuetudinē vel ex antiqua tūc non detecta que tūc si fuisset verisimiliter princeps nō damnasset cōsuetudinem potest cōsuetudo semel dānata induci de nouo ar.opti. in.l.si hominē.ff.man.⁊ qd ibi no.Bar.vbi ex tali causa noua pcurator generalis inhibet speciali ne pcedat ad iniunctū sibi mandatū. ad idē qd not.Bald.in.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iure. facit optime.nō d3.de cōsan.⁊ affi.nō eñ d3 reprehēsibile reputari si ꝑm veritatē tēporū statuta mutentur humana. Itē mens seu ratio legis est ipsa lex nō aūt vba.C.de legi.nō dubiū.et in regula fi. de reg.iur.li.vj.⁊ ibi per Dy.sed inspecta rōne legis non est verū dicere qd ista 9stitutio dānet p legē antiquā:q2 nō est illa sed alia ex quo non inducit noua rōne tunc non cōsiderata:si vero induceret ex antiqua rōne seu noua tūc verisimiliter cogitata nō pōt de nouo induci:⁊ hoc casu pcedat 9tria 9 opi.⁊ hoc quo ad scdm. ¶ †Nūc infero q̄ ad aliā c specialē q̄ōnē an valeatᶜ cōsuetudo vel statutum

a ¶ Cōsuetudini.Et idem dicit Bar.no.in repeti.l. de quibus.in.ij.colum.vbicūqz consuetudo inducitur contra autoritatem superioris qd est in.l.expresse derogās cōsuetudini non potest induci cōsuetudo sine cōsensu principis.⁊ ita proprie est in casu hic posito de testamēto ⁊ qd in consuetudine requiratur expressus principis consensus qñ lex derogat consuetudini tenet Do.xj.dist. in summa. circa finem allegando Jo.andr.in.d.§. cōpendiose.versi. sed nunqd.de instru.edi. adde qd si.l.ciuilis.l.statutum disponat al. quem actum non posse probari nisi p quatuor testes vel quinqz si iuramētum fuerit interpositum super illo actu poterit iuramētū ipsum super tali actu interpositum maxime coram iudice ecclesiastico per duos testes probari siue iuramētum fuerit implicite siue explicite pstitū i illo actu. et an ipsius iuramentū p duos testes probari poterit corā iudice ecclesiastico saltē pdicta oīa valō singu.decidit Imo. in repeti.c.cū contingat. in.xxviij. char.de iureiu.in j.col.illiꝰ charte.

¶ Adde an consensus principis requiratur in cōsuetudine Alex. cōsi.j.vj.li.⁊ cōsil. cccxvij.iiij.lib. Anto.Fran.

¶ Tu dicas qd in inducēda consuetudine requirit maior vel expressus cōsensus superioris vel populi nō recognoscētis superiorez. vt p Inno.in.c.j. in.j.col.i fi.de consuetu. et p Bald. in.l.de quibus.ff. de legi.et p Bar. in.l.omēs populi.in.ij.col.ff.de iusti.⁊ iure. ⁊ per Floria.in.l.venditor.in.§.si cōstat.ff. commu.predi.⁊ habetur per Joan.andr.in.c.fi. de censi.lib.vj. et vide do.Abb.in.c.fi.in versi.quarto requiritur.post glos.ibi de consuetu. et in.c.cum officij.iiij.colum.de prescript.in quibus locis plene traditur de materia.

b ✠Sebasti.Sapia. ¶ Qñ lex.Quod cōsuetudo non valeat contra legem derogātem consuetudini tenet Bar.in.l.de quibus.in.ix.⁊.x.oppo.vbi do.Jas.ff.de legi.cum multis allegatis per Alex.in.l.si mihi et tibi.§.fi.ff.de leg.j.⁊ in.l.si nō speciali.C.de testa.Alex.in consi.cxcv.inci.viso testamēto.in.iij.vol.⁊ in disputatione sua incipi.sigismundus. col.viij.sed limita quinqz modis vt eleganter tradit preceptor meus. d.Rochus curtius.in fi.col.lxxxvj.§.de consuetu.

c ✠Sebasti.Sapia. ¶ An valeant.vide Oldra.in consil.cclxviij.incip. presupposita consuetudine.in.ij.q.Jo.de imo.in.l.iij.ff.de testa.Alex. in.l.si nō speciali.C.de testa.Ang.in consi.cexxxiij.incip.in cā predicta. col.⁊ in consi.allegato paulo supra vbi etiā allegat Bal.consulentes.

disponens vt valeat testm̄ corā duobus testibus si em̄ tenemus. l. fi. C. de testa. nō habere tacite vel expresse clausulā derogatoriā ad contrariā cōsuetudinē: vt voluit Bar. tūc indubie valebit ꝑ predicta. Aut tenemus cōtrarium vt sentit Jo. and. post Jac. de arc. qḋ videt̄ prima frōte verius per ea q̄ supra dixi ⁊ tūc dicēdū qḋ ex noua causa tūc nō existēte poterit induci. pone in illustri ciuitate Venetiarū vbi subest hoc statutū forte inductū qḋ nō est memoria qḋ falsitas aliqn̄ fuerit cōmissa circa testamēta in numero testium et qḋ graue erat semper habere septem testes cum homines intēdant suis mercimonijs ⁊ forte ex defectu testium multa testamenta deficiebant. nā certe ipse princeps ex his causis reuocasset statutum suum cum non subsit causa recedendi ab illa regula iuris diuini. In ore duorū vel triū ⁊c. ⁊ quia ex obseruātia legis annullatur sine causa voluntas legitima defuncti cōtra. l. j. C. de sacrosan. eccl. facit ad predicta. d. c. non dz. de cōsan. ⁊ affi. ⁊ hec bene no. quia nō legi alibi ita discusse. ¶ 10 †Uenio nūc ad tertium: nūquid valet cōsuetudo[a] restringēs facultatē probandi ad certam speciem ⁊ ꝓbationis. de hac questione vide Spec. in tit. de ꝓba. §. fi. versicu. sed pone qḋ in instrumento. vbi tractat quid in pacto nunquid valeat ⁊ tacite in statuto ponit varias opin. et tandē videtur residere cum Uberto de bo. 11 †Ut pactum lex ⁊ consuetudo valeant ex causa: ita tamen ꝙ vbi requiretur probatio instrumenti non ex toto excludatur probatio testiū sed sit arbitrariū ex qualitate testium ꝓductorum vtrū admitteretur: qḋ placet hic. do. Anto. maxime de equitate canonica ne cōtingat cōtra iustitiā alterū cum aliena iactura ditari. mihi satis hoc placet causa subsistente vt predixi cū videam qḋ in multis casibus iura requirāt scripturam. de quib⁹ per gl. in c. j. de censi. li. vj. In illis tamē casibus nō requiritur scriptura ad substantiam ꝓbationis: sed ad essentiam et validitatem actus. vñ scias qḋ vbi ad validitatē actus requiritur scriptura si illa interuenit in actu et postea fuit perdita potest probari tenor per duos testes vt est tex. no. in l. testium. C. de testi. ⁊ ibi per Cy. et in c. sicut. j. de re iudi. iuncto c. fi. de re iudi. lib. vj. sed magis ad propositū nostrū facit prealleg. l. testium. vbi in certo casu exigit ꝓbationem per instrumentū: sed loco instrumenti deficientis requiritur probatio per quinq₃ testes idoneos: est tex. valde singu. iudicio meo per quem dico in q. nostra qḋ tale statutū vel consuetudo seu[b] pactū valet sed in defectum instrumenti debent produci quinq₃ testes: vt in d. c. sicut. et limito illud dictum Specu. nam duo indistincte videntur sufficere propter rationem statuti. ⁊ hec bene not. Et ꝑm predicta limito glo. in auť. vt sine prohibitione ma. in ver. senatuscon. que videtur velle simpliciter tale pactum non valere. Additio.

1 ☞ Excessus modicus in probationibus actoris non facit quin reus non debeat absolui.
2 Canonicus hꝫ simplicē vsumfructū prebendarū.
3 Prebendarius concurrens cum procuratore ecclesie est proferendus.
4 Canonicus cui assignatur fundus vt inde viuat ex consuetudine vel statuto est legitimus administrator alias non.
5 Canonicus cui assignatur fundus vt inde viuat contra alium canonicum potest agere.
6 Prebendarius habet legitimam administrationem sicut alius rector ecclesie.
7 Prebendarius non potest obligare prebendam vltra tempus vite sue.
8 Relictum canonico non acquiritur ecclesie.
9 Actor et reus iurant de calumnia in iudicio finium regundorum.
10 Actor ⁊ reus tenetur probare de iure suo in iudicio finium regundorum.
11 Judex ⁊ notarius pōt q̄s esse in causis modicis.
12 Unus fungitur vice duorū vel plurium nisi impediatur impotentia facti vel iuris vel propter suspicionem affectionis.
13 Exterminationes quibus penis subijciantur.
14 Pena quando applicetur fisco: ⁊ quando parti.

a ✣ Sebasti. Sapia. ¶ Consuetudo. Uide de hac questione. Alexan. in consi. xxxvj. incip. viso processu. in prin. in v. volu. ⁊ in consil. l. incipi. in causa ⁊ lite. col. j. eo. volu. And. sicu. in consi. xix. in j. volu.

b ¶ Cōsuetudo seu. Adde ꝙ vbi ex statuto nō admittit̄ ꝓbatio ꝯ instrumētū tā admittet̄ ꝓbatio ꝑ quinq₃ testes: hoc fuit no. dictū Cy. in l. optima. C. de ꝯhē. ⁊ cōmit. stip. quem refert ⁊ se[quitur] Abb. in c. cū ioānes. circa me. de fide instru. ꝓ quo ipse alleg. tex. in l. testiū. C. de testi. sed circa qōnem hic tactā per do. Ant. vide glo. in ver. aūt. in c. cum medicinalis. de sentē. excō. li. vj. et vide Bal. in l. quoties. §. fi. ff. de proba. et qḋ qū contra instrm̄ non pōt admitti probatio nisi per aliud instrm̄. tū ꝯ p̄sumptionē que resultat ex instrō admittetur ꝓbatio per testes. ita dicit gl. in l. iuris gentiū. §. qḋ fere. in v. approbet. ff. de pactis. ⁊ Bar. i. l. i. ff. d apo. pu. lib. xi. ⁊ in l. sciendum. in iij. col. ff. de verbo. oblig. ⁊ Bart. in l. gnalr. in ij. col. C. de nō nu. pe. sed ꝯ istud dictum fuit: quia idē deberemus iudicare de eo qḋ p̄sumptiue surgit ex instrō: qḋ iudicamus de eo qḋ expresse continet in instrō nam dicit no. Bart. in l. ad probationē. C. de proba. qḋ si statutū dicit qḋ instrm̄ guarentigiatū habet executionē paratā non solū qḋ expresse cōtinetur in instrumento habebit executionē paratā: sed etiam illud qḋ tacite ex presumptione sumpta ex instrumēto. ⁊ ita dicit se cōsuluisse. ⁊ dicit qḋ fuit primū consilium qḋ tradidit vnq̄ ad requisitionem iudicis de hoc dubitantis. ⁊ idē dicit do. Ant. in c. cū olim. in vult no. de censi. sed contrarium dicit do. Anto. in proe. Grego. in xij. col. ꝓ ista etiā parte facit qḋ accessorium naturā principalis sequit̄: vt regu. accessoriū. li. vj. cum simi. Item no. multos casus in quibus reprobari pōt testm̄ per testes qū de iure cōi vel statuto vel alio modo instrumentū non admittit̄ pro bono nisi per aliud instrumentū. vide elegātissime per do. Anto. in d. c. cū ioannes. in x. col. versi. ad primū. de fide instru. vbi ponit singularia verba que omnia vide. Et adde hic qḋ si dicit statutum qḋ a certa quantitate vltra non possit probari debitū per testes: tū si producitur instrumentū ⁊ testes simul se inuicem coadiuuāt bene admittuntur testes. ⁊ ita dicūt Jac. bu. ⁊ Bal. in l. certi cōdictio. §. qm̄. ff. si cer. pet. ⁊ sequitur Pau. de cast. in d. §. qm̄. circa prin. vbi vide Bar. ⁊ ponit exemplum si quis vellet probare promissionem per publicū instrumentum de conseruādo indēnem ⁊ per testes vellet probare quantitatē damni qḋ licet quantitas damni excederet quātitatem taxatam a statuto: nihilominus admittitur propter conuictionem instrumēti. ⁊ pro isto dicto bene facit singu. dictum do. Anto. in d. c. series. de testi. ⁊ an possit quis renuntiare facultati probandi per testes ita qḋ non possit probare nisi per instrumentum. dic qḋ non: sed do. Ant. in c. si diligēti. in vj. col. in ver. per hoc dicunt. de foro compe. qui ad hoc alleg. glos. in auť. vt ma. debi. §. quia vero. coll. vij. ⁊ idem cōcludunt Bal. ⁊ Ang. in l. pactum inter heredē. ff. de pac. Et adde hic qḋ no. d. Anto. post Inno. et Host. in c. significauit. in vlti. col. j. de testi. vbi dicunt qḋ quādo examinantur testes ad perpetuam rei memoriam sufficit quod adhibeantur testes per quos postea ꝓbabitur examinatio: et sequitur ibi dominus Abb. ⁊ tamen tex. illius c. significauit. vult qḋ de dictis testium examinatorum ad perpetuam rei memoriā conficiatur publicum instrumentum. Et adde hic duos casus in quibus cōtra instrumentum non admittitur probatio per testes quos enumerat Jo. and. in sua summula de testi. in ver. quid si testes sint diuersi. in fi.

¶ Adde hic Ang. in l. i. §. pueritiā. ff. de postu. vbi dicit qḋ si ex forma statuti contra instrumentū non potest admitti probatio nisi per aliud instrumentū allegans se habere ꝓbatiōes paratas per testes non potest peter̄ se remitti ad curiam episcopi rōne denegatiōis iustitie ꝑ iudicē laicum: q₂ nō denegat iustitiā ex quo statutū ita disponit.

¶ Adde hic singulare dictū bal. in l. iij. ff. de vsur. in apostil. ⁊ etiā vide Bar. in d. §. quoniā. vbi dicit qḋ si ex statuto solutio nō pōt probari nisi per scripturā sufficiat ꝓbare solutionem legitima ꝓbatione iuris: ⁊ sine alia scriptura: q₂ presumptio iuris est genus ꝓbationis: ⁊ ē iuris scripti. Itē adde hic qḋ illud non pōt ꝓbari nisi ꝑ scripturā. pōt tū certificari ⁊ coadiuuari ꝑ testes: ita dicit do. Ant. in c. auditis. de rest. in integrū. in iij. col. ver. not. vi. dicēs de hoc esse ibi casum q alibi nō reperit̄. Item adde hic qḋ not. do. Ant. in c. sicut. post gl. in vlt. col. de re iudi. Itē adde qḋ si ex forma statuti cōtra instrm̄ cōfessionatū non debet admitti ꝓbatio per testes: tū si produceuntur testes parte presente et tacente valet probatio. secus si pars cōtra staret. ita determinat Bal. in l. certi cōdictio. §. qm̄. in fi. ff. si cer. pe. Item adde qḋ qū cōtra instrumētum non admittitur probatio nisi per scripturam illud intelligitur qū quis vult probare cōtra tenorem instrumēti: sed si vellet probare cōtra solēnitatem instrumenti admitteretur ꝓbatio per testes ꝑm Bart. in l. iuris gētium. §. qḋ fere. in fi. post gl. ff. de pac. Itē quid si statutū dicit qḋ debitum a. c. libris supra non possit probari nisi per instrm̄ ⁊ debitum principale erat de. xc. et vsura ⁊ interesse est de. l. verbi gratia: an debeat fieri cumulatio tanq̄ vnius debiti excedētis summā centū: ⁊ per cōsequens non possit probari nisi per instrumētum. videtur dicendū quod sic per tex. optimum in l. si plures. in fi. ff. de pac. sed in cōtrarium facit tex. in l. eos. in princ. de vsuris. ⁊ hoc expresse ⁊ in terminis tenuit Barto. in d. §. quoniam. post Jac. but. ibi. Nō ob. tex. in l. si plures. in fi. quia dico qḋ loquit̄ in materia fauorabili in qua bene fit coaceruatio sortis vsurarū seu interesse. ⁊ facit. l. fi. C. qui bo. ce. pos. Nos autē loquimur in statuto odioso in quo ꝓbationis facultas angustatur cōtra. l. qm̄. C. de here. merito non debet fieri coaceruatio ad impediēdum ꝓbationes per testes pro hoc. l. si idem cum eo. in prin. ⁊ quod ibi no. Bar. ff. de iurisd. om. iudi. tex. in l. sancimus. §. pe. C. de noua. ⁊ qḋ dixi de vsuris vel interesse idē dico si esset debitum quod creuisset per inficiationē. ⁊ ad hoc allego id qḋ no. Bar. in d. l. item veniunt. §. cum prediximus. de peti. here. Itē adde omnino qḋ scribit Bar. in l. aul. verum debitorem. in vij. col. ff. de condi. indeb. vbi ponit nota. dictum in materia. Et adde quando presumptio cōtra excipientem: quia exceptio non est verisimilis: tunc excipiens grauatur grauiori onere probādi q̄ sit plena probatio exceptionis. Ad hoc est casus not. in c. quia verisimile. de presump. ⁊ idem clarius dicit do. Anto. in c. super hoc. in xiij. col. de renun. qḋ nota ad materiam huius decre. super quo etiam vide do. Anto. post Hosti. ⁊ doc. in d. c. quia verisimile. de presump.

5 ¶ † Opp. de. c. inebriauerunt. xv. q. j. vbi dicitur quod filie Loth inebriauerunt eum et se postea immiscuerunt ei ignorãti quid ageret: quapropter culpandus fuit Loth non quantum ille incestus sit: sꝫ quantum illa ebrietas mereretur. Et sic videtur probare ille tex. quod malum incestus non imputatur ei licet peruenerit ex malo ebrietatis. glos. hic so. quod primum malum nõ aggrauatur per sequens: sed de vtroqꝫ punitur. ¶ No. ex hac gl. vnum intellectum ad illud. c. vt committẽs delictum in ebrietate[b] licet non crederet delictum punitur de ebrietate[c] ⁊ de alio delicto cõmisso. hũc intellectum ponit etiã glo. in. d. c. inebriauerunt. et addit duos alios. ¶ Secũdus est vt puniatur ibi de incestu sed non tantum quantum mereretur si ex deliberatione processisset. ¶ Tertius intellectus est quod nullo modo puniatur de incestu sꝫ tantum de ebrietate quod est veniale peccatum. vt videtur tex. no. in. c. vnũ. §. al's ea demum. xxv. distin. Sed de hoc vltimo dic melius: vt no. in. c. clerici. de vi. ⁊ ho. cle. ⁊ p Archid. xxxv. di. c. sexto die. ⁊ p secũdo itellectu vide bo. tex. in. l. omne delictum. §. qui se vulnerauerit. ff. đ re mili. ⁊. l. respiciendum. in fi. de pe. vbi patet qđ punitur de delicto commisso in ebrietate sed pena minuitur. vñ pro homicidio nõ punitur pena mortis qđ bene notabis. ⁊ satis hoc potest procedere in omni delicto in quo vere requiritur dolus qui excluditur per ebrietatem facit. l. j. ff. de sic. Et distingue ad materiã prout notat Bar. in simili. i. l. quod nerua. ff. depo. ⁊ per. d. Ant. in. c. cognoscẽtes. de consti. ¶ Vlterius opp. cõtra tex. in eo qđ videtur facere differẽtiã vtrum isti diuisi per sententiaꝫ trãsiuerũt ad scđa vota vel ne: nã indistincte debet sententia retractari ex quo cõstare potest ecclesiam fuisse

6 deceptam. infra de re iudicata. tenor. ⁊ capitulo ꝯsanguinei. ¶ † Gl. pe. fatetur contrarium ⁊ suplet ad text. maxime Joã. an. dicit hoc dictum. gl. procedere si probaretur falsitas priorum testium. sed iste tex. loquit de corruptiõe tãtum ideo facit differentiam vtrũ trãsiuerunt ad secunda vota vel nõ. Et sequendo ⁊ limitãdo opi. suam in capitu. licet. š. de proba. dicit qđ regulariter non sufficit probare corruptionẽ post sententiam ad effectum retractandi sentẽtiam quasi per hoc non probetur falsitas: de quo tamen dic vt plene dixi in. d. c. licet. sed in cã matrimoniali quia sententia non transit in rem iudicatam est distinguendum vt colligitur ex tex. vt si non transiuerũt ad alia vota reuocetur sententia: alias secus. ⁊ ita putat in qualibet sentẽtia que nõ habet vigorem rei iudicate: vt puta si ab ea fuit appellatum. cuꝫ hac opi. transit hic domi. Ant. sed gl. istam sequitur do. Car. quia hec sentẽtia non transit in rem iudicatam: ⁊ sic nubẽdo aliis cõmiserũt adulteriuꝫ hec non est sufficiens ratio ad impugnandum dictum Joan. an. Sed procederet vbi clare constaret de errore sentẽtie: sed per solam corruptionem nõ ꝓbatur falsitas secundum opi. Jo. an. in. d. c. licet. ¶ Ego pono tres intellect9 ad hoc. c. Primus vt sufficiat probare solã corruptionem etiam ad effectum retractandi sententiam: qꝛ presumptio est qđ corruptus falsum dixit iuxta opi. Bar. in. l. diuus. ff. de re iu. dixi in c. licet ꝑreal. Et hoc videtur probare hec litera vbi papa solum mãdat inquiri de corruptiõe: vt patet in ver. si vero. Si autem ex corruptione non presumeretur falsitas non retractaretur sentẽtia etiam si ad secũda vota nõ transissent. Eadem ergo ratio militat in illis trãseuntib9 ad secunda vota. Et ꝙ presumat falsitas etiam quando transeunt ad secunda vota patet: quia testib9 imponitur penitentia de periurio et de adulterio vno vel pluribus quib9 causam dederunt, ⁊ sic presumatur qđ dixerunt falsum: alias non dicerẽtur adulterium commisisse transeundo ad secunda vota. et quo ad penitẽtiã istam imponendam de adulterio ponderat an transiuerint ad secũda vota. Secundus intellectus est vt distinguatur vtrum pecunia fuit data vt diceret falsuꝫ vel vt simpliciter diceretur testimoniũ. primo casu sufficit probare solam corruptionẽ predicto modo interueniẽte: secundo non. ⁊ pro hoc facit iste tex. vbi ponderatur quod isti testes dicebant se corruptos falsum testimonium perhibuisse: ⁊ sic posset moderari precedẽs lect. ⁊ dictum Bartol. plus tamen mihi placet dictum precedẽs. ¶ Tertius intellectus vt reuocet sententia probãdo solam corruptionem qualitercunqꝫ sit illa sententia per rationem positã in fine litere dum dicit sententiam reuocandam: quia testimonium illorum cum sint periuri non est aliquatenus admittendum: pondera ergo ꝙ tex. in fi. dũ ponit rationem decidẽdi nõ fundat se super falsitate vera vel ꝑsumpta: sꝫ tantum super periurio qđ ex corruptela processit cum iurauerũt ꝙ nõ

7 precio ⁊c. š. eo. quoties. ⁊ no. j. c. fraternitatis. ¶ † Et no. verbũ in fine positum scꝫ aliquatenus. per qđ vꝛ inferre ꝙ dictum periurorum non dꝫ habere effectũ suum si cõstat eos esse piuros añ sentẽtiã siue postea hic eñ retractat sentẽtia: qꝛ constat illos ad quorũ dicta lata fuit sententia fuisse piuros quasi sentẽtia lata fuerit p ꝓbatiões reprobatas.

8 facit qđ le. ⁊ no. in. c. ij. de pur. vul. † ⁊ cũ hec ratio i fine posita sit generalis dicã dispositionem huius. c. procedere siue sentẽtia sit talis que transeat in rẽ iudicatã siue nõ: attendẽda est ratio que extendit et stringit dictum ad limites ipsius ratiõis. l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de le. ij. ⁊. c. intelligẽtia. de verbo. signifi. no. Dy. in rc. fi. de regu. iur. lib. vj. et Cy. in. l. nõ dubiũ. C. de leg. ⁊ hec lect. multum mihi placet: ex qua generaliter posset inferri qđ sentẽtia lata ad dictum eorũ qui sunt piuri venit retractanda licet ex postfacto cõstet eos periuros esse saltẽ quãdo periurium fuit commissum in eadẽ causa vt hic fuit. ex dictis Inn. colligitur alius intellectus ꝙ ex sola corruptiõe possit agi contra separatos vt reintegretur matrimonium per beneficium resti. in inte. vꝛ per condictionem ex canone. quod dicit procedere etiam si trãsiuerint ad secũda vota. Et ad tex. supplet maxime dicit tamẽ qđ eo casu ageretur cum maiori maturitate seu cũ maiori discussiõe procederet quã quando res est integra. No. hũc intellectũ qui iudicio meo nõ cõgruit rationi huius. c. sicut precedẽs.

1 ☞ Simonia committitur in iure patronatus.
2 Donatio alicuius rei multo tẽpore facta inducit in ecclesia obligationem in futurum.
3 Parochiani an ⁊ quãdo debeãt dare quid loco beneficij pro administratione diuinorum ecclesie.
4 Plena probatio requiritur in crimine simonie: etiã qñ agit ciuiliter.
5 Clericus potest remittere debitum ecclesie quãdo illud concernit vtilitatem remittentis.
6 Remittere an sit dare.
7 Socius criminis an et quando admittitur in testẽ cõtra sociũ.
8 Fama an ⁊ quando faciat plenam vel semiplenam probationẽ: ⁊ quãdo nil probet.

Statutum

9 Statutum quod fama probet: intelligitur de fama que traxit originem a quibusdam indicijs q̄ mouerunt populum.

Veniẽs ad nos.

Socius criminis τ muneris nõ testificatur etiaz in crimine simonie: τ vni⁹ testimoniũ nõ sufficit ad ꝯdẽnationẽ. p̄mo ponit petitionẽ p̄sbyteri. s̄cdo illã exaudit. ibi τ nos. ¶ Casus literalis. Obiectuz fuit cuidã p̄sbytero. L. noĩe ꝙ in ecclesiã ouech. canonice nõ fuit ingressus q2 ꝓmisit vnicuiq3 parochianoꝝ suoꝝ remittere qnq3 barillos vini qui ꝓ bñficio dari cõsueuerũt sacerdoti in ipsa ecclesia deseruiẽti, τ ad hoc probãdũ duo fuerũt testes inducti qui iurati deposuerũt predictũ presbyterũ talẽ fecisse ꝓmissionẽ quorũ alter cũ dicto presbytero fecit dictã promissionẽ. Judex qui de cã cognoscebat dictũ presbyterum absoluit. quo facto p̄sbyter ad dñz papã accedẽs p̄dicta oĩa ei exposuit cũ ipsa sñia papa rescribit eidẽ iudici cõfirmans sñiam ipsius: ex eo ꝙ ille q eodẽ erat infectus crimine cõtra illum testificari nõ potuit τ nulli de se cõfesso aduersus alium est credendũ. Et dictũ vni⁹ testis nõ sufficit ad cõdẽnationẽ alicui⁹. Ber. ¶ Not. j. bo. arg. ex litera ꝙ parochiani admittunt ad accusandũ τ testificandum cõtra rectorẽ cuz agitur de crimine ciuiliter τ facit ad no. s̄. eo. c. ex parte ade. ¶ 1 † No. ij. simoniã cõmitti nõ solũ cũ pro tẽporali obtinetur ius mere spirituale: vt est institutio vel electio: s3 etiã cum obtinetur ius connexum spiritualib⁹ vt est p̄sentatio quam fecit parochian⁹ patronus. isti eñi parochiani habebãt ius presentãdi τ receperunt illã ꝓmissionẽ ꝓ presentatione fienda aliud eñi ius laici nõ possunt habere. s̄. de ele. massana. τ. c. sacrosan. τ ꝙ in iure patronat⁹ committat simonia[a]: vide bo. tex. in. c. p̄terea. s̄. de transactio. ¶ No. iij. ꝙ simonia cõmittit nõ solũ dãdo temporale ꝓ spirituali sed etiaz in remittẽdo debitũ tpale. Ex quo infertur ad id de quo in glos. ꝙ remittere idẽ est q̄ dare. l. quinetiam. ff. de calum. ¶ 2 † No. ibi: cõsueuerunt ꝓ bñficio dari τc. τ parochiani possunt cõpelli ad soluẽduz q̄ dare cõsueuerũt presbytero eorũ. Ex quo notabiliter infertur ꝙ donatio[b] alicuius rei multo tẽpore cõtinuata inducit in ecclesia obligationẽ in futurum vt singulis annis sic donet more solito. facit optime. c. ad apostolicam. de simo. τ vide oĩno q̄ no. in. c. peruenit. de cen. vbi plene dico maxime examinando dicta Bar. in. l. cũ de in rem verso. ff. de vsu. ¶ 3 † Et no. ibi pro beneficio τc. ꝙ vbi ecclesia nõ habet sufficientez dotem ad sustẽtationẽ presbyteri licite dant parochiani loco bñficij aliqua temporalia pro administratione diuinorũ quin imo ad hoc possunt cõpelli. iuxta not. in. c. omnis christianus. de cõsecra. di. j. quod intelligo quando sacerdos nescit aliter vitã ducere: alias secus. arg. c. clericus victum. xci. distin. c. j. de celeb. mis. ¶ 4 † Not. vlti. ꝙ in crimine simonie etiam cũ agitur ciuiliter requiritur plena probatio: vnde non sufficit vnus testis etiam cum presumptione que oritur ex dicto alterius qui fuit delicti particeps nec datur iuramentum in supplementum probationis cum causa sit nõ leuis. ad hoc quod nota. glos. in. c. tam literis. j. eod. vbi aliquid tãgam in c. fi. de iureiurã. τ ꝙ ex dicto de se confessi oriatur aliqua presumptio: tenet expresse hic Innocen. quod no. pro his que plene dixi in. c. j. s̄. de cõfes. ¶ 5 † Sed quero quid si presbyter fecisset remissionem post presentationez seu electionem. Soluti. dicit Jo. an. ꝙ tunc non fuisset simonia: non tamen valuisset nisi ad vitam remittẽtis. allegat de transac. decetero. et de dona. c. ij. hoc dico verum nisi prius conuenisset vt reciperetur et eligeret. promittẽs quod postea faceret remissionẽ d̄ quo vide tex. in. c. artaldus. viij. q. iij. τ not. dictũ Jo. and. ꝙ sacerdos potest aliquod debitum ecclie remittere in vita sua. τ hoc intelligo quando cõcernit illud vtilitatem ipsius remittẽtis: vt quia inde viuere debet secus si alias vtilitatem ipsius ecclesie concerneret. arg. in. c. j. de in integrum restitutione. τ. c. cum venissent. de instit. ¶ 6 † Gloss. prima colligit quod remittere est dare.[c] in contrarium facit. l. fin. ff. que in frau. cre. τ. l. j. §. cum creditor. quibus modis pignus vel hypotheca sol. Solu. glo. quãdoq3 ex eo quod remittit nullum commodum parti applicatur: τ tũc non dicitur dare: vt puta si remittitur exceptio declinatoria fori vel similis. facit. l. si fideiussor. §. quedam. ff. manda. nam dare est rem accipiẽtis facere. instit. de actio. §. sic itaq3. τ hoc casu nil fit accipientis. quandoq3 ex remissione aliquod commoduz applicatur parti: et tunc si illud est liquidum idẽ est q̄ donare: vt hic τ in iuribus hic alleg. in glos. et viij. q̃ne. iij. talia. Si vero illud nõ est liquidum sed dubium potius dicitur facere q̄ dare vel donare vt si remittitur dubius euẽtus litis sicut dicitur in transactione: vt nota in. l. siue apud acta. C. de transact. ¶ 7 † Oppo. contra text. et videtur quod cum crimen simonie sit exceptum debeant admitti in testes etiam viles et participes criminis: vt in. c. si quis papa. lxxix. dist. Respõdet gl. ij. quod licet contra laicum admittãtur criminosi in criminibus exceptis: contra clericum tamen non admittũtur nisi clericus sit vilis: vt puta infamatus. vt. ij. quest. j. in primis. de hoc dic vt plene not. in. c. cum. p. de accu. illud tamẽ. c. si qs papa. non ex toto soluitur cum ibi admittãtur socij τ de se confessi indistincte. nec ponderatur an ill sint infamati vel non. Hof. hic dicit quod ibi cõcurrebãt duo crimina simonie et lese maiestatis. loquitur enim de illo qui papa viuente conuenticulas fecit de papatu. alias licet tales admittantur in crimine lese maiestatis: nõ tamen in crimine simonie. vel secundum eum admittitur socius accusans: sed non testis testificans. vel s̄m Phil. iste non erat de crimine emendatus. τ ideo etiam in exce. repellendus erat a testimonio vt in crimine simonie. An τ quando particeps admittatur in testem. dic vt habetur hodie in. c. j. eo. ti. li. vj. et in crimine heresis dic vt habetur in. c. in fidei fauorẽ. de here. li. vj. et vide generaliter de testibus criminosis in. d. c. per tuas. iste eñi de quo in litera erat socius criminis τ muneris ideo fuit repulsus etiam dũ ciuiliter ageretur: vt habetur. d. c. j. ¶ 8 † Quero nũqd per vnũ testẽ et famam potuisset iudex istum cõdẽnare de hoc crimine: glo. predicta allegat pro τ contra. τ tandẽ cõcludit quod licet in ciuilibus sufficiat vnus testis cũ fama: secus tamen in criminalibus in quibus debẽt esse ꝓbationes luce clariores. idẽ videtur velle Spe. in ti. de no. cri. §. fama. versi. quid si agenti. τ vide gl. in. c. j. de appel. τ. iiij. q. iij. §. item sepe. que volunt famam τ vnum testem ꝓbare in ciuilib⁹. d. Anto. hic instat τ inter cetera ponit duo q̄ mihi indistincte nõ placẽt. primo quia in his que sunt modici preiudicij fama plene probat. secundo quod in factis antiquis excedentibus memo-

a ¶ Committitur simonia si datur vel remittitur aliquid temporale ꝓ iure presentandi in ecclesia. τ idem tex. in. c. preterea. cl. j. hic alleg. ¶ Adde Roma. consi. ccclxviij.

b ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Donatio. Vide Jo. fabri. τ And. aret. in. §. pauonuz. insti. de re. diuisio. vbi ponit de eo qui solebat quotannis offerre cereuz capellano an possit cogi a capellano: τ ibi etiã ponũt de colono qui erat solitus dare par caponũ. d̄ quo multa per Moder. in le. si certis annis. C. de pac. ¶ Ad idem est tex. in. l. si fundũ. §. titio. ff. de le. j. interdũ tamen licitum est remittere et non dare: vt no. glo. in. c. statutum. §. notariũ. in vers. remissiõe. de rescript. in. vj. S3 cũ hoc tex. τ glos. concor. tex. in. l. si quis delegauerit. ff. de noua. τ vide d. Ant. l. c. si quorundã. in fi. j. col. de sol. S3 de hoc dic p Bar. τ maxime ibi Bald. in l. si mulier. τ in. l. si qs accepto. ff. d̄ cõdi. ob cãm. vbi Bal. in hac materia plura bona dicit. τ vide Bal. in l. pactũ q̄ dotali. ver. viij. quero. C. de col. τ q̄ no. do. in. c. mediatores. de test. lib. vj. in fi. j. co. vbi vide τ hoc intellige vt p Bar. in. l. transactio. C. d̄ trãsac. et pro concordia hui⁹ glo. est text. in. l. in edibus. in p̄n. ff. de donat. τ ideo sicut in donatione vltra qngẽtos aureos requiritur insinuatio sic in remissione: vt dicit gl. no. in. l. si qs obligationẽ. ff. de re. iu. q̄ etiam respõdet ad. l. modestinus. ff. de dona. que videtur dicere contrarium. de quo latius per doc. in §. τ cũ retro. insti. eo. de dona.

c ¶ Addõ ꝙ aliud est remittere: quã dare: nam nos habemus ꝙ in conuẽtionibus liberatorijs nõ requiritur cã sed in cõuẽtionib⁹ dandi secus. ita cõcludũt Alex. Ful. Sali. in. l. creditori tuo. C. de pac. τ ob hoc dicit Jo. an. in addi. ad Spe. in. §. porro. in pe. colũ. ꝙ si liberatoria cõuentio excedat quingentos aureos non requiratur insinuatio. τ ita tenet Sali. in. d. l. creditori tuo. cõtrarium tenet Bal. τ Anto. in. l. cõtra iuris. §. fi. in. l. tale pactum. in. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. Bar. in. l. modestinus. ff. de dona. Ber. force. Anto. Fran. ¶ An in remissione liberatoria excedẽte summã qnquaginta aure. requirat insinuatio iuxta formã. l. sancimus. τ. l. si qs argentum. C. de dona. et existimo verius esse ꝙ requiratur ꝙ remittere nihil alud est nisi dare vel donare. l. peculium. in princi. τ ibi Bar. in ver. item no. ff. de pri ui. τ istud intelligerẽt verum quãdo debituz quod remittitur est liquidum. alias secus s̄m Bal. in. l. actione. in. ij. col. C. d̄ transact. τ in l. transactio. cod. tit. et videtur esse ex mente gloss. et do. Pau. de cast. in. l. contra iuris. in princip. et in. l. tale pactum. in prin. ff. de pact. et habet per Alexã. vbi multa alleg. in. l. si mulier. ff. d̄ condi. ob causaz. τ dicit ꝙ isto casu quando remittitur debitũ liquiduz absq3 dubio requirit insinuatio quod etiaz videtur sentire alexan. in. l. modestinus. ff. de dona. τ ꝓ hoc facit quia hoc casu remittitur debitũ liquidum: vidẽtur habere locum rationes inducẽtes insinuationem sed vt cessẽt fraudes τ suspiciones euitentur et vt videatur an ea processerit ex mera liberalitate remittentis propter autoritatem iudiciariam interuenientem iuxta not. in d. l. si quis argentum. quia in tanta summa videtur cessare presũptio donationis iuxta ea que tradũtur in. d. l. si quis argentuz. τ Pau. de cast. in consi. ciij. τ in cõsil. lxxxviij. et per Oldrad. in cõsil. clxxiij. vbi ponũt cãs quare fuit introducta a lege insinuatio que cause vt dixi ita vidẽtur habere locuz in remissione debiti liquidi sicut in donatione vide tamen Bal. in. l. j. C. si rec. pro. τ in. c. j. in tit. quid iuris si post alie. feu. vasa. illud recu. in vsi. feu. vbi dicit ꝙ vbi remitteret pena in tali remissione non requiritur insinuatio. ad quod vide Alexand. in. d. l. modestinus. de dona.

riam hominum quod est quando excedit spatiū centum annorū fama[a] plene probet[b] etiaȝ in preiudicialib⁹. allegat. ff. de proba. l. si arbiter. ⁊ l. in summa. §. ideȝ labeo. ff. de aqua plu. arcen[c]. ⁊ Innocen. de verb. signi. veniens. ⁊ c. quid per noualē. primū dictum mihi non placet quando fama non habuit ortū ex ꝓbabilibus coniecturis: tūc enim potius dicunt̄ vane voces populi que non sunt audiēde in. c. ij. de elect. ⁊ l. decurionum. C. de pe. voluit Bar. in. l. de minore. §. tormēta. ff. d questio. scđm dictū nō placet indistincte. Nā imputandū est parti quare a principio sibi non ꝓuidit: dicemus ne bonā ⁊ sufficientē ꝓbationem si per famā ꝓbo ꝙ iā sunt mille anni ꝙ dom⁹ tua fuit eccl'ia ꝯsecrata: certe nō puto hāc ꝓbationē sufficere ad domū tibi auferēdam: qꝛ cōiter iura volunt vt fama nō inducat plenā ꝓbationē cum sepe fallax sit. de presump. cū in iuuētute. ⁊ probationes debēt cōcludere necessario. de ꝓba. in presentia. ⁊ facit qđ dixi in. c. cū ad sedē. de resti. spol. nec obstāt iura allegata per do. Ant. qꝛ loquunt̄ qñ est ꝓbāda ꝑscriptio tanti tēporis cuius initij memoria non existit. vnde dicit no. Inno. in. d. c. qđ per nouale. ꝙ illa ꝓbatio que fit ꝙ memoria nō existat ⁊c. solū habet locū qñ in iure exprimit̄ vt ꝓbet̄ prescriptio tāti tēporis cuius initij non est memoria. Procedit ergo dictū. d. Ant. i istis casibus: nō aūt generaliter in oī facto antiquo. ⁊ concludo hāc materiā hui⁹ gl. post Bar. in. d. §. tormenta. Aduerte eñ varie reperiunt̄ opi. quidā eñ volebāt famā facere plenā fidē: vt no. glos. i. l. at q natura. §. cū me. ff. d neg. gest. ⁊ C. de ꝓba. l. iiij. ⁊ l. vbi. C. de iure do. ⁊ in. c. cum causaȝ. ē. de ꝓba. alibi gl. videt̄ velle ꝙ facit semiplenā probationē: vt no. in. l. iij. ff. de testi. ⁊ hic. ⁊. d. §. itē sepe. ⁊. c. j. de ap. ⁊ l. admonēdi. ff. de iureiu. ⁊ l. in bone fidei. C. eo. Alij videnť dicere qđ fama nullo mō ꝓbat sed ꝓbatiōes iam factas confirmat. Unde si vtraqȝ pars plene ꝓbaret obtineret illa que hȝ vltra aliam partem fama. d. l. iiij. ⁊. d. §. item sepe.

dum dicunt cōfirmat ⁊c. ideo dicūt ꝙ fama nō ꝓbat cum vno teste cum solum cōfirmat probationem iam factam: sed dictum vnius testis non est probatio: ideo nō potest confirmari. ⁊ hanc opi. tenēt Jac. de are. ⁊ An. de pis. ⁊ Jaco. de bel. idē tenuit preterꝙ in causis breuibus. ar. authē. nisi breuiores. C. de sen. ex peri. reci. Dyn. autem in. l. excusantur. in prin. ff. de excu. tuto. ⁊ Cy. in. l. fi. C. de testi. ⁊ in. l. iiij. C. de ꝓba. tenēt qđ gl. hic. vt in ciuilibus probet cum vno teste non aūt in criminalibus cum autem requirantur probationes luce clariores: vt in iuribus hic alleg. in glos. Bar. dicit in. d. §. tormenta. ꝙ quedam sunt in quibus sufficit famā esse licet sic in veritate non sit: ⁊ tunc sufficit ꝓbatio fame: vt. l. barbarius. ff. de offic. pre. ⁊. l. j. C. de testa. ⁊. l. si arbiter. C. de sentē. adde iij. q. vij. §. tria. versic. verūtamen. in his enim iuribus non requiritur veritas: sed sufficit famam subesse. qñꝙ requiritur veritas ꝙ ita sit ⁊ quedā tūc sunt in quibus ipsa fama seu cōmunis opin. veritatem faciunt ⁊ inducunt ⁊ tunc sufficit probatio fame: vt. l. labeo. ff. de supel. leg. ⁊. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. cū si. Naȝ ibi sufficit ꝓbare per famā ꝙ aliqua verba habeant certū intellectum ad inferēdū quod disponēs intellexit. Quedā sunt in quibus cōis opi. seu fama nō inducit: sed inducitur ad aliquod probādum ⁊ tunc si quideȝ ꝓbatur fama simpliciter ex voce populi nō probata aliqua presumptione ex qua dicta opi. seu fama originem traxerit ⁊ non probat: quia tūc magis dicitur vana vox populi que non est exaudiēda. d. l. decurionum. licet enim nō probet secundum eū tamen adiuuat probationē iam factam. d. l. iij. §. eiusdē quoqȝ. si vero probat̄ fama: ⁊ tūc hoc qđ traxerit originē ex ꝓbabilib⁹ cōiecturis: ⁊ tūc dicit Bar. qđ i qbusdā casib⁹ facit plenā ꝓbationē: vt puta in his q̄ sunt modici preiudicij ⁊ sic intelligat̄ gl. in. d. l. vbi. in qua sufficit ꝓbare per famā qđ maritus male vtit̄ substātia sua ad effectū vt restituat dotem. Itē qñqȝ hȝ

a Utrum fama plene ꝓbet. ⁊ vide qđ no. do. Ant. in. c. cū cām. in fi. de ꝓba. ⁊ in. c. j. de ap. Et an valeat statutū epī vt ꝑ solā famā quis ꝓbet̄ vsurarius. vide Pe. de anch. in repe. c. canonū statuta. de consti. in tertio ꝑnci. quesito. in. xiiij. col. illius q̄siti. v̄. accedat. Et adde qđ de iure sola fama nō est sufficiēs indiciū ad torturā ꝭm Jo. an. in addi. Spec. in ti. de ꝓba. §. vidēdū. v̄si. xiij. quā refert et sequitur do. Ant. in. c. tertio loco. in. vj. colū. ē. de ꝓba. Et quid ꝓbet fama. vide ꝑ glo. in ver. ꝯfirmet. ⁊ ibi bal. in. l. iij. §. eiusdeȝ. ff. de testi. ꝑ quot aūt testes probet̄ fama: vide ꝑ text. ⁊ ibi do. Ab. ⁊ ꝙ ibi post euȝ notaui in. c. tertio loco. de presump. ⁊ an fama cuȝ vno teste ꝓbet: vide ꝑ do. Ant. j. e. in. c. preterea. in peñ. colū. Et an fama cū testimonio de auditu ꝓprio vel auditu audit⁹ plene ꝓbet: vide gl. j. ⁊ ibi do. An. super cā. in. c. tā literis. j. e. Et qño ꝓbetur fama pōit Bal. i. l. si qs patrē. ff. ad maced. Qualiter aūt debeant dicere testes deponentes sup fama: ponit Bar. ⁊ Bal. in. d. l. iij. §. eiusdē. ff. e. Et an per famaȝ ꝓbetur queȝ esse notarium: ponit Spe. in ti. de ꝓb. §. j. ver. itē etiā. quā refert do. Anto. in. c. j. in. iij. col. de fi. instru. Item in hac materia vide duas qōnes quas ponit do. Ant. in. c. cum cāȝ. in iij. col. ver. quero qđ si testis. j. eo. Adde hic Archi. in. c. si testes. ver. itē sepe. iiij. q. iij. vbi dicit ꝙ si agenti opponit̄ excōicatio nō poterit probari per famā cū vno teste. alleg. c. sciāt cuncti. ij. q. viij. ⁊ Spe. in ti. de not. crimine. §. fama est. Ego allego ꝓ eo meliorē tex. in. c. pia. in ver. aptissimis documētis. de excep. in. vj. adde hic Bal. in. l. conuēticulam. C. de epis. ⁊ cle. ⁊ in aut. quas act. C. de sacrosan. eccl. quē refert Ro. in. l. ij. §. idē labeo. in. ij. col. ff. de aqua plu. arcen. vbi dicit ꝙ papa pōt cōi fama ꝓbare se esse dñm ciuitatū ecclesie: sȝ illud nō probet alijs instrumentis qꝛ fama in factis q̄ excedūt hoīm memoriā facit plenā ꝓbationeȝ. Et adde ꝙ fama nō facit semiplenam probationeȝ in iudicio in criminalibus ꝭm Bal. in apost. in. d. l. iij. ff. eo. qui dicit ita no. Cy. in fi. C. de questiō. Item adde ꝙ no. Do. de ro. deci. ccxix. ꝭm ordineȝ meum nonissimum. Itē ꝙ fama cū vno teste plene ꝓbet: tȝ gl. in. c. j. j. de ap. ⁊ glo. in ver. possessionis. in. c. placuit. §. prescrionū. xvj. q. iij. Itē vide Pet. de anch. in. c. mediatores. circa fi. pe. col. de test. i. vj. vbi dicit qđ ꝑ famā cū vno teste nō ꝓbat̄ crimē. Itē adde ꝙ iudex se īformat de fama sine ordine iudiciario ⁊ sine testibus: vt dicit Inno. in. d. c. cū in tua. in gl. sua que est super verbo de plano. de spon. ⁊ sentit do. Ant. ē. e. c. ij. in vl. ca. Item an fama cū vno teste equiualeat ꝓbationi duoꝝ testiuȝ vide do. Abb. post Uinc. ⁊ do. Car. in. c. ij. de clāde. despō. Itē quā probationē inducat fama vide Archi. in. c. si duo. xxxv. qō. vj. vbi inter cetera dicit ꝙ lȝ fama cū vno teste ꝓbet in ciuilibus: tñ sec⁹ est in criminalib⁹ et ita dicit tenere Spec. in tit. de no. cri. §. fama. cui adde qđ idē dicit Archi. in. d. c. sciant cūcti. ij. q. viij. ⁊ ita dicit tenere Hosti. hic. idem ꝙ in causa vsurarum existēte fama defertur iuramentū in supplementum probationis. casus est sing. ꝭm vnā lec. in. c. ex literis. de iureiur. Item qđ fama cum vno teste non probat in criminalibus: tenet Oldr. consil. suo cxcij. vltra mediū. Itē ad id quod tetigi supra qualiter debeāt deponere testes deponētes super fama: vide Bar. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. in pe. col. ver. quero qualiter probabitur fama. in quo. §. melius ꝙ alibi reassumpsit materiam fame cuius omnia dicta per ordinem sequitur Sali. in. l. ea quidē. in vlti. parte repe. C. de accu. Item vide do. Ant. in. c. cū causam. circa fi. de proba. Et Bald. in. c. suborta. vltra med. de re iudi. Item glo. hic positum singulariter limita: vt per Domi. in. c. j. §. j. in princip. vlti. colum. de vsu. in vj. Item de predicta questione qualiter debeant deponere testes super fama quam rationē debeant reddere vide latius per do. Maria. in repeti. c. qualiter et quando. in. xxix. q. cum. xi. seq. xi. q. princip. de accusa. Et ibi etiaȝ vide per euȝ. xlv. q. princip. qđ ꝓbet fama ⁊ quantum de eius effectu.

Addō an fama probet Ro. consil. vij. Alex. consil. lxvj. et. lxxxiij. iij. lib. et an sit indicium ad torturam: per eum cōsil. v. ⁊ an cū vno teste sit sufficiens ad condemnandum: per Barto. cōsil. incip. an fama cuȝ dicto syndici. ⁊ an ⁊ quando admittat̄ probatio per famaȝ vide Card. consi. ciij. ⁊ an in ciuilibus ꝓbet plene cum vno teste: vide per eum cōsil. lxj. ⁊ qualiter probetur fama: vide Allexā. consil. lxx. iij. lib. Fran. aret. consi. lxxiij. et vide Calde. consi. j. de proba.

Sebasti. Sapia.

b Plene probet. Uide Matthe. in no. ij. incip. no. qđ in iudicijs possessorijs. vbi dicit ꝙ ex quo in iudicio possessorio tractatur de leui preiudicio probatio per famam habet vim plene ꝓbationis. de quo etiaȝ per do. Jas. in repe. l. admonendi. col. lxxxiij. ver. dictum est. ff. de iureiuran. ⁊ ibi do. Baptis. de sancto seuerino in char. xviij. versi. nona conclusio. dicit qđ etiā istud procedit quādo negotium principale est magnuȝ sed illud super quo principaliter agitur est parui preiudicij: vt in iudicio super restitutione dotis quando maritus vergit ad inopiam. nam licet causa dotis sit magna: nō tamen cognitio an vergat ad inopiam vt ibi per eum: ⁊ ideo fama plene probat quod vergat ad inopiā.

c Et ista opi. domi. Anto. videtur optime confundi per textum singu. in. c. si duo. xxxv. qōne. vj. vbi est casus quod etiam in gradibus antiquis excedētibus memoriam hominum nō sufficit probatio per famam. Sed respondeas subtilissime vt per domi. Francis. de aret. hic in suis recollectis. et de hoc an in factis antiquis sufficiat probatio per famam: vide textum in. c. cū causam. ē. titu. j. Bal. in authentica quas actiones. circa finem. C. de sacrosan. eccle. ⁊ post Inno. in. d. c. veniens. de verbo. significa. et Bal. in. l. non ignorat. in. vj. colum. C. qui accus. ⁊ Bal. in. l. comparationes. C. de fide instrumen. ⁊ in. l. conuēticula. in vlti. char. post Barto. ibi. C. de episco. et cleri. ⁊ Bald. in. l. secunda. C. de probatio. et opini. domini Antonij que est communis tenet etiam Ange. in. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negotijs gest. ⁊ do. Anto. in. c. quid per nouale. de verborum signi. de quo vide per Specu. in titu. de probationibus. §. j. versicu. ⁊ nota. ⁊ per Joan. an. in titulo de notorio crimine. §. fama. in prima additione iuxta finem. et dicit factum antiquum quod excedit spatium centum vel quadraginta anno. sed vide que not. dominus Bart. de bel. in clemen. j. de reb. eccle. non alie. Et idem in his terminis proprie dicit Innocen. in. c. veniēs. in secunda colum. de verbo. signi. ver. quidam dicunt. Et quando dicatur quid consuetum ab antiquo: vide Ang. in. l. an in totū. C. de edi. priua. Itē adde quod illud dicitur factum in proximis diebus quod est factum post multos annos. textus est in. l. qui fundū. in princip. ff. de contrahen. emptio.

Sebastia. Sapia. ¶ Vana vox. Vide Bald. in cōsi. ccxlv. incip. fama vicinie. ante finem. in. iij. parte.
Sebastia. Sapia. ¶ Aliū effectū. Qđ in his que sunt difficilis probationis fama plene ꝓbet: tenet Bald. in consi. xxxvij. incip. casus talis. in vlt. colum. in. j. parte. Ro. in ꝯsi. lxxvj. incip. in causa nobilis viri. col. iij. Pe. de ancha. in cōsil. cccxj. incip. tres domini. col. ij.

eod. ⁊ in. c. fraternitatis. in. xliiij. colum. versic. venio ad quartū. Item adde ꝙ attestationes in generali inquisitiōe faciunt fidem in speciali. h. d. Inno. in. c. bone el. j. in gl. sua. super verbo notoria. de elect. quem refert ⁊ sequitur do. Abb. in. c. graue. de prebē. vbi etiam ad hoc alleg. Bar. in. l. fi. ff. de questio. vbi Barto. in fi. concludit contrarium nec ei cōtradicit Inn. in. d. c. bone. quia non loquitur ꝑ ut refert. d. Abb. in. d. c. graue. sed dicit quod testes qui fuerunt examinati in generali inquisitione iterum examinabuntur in speciali. d. quo vide do. Abb. in. c. ad petitionem. in. j. co. de acc. adde barto. in. l. j. §. qui ex cusatiōe. ff. đ vac. mu. vbi dicit qđ acta in vna causa nō prosunt in alia in his que cursu temporis mutātur adde Bar. in. l. pretor. §. hoc editio. ver. quero vtruʒ. ⁊ versi. qd si ille. ff. vi bo. rapto. vide Bal. in extrauagā. de pace cōstan. in ver. in causis. in pe. et vlti. col. Et vide Bar. i. l. si supera tus. ff. de pigno. Item vide Bar. in. l. admonendi. in. xiiij. col. versic. quero quid si dicta testium. ff. de iureiur. do. Ant. in ca. fi. i. x. colū. j. de iureiur. Item an acta facta coram iudice seculari faciant fideʒ si de eo agatur coram iudice ecclesiastico. vide per do. Anto. in. c. at si clerici. in ṗn. in vj. colū. de iudici. Iteʒ adde quod ipse nota. in. c. ab excōmunicato. in ij. col. de rescript. Iteʒ adde quod ipse notauit in. c. significauit. in vl. col. j. eod. ti. Iteʒ de ista materia quam ponit hic domi. Ant. vide Bar. in. l. de etate. in antepe. col. ff. de mino. Iteʒ vide q̄ latissime vltra ṗdicta scribit domin⁹ Alexander de imola post docto. in. d. l. is apud quem. C. de eden. super fine glos. magne. Item an probatiōes super etate

Sebasti. Sapia. ¶ In criminalibus. In criminalibus an fama faciat probationē: vide Alex. in ꝯsi. cxiiij. ici. quoniā abunde. in. ij. vo. Jo. de ana. in cōsil. lix. incipi. visa inquisitione. col. penul. Oldr. ꝯsil. cxcij. inci. viso diligēter. Et plene de materia vide Ang. aret. i trac. maleficioꝝ. i verbo fama. publica.

Sebasti. Sapia. ¶ Hoc promisso. Vide super hoc formatā regulaʒ cū suis limitationibus per domi. Bartho. sozi. in tractatu fallētiarum in. vij. fallentia. ⁊ de materia vide per Fel. in. c. presentata. j. eo.

¶ An ⁊ quando acta coram vno iudice faciant fidem coram alio. de quo late per Bal. in. l. is apud quem. in penult. col. C. de edē. ver. querit gl. vtrum. ⁊ ibi etiam late p Bar. in. v. col. vf. vlterius querit hic gl. ⁊ do. Ant. in. c. per inquisitioneʒ. in vlt. col. de elect. Et adde que scribit domi. Anto. in ca. cum causam. el. j. in antepenul. col. j. eo. ⁊ ibi elegāter per do. Ab. circa pncip. ⁊ vide Bald. in. l. fi. circa princ. versic. modo quero. C. de re iudic. vbi ponit an et quando attestatiōes facte in vno iudicio faciant fidem in alio. ⁊ per empta pᵃima instantia acta illius instantie probēt in secūda. de quo vide p do. Anto. in. c. per tuas. in antepenult. col. j.

effectum ꝭm eum vt trāsferat onus probandi in aduersarium: vt quando quis cōi opi. habet pro libello: vt. l. si mater. C. ne de sta. defunc. ⁊ vide qđ no. in. c. vno. vt ecc. benefi. aliter ista fama non facit plenam probationē ꝭm eum. an autem faciat semiplenam ita ꝙ plene probet cum vno teste. dicit qđ debem⁹ considerare indicia ⁊ presumptiones ex quibus fama ipsa traxerit originē an multum vrgeāt an nō ⁊ scđm hoc arbitrabitur an fama faciat semiplenā probationē vel nō: ⁊ sic dicit debere intelligi glos. in. d. l. excusantur. ff. de excu. tu. ⁊ in. d. l. iij. §. eiusdem. ¶ † Et ex his infert ad questionem statutum disponit ꝙ in aliquib⁹ casibus sufficiat ꝓbare maleficiū per publicā famā. Dicit enī debere intelligi de fama que traxit originem ex pluribus causis que inducunt populū ad sic dicendū vel credēdum: alias nō esset fama sed magis vana vox populi de qua nō est curandum: vt. s. dixi. debet enī intelligi statutum de fama legitima ꝭm eum que verba sunt multum notanda. Et faciūt pro hoc vltimo no. per Inn. in c. cū oporteat. de accu. vbi dicit ꝙ testes deponētes super infamia debēt reddere causam sufficientem sui testimonij. Nō enī sufficit dicere ꝙ populus habet illū suspectū. ad materiā vide qđ ponit Jo. an. in addi. Specu. super. §. fama. de not. cri. vbi ponit duas opi. contrarias antiquoꝝ. ¶ Sʒ ne captiuē intellectum proprium simpliciter referendo alioꝝ ingenia subijciā in effectu qđ mihi videt in hac materia satis difficile. aut enī fama processit ex inimicis ⁊ de ea nō est curandū: vt in c. cū in iuuentute. de presump. ⁊. c. licet ex quadā. de testi. ⁊. c. qualiter ⁊ quādo. ij. de accu. Aut non constat ꝙ processerit ex inimicis: ⁊ tūc aut versatur in his que sunt in assiduo ⁊ publico vsu ⁊ proficit in duobus. primo ad declarandū vocabulū dubium: vt in. d. l. labeo. ⁊. l. cum dilationis. §. asinam. preallegat. cum si. Scđo proficit vt vtilitate publica suadēte ex quo nō agitur specifice de preiudicio alterius teneamus cōem opi. ꝓ veritate: vt d. l. barbarius. ⁊ in. d. §. tria. Aut versatur in alijs ⁊ aut nō reddit causa rationabilis: vnde ꝓcessit fama: ⁊ nō facit aliquē graduʒ probatiōis. vt. s. dixi post Bar. sed coadiuuat ꝓbationem pfectā. Aut redditur causa ꝓbabilis ⁊ probatur: et tunc possent esse ita stricta indicia ⁊ cōiecture vt etiaʒ plene probaret in ciuilibus: sed tunc probatio solum fingitur ex iudicijs et non ex fama. iuxta ea que plene dixi in. c. tertio loco. de proba. aut non probant ita indicia stricta: ⁊ tunc puto ꝙ si agit ex cōtractu vel rei vēdicatione vel quasi seu alia actione: fama nō facit gradū probationis: sʒ tm̄ coadiuuat. ita loquit tex. in. d. l. iij. ⁊. d. §. itē sepe. Et est ratio: quia probationes debent excludere necessario: vt in. c. in presentia de proba. l. nō epistolis. C. eo. ⁊. l. actoꝝ. ⁊. l. cū res. eo. tit. fama enim sepe faliat est: vt experientia docet: ⁊ de iure etiaʒ diuino requiruntur ad min⁹ duo testes: vt sit plena ⁊ concludens ꝓbatio vt agitur de preiudicio alterius: vt legi. ⁊ not. in. c. licet vniuersis. de testi. ⁊ hoc voluerunt quidam antiqui vt recitat Joā. an. in loco preallegat. Ideʒ puto vbi non agitur ex cōtractu: si est preiudiciū nō modici: vt probat in c. tam literis. j. eo. vbi fama ⁊ aliqui testes singulares nō suffecerūt ad effectū cessandi electionem electi. ¶ Si vero agitur ad alium effectum ᵇ tunc probat in his que sunt modici ṗiudicij: ⁊ que de facili plene probari non possunt vt in probando mortem alterius longe absentis: vel quod maritus male vtitur substantia sua vel in probandis finibus diocesum. vt in. c. cum causam. j. e. ⁊ in similibus. hoc verum nisi in casibus in quibus iura exigunt prescriptionem tanti temporis: de cuius initio non est memoria. tūc enī necesse est probare per famam seu communem opi. quia aliter impossibilis esset probatio: vt. s. dixi. ⁊ an sit differentia inter famam ⁊ communem opi. vide per Jo. an. in. d. §. fama. In criminalibus ᶜ vero quādoqʒ prestat materiam inducēdi purgationē. ij. q. v. presbyter. si a plebe. ⁊. j. de accu. accedēs. cu si. Quādoqʒ dat materiam inquirendi. vt de accus. qualiter ⁊ quando. ij. Quandoqʒ suspendēdi ab officio ⁊ beneficio. distinguēdo tamen prout leg. ⁊ no. in. c. inter. de purga. ca. ⁊ per Jo. an. in. c. j. đ accusa. lib. vj. Quandoqʒ coadiuuat probatiōes iam factas seu alia adminicula vt in. c. preterea. j. eo. sed gradum probationis nō facit: quia probationes in criminalibus debēt esse luce meridiana clariores. C. de proba. l. sciāt cūcti. canonizata. iij. q. viij. in. c. epiphaniuʒ. v. q. vj. ⁊ probatur in. d. c. tam literis. vbi nō facit semiplenam probationē etiam si agitur de crimine ciuiliter: fortius ergo si agatur criminalr. ⁊ hoc not. ⁊ hic cadit questio an probationes diuerse speciei debeāt misceri ad faciēdam plenam probationem. de qua plene dixi in. c. cum causam. de proba.

1 ¶ Acta ordinatoria cause nō perempta instātia coram surrogato iudice vel iudice appellationis faciunt fidē: secus coram alio iudice alterius tribunalis.
2 Testes recepti in vno iudicio faciūt fideʒ in alio quamuis non publicati.
3 Acta in causa prosunt omnibus quibus profuisset res iudicata illius cause: si acta facta sunt cōtra presentem secus contra cōtumacem.
4 Acta in vna causa contra extraneas personas faciunt aliqualem presumptionem.
5 Cōfessio facta in vno iudicio ratione publice vtilitatis faciunt fidem in alio.
6 Acta facta in vna causa an faciāt fidem inter easdem personas in alia causa: quādo super eodem agitur vel super dependēti a prima causa.
7 Acta facta in vna causa faciūt fidem in alia prorsus separata inter easdem personas.
8 Acta litis ordinatoria: perēpta instātia pereūt: secus acta respicientia litis veritatem.
9 Effectus actorum respicientium litis ordinationem: perempta instātia durat: nisi renuntiatum sit instantie.

Causam que. Attestationes in vno iudicio recepte fidē faciunt in eadem causa et inter easdem personas coram alio iudice. h. d. ⁊ nō diuiditur. No. ꝙ acta cōcernentia merita cause nō restringūtur respectu effectus quo ad personam iudicis coram quo acta sunt sed operātur effectū suum etiam coram alio iudice. Et idē videtur dicendum de actis concernentibus ordinationem: vt de lit. cōtest. ⁊ similib⁹ probari videtur in. c. fi. s. de proba. ¶ Sed quero nūqd sit hoc verū indistincte. Innocē. hic instat ⁊ vide gl. in cle. sepe. de verb. sig. latius per Bar. in. l. cum lite. ff. iudic. sol. ⁊ aliquid in. l. cuʒ apud. eo. titu. Et vt clare cōcludam materiam aduerte prius quod acta que fiūt in iudicio sunt triplicis qualitatis. Quedam enim concernūt ordinationem iudicij: vt citatio: libelli oblatio: lit. cōtest. satisdatio ⁊ similia: que alio vocabulo appellātur acta iudicij: seu iudicij ordinatoria. quedam concernūt indagationeʒ veritatis: vt sunt attestationes seu depositiones testium: cōfessiones: ⁊ similia que alio vocabulo dicuntur acta litis seu cause. quedam cōcernunt decisionem negotij: vt sententie que feruntur in causa. ⁊ de hoc vltimo nō tractat hic sʒ est materia ti. de re iud. ⁊ marie in. c. pe. ⁊. c. cū sup. ⁊. c. cū inter. eo. ti. ¶ † Hoc ṗmisso ᵈ cum queritur an acta ᵉ in vno iudicio faciant fidē

facte corā iudice laico in causa restitutionis faciant fidē coram iudice ecclesiastico in causa matrimoniali. dic q̄ sic. fm Bal.in.l.j.in vlt.col.in apost.ff.de ferijs.per tex.in.c.ij.de excep.lib.vj. Itē adde hic qd probationes facte in tela exceptionis nō psunt in tela officij iudicis fm do. Ant.in.c.cū dilectus.§.fi.in.iij.colū.de ordine cog. Et de hoc an acta facta in priori iudicio faciant fidē in alio qñ perempta est pena instātie. vide etiā per Bal.i.d.l.gesta. & vide do.Ant.j.eo.in.c.per tuas.in antepe.col. Et quando nō perit instantia sed fuit pnuntiatū nulliter an possit de nouo cum eisdez actis iudicare. vide late per domi. Anto.in.c.in literis.in antepenul.col.de off.deleg. Itē adde hic qd no.do.Ant.in.c.dilectus.i.xi.col.de capel.mo.vbi dicit qd lz perempta instātia peāt acta litis ordinatoria tñ nō peūt acta litis decisoria.ita dicit tenere glos.in.c.peñ.de iudi. Itez que acta iudicij peūt per circunductionem edicti. vide p do. Anto.in.c.cōsuluit.in.ij.co.de offi.deleg. Et adde qd acta facta īter alios seu testes inter alios recepti faciunt semiplenā pbationem si testes non possunt iterū examinari:quia forte sunt mortui fz Bar.in.l.admonēdi.in.x.colum.ver.q̄ro qd si dicta testiū.ff.de iureiuran. Sed cōtra hoc videt casus in.c.inter dilectos.§.porro.d fide instrumē.vbi factum erat antiquum et tamen text.dixit qd nullum faciunt preiudiciū. secundo contra hoc videt casus i.l.nō post ea.§.fi.ff.de iureiurando.& in.l.sz & si possessor.§.fin.eo.titu.arguendo de iuramento ad alias probationes:quia iuramētum habet vim sententie et probationis.l.ij.et.l.non erit.§.dato.ff.de iureiurādo. tertio:quia testes saltem quo ad tertium reperiuntur recepti parte nō citata:& sic faciunt indicium fm Bald. in.l.maritus.ff.de questio. Sed distingue quod aut querit an semplene probent quo ad fauorem tertij qui non fuit in iudicio contra eandem personam que fuit in iudicio.& dicēdum est quod sic.et ita intelligitur dictum Barto.in.d.l.admonendi.et domi.Anto.in.d.c.fi. Aut queritur an faciant semiplenam probationem contra tertiam personam que nō fuit in iudicio contra quam non fuerunt recepte.& dicendum est q̄ nō:& ita intelligitur text.in.d.c.inter dilectos.de fide instrumen.cum suis concor.& ita in hoc passu distinguit Bald.in.l.ij.de edē. licet predicta non alleget:sed huic vltimo membro di.fortiter videtur obstare tex.in.l.a sententia.in prin.& in.l.si perlusorio.in princ.ff.de appella. Sed vide quod licet ibi posset appellare tertius qui non fuit in iudicio tamen ei non preiudicabatur quod innuit tex.dum dicit quod tertius ille bene erat tutus absq; remedio appellationis. in isto tamen articulo. domi. Anto.in penulti. colūna. huius.c.causam simpliciter tenet quod acta inter alios facta soluz faciunt aliqualē presumptionez. ¶ Adde tu an acta facta in vno iudicio faciant fidem in alio, Fulgo.consi.clxxxiij.& an acta facta pempta instantia faciant fidem in causa appell'.per eundem consilio clxxij.& vide Ange.consil.ccxlviij.& an acta facta in causa conuentionis pbent in causa reconuentionis vide Alexan.consil.lxxxij.j.libro & an acta facta cuz possessore ciuili probent cū possessore naturali. vl'ecōtra. vide Fulgosi.consilio cxciiij.& de eo qd hic addens.in fi.dicit.vide Romi.consi.cccxlij.et an sit v̄a regula cui non nocet sententia nec nocent acta. vide Areti.consilio.lxxxij.et quid.de testibus receptis inter alios.vide per eundem consi.clxiij. Anto.Francis. ¶ Circa istū passuz an acta facta in vno iudicio faciant fidē in alio perempta instantia inter easdem personas vel inter diuersas. ¶ Addō tātūmodo.quia materia est longa et prolixa & multa attingunt hic per appo.ea que habentur per Bal.Sali.& Moder.ac etiam nouissi.in.l.fi.C.de testi.vbi hec & alia multa inuenies.

in alio.distingue aut instātia iudicij nō est perempta aut sic:puta per lapsuz triennij de iure ciuili:vel per absolutionē factā ab obseruatiōe iudicij pter ineptitudinem libelli vel pter contumaciā actoris scdm vtrunq; ius.iuxta not.in.c.consuluit.de offi.de leg.& c.examinata.de iud.& in.l.& post edictuz.ff.de iudi. Primo casu hec omnia acta siue sint ordinatoria siue instructoria cause fidem faciūt coram iudice surrogato vt super eis possit pcedere sicut predecessor.hec pbantur hic iuncto.c.fina.de pbatio.& in.l.mortuo.ff.de iud. Idem enim videtur iudex.arg.l.proponebatur.ff.de iudicijs.& c.innotuit.de elec.& c.ecclesia sancte marie.§.vt lite pendē. Idem dicendum corā iudice appellationis:vt in.l.is apud quem.C.de edē.& c.cum ad sedem.de restitutione spoliatoꝝ.& c.p tuas.j.de app.cū ibi notatis.de satisdatiōe vero de iudicato soluendo vel iudicio sisti:dic vt plene leg.& not.in.l.cū apud.& l.iij.ff.iudi.solu. ¶ Sed dubito quod in iudice alterius tribunalis vtrum acta saltem iudicij ordinatoria faciant fidē corā eo vt super illis possit ferre diffinitiuam. Et credo q̄ licet acta cōcernētia inuestigationez veritatis faciāt fidem corā alio tribunali.arg.in l.cum antea.C.de arbi.c.inter dilectos.de fide instru.secus puto in concernētibus ordinationem ipsius iudicij:arg.opti.in.l.iij.in princi.ff.iudic.solui. Itez hec acta ordinatoria restringūtur ad ipsum iudicem vel surrogatum:vnde in his obseruat cōsuetudo cuiusq; fori.vt in.l.iij.§.fi.ff.e.& no.super rubri.de consuetudi.& hoc quo ad primum membrum quando instantia non est perempta. ¶ 2 † Circa hoc tamen dubitatur.primo quid si depositiones testiū nō fuerūt publicate[a] corā iudice respiciēte nūquid facerent fidem corā alio iudice:& hec qd etiaz cadit in alio mēbro qñ instātia est perēpta:vt pz ex infra dicēdis. Ja.de are.in.l.gesta.C.de re iudica.tz q̄ nō faciēt fidem & p hoc facit ille tex.dū requirit q̄ sint redacta in publica monumēta:& idē sentit gl.in.l.pperādū C.de iu.& in.c.fi.de pba.sup v̄.alioquin. Bart.in d.l.cū lite.tenet q̄ faciant fidē & petet publicatio ab illo iudice alteri⁹ instātie corā quo pducunt. ad hoc allegat Innoc.in.c.alberic⁹.j.eo.& vide p eū oīno in.c.cū in tua dioceſi.j.eo.d.Ant.tz q̄ est in optione partiū an velint illi⁹ fidē adhiberi an de nouo eosdē testes pducere per.c.cū cām.j.c.in fi.nisi testes illi essent mortui.arg.c.pñtata.j.eo. Ego puto q̄ corā iudice surrogato siue sit eiusdē tribunalis siue appellatiōis in dubio faciēt fidē qr cēset idē iudex.d.l.mortuo.& l.pponebat.ff.d iudi.& d.l.is apud quē.alias sequeret q̄ snīa lata sine publicatione testiū nō posset ꝯfirmari per iudicē ad quē nisi de nouo pducerent testes.qd nō est dicēdū cū ad validitatē snīe nō requirit publicatio attestationū vt no.Bar.i.l.platā.C.de sen.& interlocu.sed corā alio iudice nō surrogato posset dubitari.sed nihilominus credo q̄ faciēt fidē.& sequor in hoc Bar.& Inn.& p hoc bo.tex.in.c.constitutus.j.e. Item facit.c.qm̄ contra.de pba.vbi notari⁹ scribit depositiones testiū ad ppetuā rei memoriā:non ergo requirit publicatio ad fidem faciēdam cum autoritas notarij prestet eis fidem & nō publicatio:vt patet in.d.c.quoniam contra. Item publicatio nō fit ad prestandam fidem ipsius depositionis:sed vt disputetur super eoꝝ dictis:vt in.c.qualiter & qñ.§.debet.j.de acc.& in.c.presentium.j.eo. Non ob.illa.l.gesta.qr nō requirit publicationē fiendā scz per iudicem sed vt publica manu cōscribant. Nō obstat.c.cū causam.j.eo.quia non annullantur ibi testes ex defectu publicatiōis:sz potius ex alio defectu:vt ibi no. Inno.& cōiter doc.ita qd nullibi aperte pbatur opi.cōtraria. ¶ 3 † Secūdo dubitat circa hoc mēbrum & etiam sequēs inter quas personas faciant fidem hec acta. Solu.dicit hic Innocē.quē sequitur Bar.in.d.l.cum lite.qd valerent nō solum inter easdem personas inter quas facta sunt sed etiā inter eorū heredes:dum tñ ad idē & eodē modo agatur:vt.d.c.albericus.C.de lib.cau.l.iubemus.imo plus videtur fm euz qd omnia acta facta respiciētia causam esto q̄ sententia non sit lata prosunt non solum producētib⁹ et eoruz heredibus sed etiaz omnibus quibus res iudicata prodesset. Exemplū:aliquis a quo petebat fundus probauit per testes qd suus erat:postmodū vendidit illum Petro:certe proderunt attestationes Petro sicut pdessent ei sententie late pro venditore.ff.de excep.rei iudi.l.si a te.§.j.& §.iuli.& bene facit.c.inter dilectos.§.nec attestationes.de fide instru.arguēdo per locum a speciali:hoc tamen notanter limitat Bar.quando testes seu alia gesta sunt contra presentem. Si autem contra absentem contumacem tunc licet noceat contumacia non tamen alijs personis quibus alias preiudicasset si fuisset actum contra presentem.sicut dicimus in sententia:vt non noceat illis quibus alias nocuisset si fuisset lata contra presentē:quasi tunc videatur per iniuriam suam condemnatus ad hoc.l.papia.§.meminisse.& l.qui repudiantis.de inoffi.testa.l.preses.C.de pigno.facit c.fin.de emp.& vendi. ¶ 4 † Inter personas autem omnino extraneas non faciunt fidem sed aliqua lem presumptionem:[b] vt no.Bart.in.l.a sententia.ff.de app.& not.in.d.l.si duo patroni.ff.de iureiuran.& per Cyn.in.l.is apud quem.pcallega. ¶ 5 † Aliam limitationem ponit domi. Anto.dicens quod non faciant fidē inter alias personas quando agitur ad vtilitatem priuatam:sec⁹ si ratione publice vtilitatis vult iudex moueri ex officio suo ratione confessionis habite inter priuatas in alio iudicio. Exemplum actore agente cōtra beneficiatum et nihil probante reus sponte fuit confessus defectum iuris sui:licet non prosit confessio vt sentētia feratur pro actore ex quo nihil probauit de iure suo:nec vt reus priuetur cuz ad hoc non fuerit actum:tamen iudex ex officio suo poterit postmodum inchoādo nouā instantiam contra illum procedere virtute confessionis in alio iudicio inter alias personas:alleg. Spec. de act.& peti.§.super peti.et actionib⁹.ver.sed qd si re⁹. Ego allego Comp.& Jo.an.in.c.mādatū.de rescrip. Et aduerte quia idem voluit Innoc. in.d.c.qualiter & quādo.in fi.in alijs factis actis

a Sebasti.Sapia. ¶ Publicate. ¶ Quid autem si publicate fuerūt attestatiōes in vna instātia an possint produci in alia tendēte ad eūdē effectum.vide Alexā.in consi.lxj.incip.viso processu.in.iij.colum.in.ij.volu.& Feli.in.c.fraternitatis.col.vj.j.eo.

b Sebastia.Sapia. ¶ Presumptionem. An acta facta contra reum debitorem probent contra fideiussorem vide Alexan.in.l.de vnoquoq;.ff.de re iudic.et in.l.decem.colum.quinta.ff.de verbo.obligatio.et in.l.sepe.colum.vj.in fi.in.v.no.ff.de re iudica. Ang.aret.in.§.itē si qs in fraudem.insti.de actio.

dum age-

dum agerctur ciuiliter de crimine vt possit iudex postmodū super illis se fundare. qđ nō placet q2 multa forte opposuisset cōtra testes si credidisset ꝙ adducerētur ad tantū preiudiciū: secus in con fessiōe ꝓpria. in illa em̄ nō cadit excusatio: vt no. idem Inn. in. c. per inquisitionē. de ele. et contra illā opi. Inno. reperi gl. in. l. si quis ad se fundū. C. ad le. iulia. de vi pub. ⁊ Bar. i. l. ij. ff. vi bo. rap.

1 ¶ Et materiam huius glo. vide plene examinatā ⁊ forte melius ꝙ ali bi per Spec. in ti. de teste. §. j. in. xxiij. colū. ver. itē qđ deposuit sup alio. etiā in eo ti. §. sequitur. ver. illud aūt nō est. vbi examinat an valeat dictum testis examinati vel extra articulum deponentis: de quo vide per Bar. in. l. iij. §. diuus. el. iij. ff. de q̄stio. ⁊ in. d. l. si duo patroni. §. idē iuli. vbi plene. ff. de iureiurā. vide Barto. i. l. si quis legatum. in p̄n. ff. de fal. vbi dicit qđ testis deponens extra articulum nō dicitur peccare in forma.

✠ Sebasti. Sapia.

b ¶ Extra illū articulum. Quando dicatur deponere extra articuluз declarat Bart. et alij in. l. si patroni. §. idem iulianus. ff. de iureiuran. ⁊ in. l. j. colū. ij. ff. si cer. pe. Lanfran. de oria. in repe. c. quoniam cōtra falsam. in verbo testiū. col. xvj. versic. quero nunquid istud sit verum. et in repet. l. admonendi. colū. ix. ff. de iureiurā.

c ¶ Et vide hic. d. Anto. in. iiij. col. vbi dicit qđ si testis inductus super possessiōe deponit de ꝓprietate nō probat. Et idem dicit glos. fi. in. l. momētanee. C. q leg. pso. Sed tu contra hoc vide no. dictum Innoc. in. c. pastoralis. post princ. de excep. vbi dicit qđ si testes īducti ad probandū vnum deponunt super alio quod contingit principale negotium ad quod sunt inducti probant. et ideo dicit qđ si testes inducti ad probandum debitum dicunt deberi sed in diem ista dilatio proderit reo licet actor ad id testes nō induxit. Et pro isto dicto Inno. opti. facit quod no. do. Anto. post Inno. in. vj. col. ⁊ melius in eodem. c. in. xvj. col. in. c. cum olim. de censi. ⁊ qđ no. d. Ant. in. c. quintauallis. in ver. xxij. differentia. de iureiur. Et contra istam gl. no. dictum Bal. in. l. peremptorias. circa finem. ver. quero actor. C. sen. rescin. non pos. vbi dicit ꝙ si testes inducti ad probandū mutuum dicūt fuisse factum pactum de non petendo qđ ex hoc erit probata defensio rei: licet ad hoc nō essent producti testes cū contingat negotium principale igitur in proposito cū questio super proprietate absorbeat questionem possessionis ⁊ faciat causam momentaneam: vt in. c. j. de causa possessio. ⁊ proprie. ⁊ in. c. cum dilectus. eodē titu. videtur quod valeat dictum testis super proprietate deponētis tanꝙ contingentis negotium principale. Contrarium huius sentit Ioan. an. in addi. Spe. in ti. de teste. §. j. xxvij. colū. versi. hoc autem certum. in addi. que incipit nec ob. ver. ⁊c. quare in hoc articulo do. Anto. crederem distinguendū ꝙ aut questio proprietatis ⁊ possessionis simul tractantur: ⁊ tūc si testes inducti ad probandum super possessione deponūt super proprietate valet eorū dictum tanꝙ deponentium super re cōtingente etiam principale negotium ad quod sunt inducti et facientes illam questionem esse momentaneam. Aut versatur solum questio super possessione ad quam probandam sunt inducti testes. ⁊ tunc crederem ꝙ nō valeret dictum eorū si deponerent super proprietate: cum tunc forte non dicatur proprietas preiudicialis possessori. ⁊ cam nō videatur contingere cogita ⁊ intantum est vera ista regula ꝙ testis nō possit deponere extra articulum ad quem probandum est productus quod dixit no. Bar. in aut. at qui semel. in penul. col. versi. ⁊ ex predictis apparet. ꝙ si testis productus sup vno articulo deposuit etiam super alio quod nō continebatur in primo in necessitate probationis qđ nō impeditur pars post didicita testificata testes producere super illo articulo super quo prius deposuit primus ad id non productus: quia ex quo deposuit nō ꝓductus dictū suum nō nocet vt etiaз dicit Bald. in le. quoniā liberi circa prin. C. eo. Et illud idem quod Bar. in. d. aut. at q semel. tenet etiā do. Ant. in. c. fraternitatis. in. xvij. colū. s. eod. dicens hoc verum: qñ vnus testis iurauit sup vno articulo tantum et deposuit etiā super alio. secus dicit si iurasset sup tota causa. Adde hic quod no. dot. Anto. in. c. cum causam. el. j. j. eo. in. ij. colū. vers. inducit Io. an. vbi dicit deponere super non contentis in libello poterit tamen deponere super circunstantijs ad petita in libello. Et adde hic omnino do. Anto. in. c. super hoc de renuntia. in. vj. col. ver. ex quo habes vbi limitat hanc decreta. de testibus. et vide Inn. in. c. inquisitionis. in glo. sua magna. que est super versi. afferunt. in fi. de accusa. et quod pulchre scribit domi. Anto. in. c. cum causam. el. j. xix. col. versi. tertio est dubium. j. eod. Item adde hic quod not. Bar. in. l. j. ff. si cer. pet. ⁊ ibi etiam vide Pau. de cast. qui vltra Bart. alle. tex. ⁊ ibi Ange. in. l. iam dubitari. circa medium. ff. de heredi. instituen. Item adde hic Bald. in fi. penul. colum. de confes. vbi dicit post Inno. ꝙ testis iurans dicere veritatem: intelligitur iurare super omnibus contingentibus negotium. Item adde quod ad dictū testis producti super fama qui deposuit super veritate criminis non potest fieri cōdemnatio. text. est secundū vnum intellectum in. c. inquisitionis. §. tertie. ⁊ ibi gl. in verbo super illis. de accusa. Item quod testis qui iurauit dicere veritatem super principali videat iurasse super dependentibus ⁊ connexis. et per consequens super eis deponendo non videatur deponere citra articulum firmat Ange. in. l. ij. ff. de iurisdi. om. iudi. de quo vide qđ not. post Innocen. in. d. c. ij. de confes. quod not. Bald. in. l. testium. in. ix. colum: versicu. circa tertiam. C. eo. Item an testis deponens falsum extra articulum super quo est iuratum puniri debeat de falso. vide eleganter per Bal. in. c. cum venerabilis. in penulti. colum. de except. vbi alleg. Cy. in l. j. C. de sepul. violato.

¶ Adde tu an testis deponēs extra articulum probet Ang. consil. lxix. Alex. consil. v. j. lib. ⁊ an si iurauit dicere veritatē in presenti causa intelligat de tota. vide Are. consi. cxlj. ⁊ an puniatur cum dixit falsum extra articulum: vide per eum. consi. lx.

secundū membrū prosequitur ibi: si vero. ¶ Casus literalis. aliquis trahit aduersariū suum in causam: reꝰ obijcit exceptionem dilatoriam induxit testes ad eam probandam iuramento ꝓstito altera pars petit eos compelli: vt deponāt super negotio principali: queritur vtrū sint ad hoc cogendi. Respōdet papa quod si testes inducti sint solūmodo ad exceptionem dilatoriā probandā cum super illa tantum iurauerint dicere veritatē super negotio principali non debent audiri nec compelli ad testimoniū perhibendum: qr deponerent non iurati. Si vero inducuntur ad exceptionē peremptoriā probandā: ⁊ altera pars petat vt super negotio principali deponant ⁊ vt iurent super illo dicere veritatem sunt sine dubitatione ad hoc cogendi: nisi forte sufficiens productio super principali iam sit facta: vel nisi sit renūtiatum productioni testium vel nisi depositiōes testiū sint publicate. Ber.

1 ¶ † Not. j. ꝙ non valet dictum deponentis sine iuramento non solum quādo nullo modo iurauit: sed etiam quādo iurauit super articulo certo ⁊ deposuit extra illum.

2 ¶ † Not. ij. ꝙ testes inducti per aduersariū meū ad certum articulum probādum possunt peti a me examinari super alio articulo seu super tota causa dummodo non resultet contrarietas vel iuris ordo perturbetur: ⁊ vtrūqз resultaret si inductus super dilatoria probāda compelleretur deponere super principali. nā dilatoria indicat nō procedendum in principali: si ergo simul deponerēt super principali resultaret cōtrarietas: supra de iudicijs exhibita. turbaretur enim ordo iuris: quia lite non contesta. testes non sunt recipiendi super principali. s. vt lit. non contest. per totum. sed si inducantur super peremptoria omnia predicta silent cum dilatoria coheret negotio principali ⁊ lis iam est cōtest. ⁊ testis debet esse communis vtriqз parti: licet per aliū tātum producatur vt in. c. non sane. xiiij. q. v. not. glo. in. c. fraternitatis. s. e. ⁊ ex hoc habes rōnes decidēdi ad vtrūqз membrū huius. c. ¶ Not. iij. testem cogēdum ad deponendum pro vtraqз parte. ¶ Nota tres terminos exclusiuos productionis testium. primus si sufficiens productio facta est in causa. secūdus si renuntiatū fuit productioni testium. tertius si attestationes publicate sunt. Et no. qđ in his casibus impeditur nō solum directa productio sed etiam indirecta vt non examinetur super principali etiā productus per aduersarium super perēptoria.

3 a ¶ † Uenio nunc ad glos.ᵃ ⁊ primo quero quare tex. iste dicit ꝙ testis ꝓductus super dilatoria non debet audiri sup principali: quia deponere non iuratus: hoc enim videtur falsum cum quilibet testis iuret. s. eo. c. fraternitatis. ⁊. j. eod. tuis. Sol. glos. ij. quod licet iuret super dilatoria non tamen super tota causa: ⁊ ideo extra illū articulūᵇ deponeret non iuratus.

b c ᶜ Sed querit glo. in secunda parte quid si pars aduersa petat vt iuret. respondet ꝙ si producitur testis super dilatoria que proponitur ante lit. conte. non debet cōpelli iurare sup principali: quia obstat defectus lit. contest. Aduerte sentit enim glos. secus esse in dilatoria que preponeretur post lit. cōtest. quod tenet apertius Hosti. licet sit declinatoria. exemplum est in. c. insinuāte. de off. deleg. Ioā. and. renet contrarium ⁊ adducit. c. exhibita. de iudi. Et hoc verius per rationem quam dixi. s. vt euitetur contradictio que ita imminet si dilatoria proponitur post lit. contest. sicut si ante. Et ex hoc dicit idem esse in peremptoria que proponitur in vim dilatorie: vt in exceptionibus litis finite quando proponitur ad impediēdum processum iuxta id quod habetur in. c. j. de lit. contest. lib. vj. eadē enī est ratio in illis sicut in puris dilatorijs. ¶ Quid autem in dilatoria solutionis. dicunt Pe. Abb. ⁊ sequuntur communiter doc. ꝙ idē qđ in peremptoria: quia illa habet naturam peremptorie cū probetur post lit. cōtest. C. de proba. exceptionē. sed tu dic melius quod aut dilatoria solutionis opponitur ad effectum differendi processum: et tūc cum sit pure dilatoria et opponatur ante lit. contest. idem est in ista quod in alijs per ratiōes supradictas. aut opponitur ad effectum differendi executionem sententie: ⁊ sic post lit. cōtest. ⁊ tūc cum habeat naturam perēptorie saltem quo ad materiam idem dicēdum quod in peremptoria: ⁊ procedit dictum doct. hoc enim casu cessat contrarietas cum tacite velit procedere super principali: licet velit differre executionem. ita non turbatur iuris ordo cum sit lit. contesta. facta. ¶ Et no. ex hac gloss. iuncto tex. quod non solum directa productio testium fieri non potest super principali lit. non contesta. sed etiam indirecta vt hic.

4 ¶ † Glo. in versi. cogendi. querit an pars producens possit illos testes reprobare quatenus aduersarius petit eos examinari super principali. ⁊ dicit ꝙ non: ex quo semel illos approbauit. iiij. q. iij. §. si qs testibꝰ. ⁊ hoc clarissimū puto. Sed dubium est quid in isto qui petit illos examinari super toto negotio: nūquid poterit illos postmo-

a ✝Sebasti. Sapi. ¶ Iurauit. Vide Cy. ꝛ alios. in. l. iusiurandi. C. de
test. vbi tenēt ꝙ non valet dictū testis de quo latissime tradit Mar. si.
Bono. in repe. l. si. char. xxij. C. de proba.

b ¶ Io. an. Adde do. Ant. j. e. cū cām. in vlt. col. ꝛ qd si appareat dictū te
stis receptū legaliter: sz nō apparet ꝙ ipse iurauerit an valeat eius dictū
vide. d. Ant. in. c.
si. in. ix. colū. de iu
reiur. Adde ēt ꝙ
lz dictū testis nō
iurati nō pbet:
facit tñ presum-
ptionē. gl. est in. c.
cū olim. el. j. ī vsic.
quorūdā. de pui.
ꝛ de. q. h posita p
d. Ant. ī. ij. col. vi-
de oīno p bal. ī. l.
iurisiurā. circa pn.
C. e. ēt facit optie 5
ad hoc qd plchre
no. Do. ī. c. vt cir-
ca. §. j. in vlt. colū.
post gl. ī ver. pstito.
to. de elec. in. vj. et
ī terminis Bal. ī
c. fraternitatis. in
ij. col. ver. quarto
no. s. eo.
¶ Add etiam ꝙ
lz dictū testis nō
iurati nō probet
facit tñ presump.
gl. est in. c. cū oliz.
el. j. in ver. quorū-
dā. de pui. ꝛ de. q.
h posita p Ant. ī
ij. col. vide oīno p 6
Bal. ī. l. iurisiurā.
circa princ. C. e. ēt
facit optie ad hoc
qd pulchre notat
Do. in. c. vt circa.
§. j. in vlt. col. post
gl. ī ver. pstito. de
ele. in. vj. ꝛ i termi
nis bal. ī. c. frater-
nitatis. ī. ij. col. v.
tertio nota. s. eo.
Antoni⁹ Frācis.
¶ De teste depo
nente ex articulū 7
dicas ꝙ nō pbat
qꝛ nō vr depone-
re iuratus qm te-
stis dz deponere
cū iuramēto: vt ī
l. iurisiurādi. C. de
testi. et dz iurans 8
dicere ad plenum
veritatē fm bal. ī a
l. j. ī. ij. col. si inter
do. ꝛ vasal. lis ori.
imo non psumit
iurat⁹ ex vbis no
tarij dicentis: ta-
lis iurauit vel ta-
lis iuratus ꝛc. vt
p Fe. de se. in ɔsil.
ccviij. inci. qrit an
dña margareta.
imo testis deposi
tio tradit ad tps
iuramenti: vt per
gl. in cle. j. de offi.
dele. ꝛ p Bart. ī. l.
damni. §. sabini. ī
vl. col. ꝛ ibi p Ale
xan. alleg. multas
ɔcor. ff. de dā. ife.
imo dicim⁹ qd te-
stis habilitas inspicit tpe iuramēti. vt p Bart. in. l. j. in. j. opp. C. de test.
ad. l. testiū. §. cōditionē. de testa. ꝛ vide Ang. cōsi. suo. j. vbi plene loquit
de hac materia: imo testis dz iurare in iudicio ꝛ in manibus iudicis ni
si forsan de cōmissione iudicis in manib⁹ notarij. als non probat vt est
gl. in. l. iij. in. §. sabino. ff. de testi. ꝛ ideo ex quo deponit extra articulum
dr deponere non
iuratus nec dicit
deponere falsum
neqꝫ facit aliquā
psumptionez aut
iudicium.
c ¶ An testis pos-
sit deponere per
scripturam. vide
oīno tex. ꝛ d. An.
in. c. lz ex qdā. j. e.
ꝛ circa articulum
hic positum vide
text. ꝛ do. Abb. et
qd ibi late apostil
laui in. c. a nobis.
j. qui matrimo. ac
cu. pos.
Antoni⁹ Frācis.
¶ An testis pos-
sit deponere ī scri
ptis ꝛ valeat eius
dictū put cōiter
seruatur in ista ci
uitate venetiarū:
dicas qd pōt de-
ponere manu p-
pria in scriptis et
dare iudici nisi iu
dex vellet ipse in-
spicere qualitatez
ꝛ vultum testis vt
possit videre quo
vultu et quo pa-
lore loquatur. ita
voluit Bart. in. l.
theopōpus. in vl.
col. ff. de dote ple.
de quo vide per
Bal. in. l. in bone
fidei. in. iij. col. C.
de re. credi. vbi ēt
p Alexan. et vide
Spe. ꝛ ibi p Ioā.
and. in addi. in. §.
nunc tractādum.
in ver. qd de mu-
to. in ti. de testi. et
vide que habētur
in. l. a diuo pio. ff.
de re iudic. ꝛ vide
Bald. in. l. iurisiu
randi. in. j. col. C.
de testi. ꝛ per Lā-
frā. in. c. qm ɔtra.
in ver. testis. in. ij.
col. de proba.

dum reprobare cū non fuerit principalis produ-
cens. Hostiē. tenet hic ꝙ non cum reprobatio sit
odiosa. hoc limitat verum nisi ex vi protestatio-
nis. j. eo. presentium. ¶ Nota hoc dictum Host.
multum enim extendit illud. c. presentiū. sed non
puto hoc verum. nam hec protestatio est contra-
ria facto cum illos approbet petendo eos exami
nari super toto negotio. ꝛ sic talis protestatio nō
adiuuat post factum contrariū: vt in. c. cum. M.
de consti. ¶ Nec ob. c. presentium. qꝛ non loqui-
tur in eo qui petit eos examinari: sed in eo quem
petunt examinari. ꝛ satis hoc colligitur ex fine il-
lius litere. ¶ †Gloss. vlti. in princi. colligit ex tex.
exceptionem peremptoriā posse probari post pu
blicatas attestationes in principali: ꝛ ante addu
cit multa iura: ꝛ satis bene probatur hic. nā text.
iste distinguit vtrū testis productus super perem
ptoria debeat examinari super principali an sint
attestationes publicate vel non ꝛ vtroqꝫ casu ad-
mittit testes ad peremptoriā probandam. addu
cit simile in reprobatione testiū que licet sit perē-
ptoria potest tamen fieri post publicationem. et
reputat istud stultum: qm quis vult illā perēpto-
riam probare ante publicationē. ¶ Aduerte cir-
ca duo. Et primo circa primū dictum an ꝛ quan-
do peremptoria possit probari post attestationū
publicationem. dic vt plene dixi de ordi. cog. ca. j.
¶ Circa secundum quantum glo. dicit quod ex-
ceptio contra personas testium est peremptoria.
dic vt latius dixi in. c. ex parte ade. s. eo. tit. in reli
quis glos. est clara. ¶ †Extra glo. opp. ꝛ videtur
quod etiam parte aduersa non petēte testes sunt
interrogandi super tota causa. xiiij. q. v. non sane.
ꝛ iurare debet pro vtraqꝫ parte dicere veritatem.
vt not. gloss. in. c. fraternitatis. s. eodem. Sol. dic
post Host. Aut producitur testis super toto ne-
gotio vel simpliciter in causa ꝛ tunc etiam parte
non petēte cogitur iurare super toto negotio vt
in contrarijs. ꝛ facit. j. de priui. quia circa. cū suis
cōcor. Aut producitur testis super certo articulo
ꝛ tunc nō iurat nisi super illo. ꝛ quatenus tangit
ille articulus debet deponere veritatē pro vtraqꝫ
parte: vt. d. c. non sane. sed si aduersa pars petit il
lum examinari super toto negotio: serua qd hic
dicitur. ¶ †Quero pro declaratione litere in fine
qm renuntiatio impedit productionē testium. di-
cunt doct. qm est facta ab vtraqꝫ parte. nam pars
que renūtiauit posset testes producere. ideo cau-
ti aduocati nō patiuntur alterā partem renūtia-
re nisi aduersarius etiam renuntiet. qd no. ꝛ vide
quid operetur hec renūtiatio. quod plene dixi in
c. cū venisset. s. e. ¶ †Vlterius inducitur hec lite-
ra. ad. q. nunqd valeat dictū testis si prius depo-
suit ꝛ postea iurant.ᵃ Gof. in sum. huius tit. ante
fi. tenet qd non. qꝛ prius debuit iurare ꝙ depone
re. iiij. q. ij. §. itē in criminali. ver. item iusiuran. et
d. c. fraternitatis. in fi. Bart. brixien. in. q. venera.
xlvj. tenuit contrarium quia iste nō est ordo sub-
stantificus. s. vt prius iuret. dicit tamen ꝙ Tācre
dus tenuit primū: tutius tñ est fm eum qd post
iuramentū deponat secūdo. Hosti. in sum. huius
ti. §. super quibus. ver. sed quid si testis. concor. cū
Bart. Spe. tractat ꝛ nil approbat eo tit. §. sequit.
ad fi. Archi. in. d. ver. itē iusiurā. ꝛ. xxij. q. ij. omne.
tenet primum. ꝛ allegat hoc. c. vbi ponderatur ꝙ
dictum istorū non valeret: quia deponerent non
iurati ꝛ hoc sequitur do. Ant. hic quia iuramen-
tum videtur de substantia testimonij. Gaf. ponit
hic duas opiniones quas dicit posuisse Io. cald.
patrem suum. Prima ꝙ aut pars petijt ꝙ prius
iuraret ꝛ nō valet: als secus. Secunda ꝙ si incon
tinēti post depositionem iurauit valet: qꝛ que in-
continenti fiunt vident inesse. de elec. officij. ꝛ. l. le
cta. ff. si cer. pe. Ego puto ꝙ aut remittit iuramē
tum saltē vt in principio nō iuret ab vtraqꝫ parte
ꝛ valet. vt in. c. tuis. j. eo. aut nō interuenit remis-
sio ꝛ non valet: qꝛ iura cōmuniter exigūt vt testes
prius iurent: vt in. c. fraternitatis. in fi. s. eo. ꝛ hic
ꝛ in. d. ver. itē iurisiurā. ꝛ. iij. q. ix. hortamur. ꝛ hic
ordo videtur substantificus vt timore iuramenti
dicat veritatem. Si aūt prius deposuisset postea
non prodesset tātum iuramento: qꝛ timeret reuo
care ne puniretur per iudicem. ar. l. nullum. C. de
testi. ꝛ. c. super his. de pe. ꝛ dixit falsum forte cre-
dens non iurare. pro hoc vide bonā glo. in simili
in. c. vt circa. de elec. lib. vj. in ver. corporali. q dicit
qd vbi dispositio exigit iuramentum cum tactu-
ra non sufficit si iuratur sine tactura: quia nō ita
astringitur ad veritatem dicēdam sine tactura si-
cut cū tactura. argu. xxij. q. j. mouet. ꝛ qd not. In-
9 no. in. c. ꝛ si christus. de iureiurā. ¶ †Aduerte tñ
qd licet iuramētum sit de validitate testimonij ex
dispositione iuris: non tñ est de substātia falsi te-
stimonij: vnde si quis ex obliuione nō iurauerit:
deposuit tñ falsum punit de falso acsi testimoniū
valeret ex quo deposuit ī forma testimonij: vt ple
b ne disputat ꝛ concludit Ioā. and.ᵇ in regula non
est sine culpa. de reg. iur. lib. vj. in mer. ꝛ Bar. post
Richardū malum. in. l. si quis legatum. ff. de fal.
10 ¶ †Vltimo hic queritur quid si testis scripsit te
c stimonium ꝛ tradidit scripturāᶜ iudici an valeat.
Gof. hic ꝙ non: quia iudex debet considerare vo
cem cōstantiam ꝛ trepidationem. ff. de questio. l.
de minore. §. ij. ꝛ. v. q. ij. relatum. ꝛ. iij. q. ix. testes. ꝛ
hec vera in illo qui verba loqui pōt. secus in mu-
to. de quo in Spe. eo. tit. §. nūc tractandū. ver. qd
de muto. Sed aduerte qꝛ Bart. in. l. theopōpus.
ff. de dote prele. dicit ꝙ testis pōt dictum suū scri
bere ꝛ tradere iudici: ꝛ valebit per illū tex. licet iu
dex possit compellere testem ad referendum viua
voce vt facilius comprehendat veritatē. Ego pu
to hoc dictum Bar. esse de directo contra. d. c. te-
stes. vbi expresse dicit ꝙ testis non debet testimo
nium suū deponere per scripturā: quare puto qd
altera partium posset cōtradicere ꝛ contradicen-
do annulare testimonium. Nec ob. d. l. theopom
pus. tum quia ibi non loquitur in vero teste sicut
hic loquimur: tum quia pars ibi non contradice-
bat nec partes possent etiam iuramentum remit
tere: vt in. c. tuis. j. eo. tit.

1 ☞ Tertius comparens pro interesse suo ad-
mittitur ad iudicium: sed nō ad petendum vt te-
stes publicentur.

2 Idē testes nō sunt in eadē causa super eodē arti-
culo examinādi nisi attestationes sint deperdite.

3 Depositio attestationū facta penes partē exclu-
dit illam quominus possit alios testes produce-
re si attestationes non sint sigillate.

4 Agitata corā conferente vel eligente: an noceant
ei cui facta est collatio.

5 Attestationes minus validas possunt partes ra
tas habere.

Constitutus.

Attestatio
num publi
catio nō fit ad petitionem tertij ꝛ pars
apud quam deposite sunt attestatio-
nes nō potest vlterius testes producere: vel sum-
ma sic fm alium intellectū. Dicta testiū non sunt
ad petitionē tertij publicāda. hoc primo. Is qui
produxit testes corā certis iudicibus non pōt ad
eundē effectum coram iudicib⁹ alijs illos produ
cere: sed illorū attestationibus debet esse conten-
tus. h. d. Prima pars pcessum narrat. Secunda
interloquitur: ꝛ interloquēdo commisit. scda ibi
nos aūt. ꝛ quia litera est multum inuoluta: pone
sic casum in terminis. Decano ꝛ capitulo ebora-
ceñ. fuit concessum priuilegium vt archiepisco-
pus eorū personam institutā per eū in dignitate
vel prebenda

vel prebẽda vacante deberet p̃sentare decano ⁊ capitulo: ⁊ per decanũ deberet installari: ⁊ si hoc modo nõ conferret intra sex menses a tpe vacationis liceret capitulo alium instituere. Contigit ꝙ archidiaconatũ vacantem contulit archieps̃ magistro honorio: ⁊ scripsit dũtaxat capitulo elapsis sex mensibus a tpe vacationis. decanus ⁊ capitulũ pretendentes collationẽ esse deuolutã ad eos: tum autoritate lateranẽ. concilij j. c. ij. de cõces. prebẽ. tum priuilegij ratione: qꝛ nulla in literis fuerat facta mẽtio de decano dictũ archidiaconatũ contulerunt magistro Roge. ⁊ eũ introduxerunt in possessionẽ. ratione huius institutionis quã archieps̃ dicebat non canonicã orta fuit cõtentio ⁊ lis inter archiep̃m ⁊ illũ magistrũ Rogeriũ prouisum per capitulum. Legatus corã quo fuit mota qõ commisit cãm ep̃o ⁊ decano linconieñ. ⁊ archidiacono de norcauo: corã quibus testes fuerũt producti per vtranqꝫ partẽ. hac lite pendẽte coram eis ille Honorius ꝓuisus per archiep̃m vidẽs cãm agitari sup institutione sui aduersarij timẽs sibi preiudicium irrogari immiscuit se liti. ⁊ ꝭm vnum intellectum produxit ibi testes pro suo interesse ad probãdam suam institutionem canonicam ⁊ alterius minus iuste. Producente lite iste magister Honorius spoliauit dictũ Rogeriũ post appellationẽ per eum interpositã ad papam. ille sic spoliatus impetrauit literas ad delegatos sup restitutione sua a quibus iudicibus dictus Honorius appellauit: ⁊ literas reuocatorias impetrauit forte ex aliqua causa volebat restitutionem fieri non debere ac etiam existẽs in curia postulauit a papa vt faciat aperiri ⁊ publicari illas attestationes receptas inter archiepiscopum ⁊ illum Rogerium: vel saltem liceret sibi illos testes reproducere in hac causa: procurator illius Rogerij contradicebat: quia cum illi testes non fuissent inducti in hac causa: sed inter alias personas non debebant publicari ad petitionem huius: nec etiam debebat admitti ad producendum alios testes cũ ipse produxisset testes super eodem capitulo coram illis iudicibus et attestationes fuerat percunctatus cum fuissent deposite apud eum: ⁊ hoc ꝭm vnum intellectum. scd̃m alium volebat reproducere illos testes quos ipsemet produxerat coram alijs iudicibus: ⁊ papa fuit interlocutus: vt patet in litera: in ver. nos. ⁊ responsio seu interlocutio pape habet duos intellectus. Primus quod si iste Honorius produxit testes coram illis iudicibus: ⁊ attestationes fuerunt apud eum deposite non admittanꝛ amplius super illo articulo. Secũdus intellectus ꝙ si ipse produxit ibi testes ⁊ attestationes sunt salue: qꝛ fuerunt deposite apud eum. s. legatũ delegantem quãtumcunqꝫ non fuerint publicate: nõ debet admitti ad producẽdum eosdẽ testes: sed debet esse illis attestationibus ꝯtentus: cum possit illas producere coram istis vltimis iudicibꝰ. non tamen negatur quin possit alios testes ꝓducere alio impedimẽto non obstante: ⁊ vterqꝫ intellectus est verus in se: ⁊ per hoc habes clare intellectus huius. c. sine quibus male ⁊ difficulter possit intelligi. ¶ Casus literalis. Vacante archidiaconatu richimundie archieps̃ eboraceñ. ad quẽ pertinet collatio eiusdem tunc absens hoc audito contulit archidiaconatum illum magistro Honorio. decanus ⁊ capitulum eboraceñ. credentes potestatem conferendi deuolutam ad eos autoritate lateraneñ. cõcilij: tum etiam autoritate priuilegij sui archidiaconatum ipsum contulerunt magistro Rogeri. ⁊ ipsum induxerunt in possessionẽ ipsius. Sed magistro Hono. post appellationẽ spoliauit eundem propter qõ magister Roge. ad dominũ papam accedens super restitutione sua ad iudices literas impetrauit. Sed magister Honorius accessit ad curiam ⁊ literas reuocatorias impetrauit. Unde ꝓcurator Rogerij ad dominũ papam accedẽs ex parte Roge. ꝓposuit. Inter alia predictꝰ Hono. postulauit vt dñs papa quasdam attestationes faceret aperiri que in eadẽ causa fuerunt recepte. procurator Rogerij respondit illas nõ esse aperiendas: cum testes illi non fuissent inducti in hac causa: sed in illa causa que inter archiep̃m eboraceñ. ⁊ eũdem Roge. vertebatur. do. papa noluit eas aperiri: sed causam cõmisit quibusdã iudicibus ita. s. ꝙ si constiterit eis dictũ Hono. testes pro se corã alijs iudicibus delegatis produxisse sit cõtentus attestationibꝰ illis depositis apud ipsum. alioquin si nullos produxit eo nõ obstante ꝙ testes illi quorũ dicta Hoñ. petijt aperiri: producti fuerunt coram iudicibus illis si pro dicto Hono. producti fuerunt ad testimoniũ admittantur. Ber. ¶ † No. j. vnũ notabile dictum qõ hic colligitur ꝭm vnum intellectũ ꝙ licet tertius cõparens pro interesse suo admittatur ad iudicium: vt in. c. veniens. ĩ. eo. ⁊. c. cũ super. de re iudi. ⁊. l. si suspecta. ff. de inof. test. nõ tamen põt petere vt attestationes recepte inter ꝑtes principaliter cõtendentes aperiantur ⁊ publicentur: vt satis probatur hic. Et per hoc amplio dictũ commune hic vt ad petitionẽ tertij attestationes non sint publicãde etiam si ille tertius non sit omnino extraneus: sed habeat aliquam cõmunitatem in illa causa etiã testes producendo. qõ est no. ¶ † No. ij. ꝭm vnum intellectũ ꝙ ijdẽ testes nõ sunt in eadẽ causa iterũ producẽdi super eodem articulo ⁊ inter easdẽ personas licet contingat iudicum mutatio: ex quo enĩ attestationes illorum non sunt deperdite debẽt coram istis secundis iudicibus ꝓduci. secus aũt vbi essent deperdite: ⁊ vtrũqꝫ probari videꝛ in. c. fi. de proba. satis enĩ est ꝙ semel fuerint producti. arg. c. significauerunt. in fi. ĩ. eo. ⁊ per hoc euitatur suspicio ⁊ periculũ falsitatis ⁊ corruptionis. facit qõ no. Bar. in. l. eos. ff. de fal. ¶ † Scd̃m alium intellectũ no. ꝙ ex quo attestationes fuerũt deposite penes partẽ[a] etiã non facta publicatione solenni non põt pars depositaria super illis articulis vel directe contrarijs testes producere. ⁊ hoc est qꝛ presumitur testificata didicisse ꝑ hoc. c. vltra tertiã. ĩ. eo. qõ est verum ꝭm Host. nisi attestationes clause ⁊ sigillate apud eũ deposite fuissent. ⁊ sic eas restitueret. facit. c. cũ olim. de offi. deleg. ¶ Not. ex hoc ⁊ ex tex. ꝙ attestationes pñt ex cã deponi apud partẽ. nã ⁊ quandoqꝫ quelibet pars remittitur ad superiorem cũ suis attestationibus ⁊ actis. vt in. c. dudũ. el. j. de elec. ¶ No. ꝙ attestationũ publicatio non nocet tertio quin posset sup illis articulis vel directe cõtrarijs testes pro suo iure producere etiã si nõ sit omnino certus: sed habeat aliquam cõitatem in illa cã. ¶ † Ultimo no. quidã ar. hic quod agitata cũ conferente vel eligente nõ prosunt vel nõ nocent ei cui facta est collatio: lꝫ sit disputatũ sup iure eligendi vel cõferendi. tu vide gl. no. que hoc disputat in. c. deniqꝫ. vj. q. iij. ⁊ de materia dic vt plenissime no. in. c. pe. ⁊. c. cum super. de re iud. ⁊ ad istũ tex. dic ꝙ solum facit qñ prouisus vel electus non tacet: sed instat pro suo iure defendẽdo: tunc enim non debent illa agitata sibi nocere: ex quo nõ patiꝛ aliquẽ experiri de iure suo: sed ipsemet vult agere: vt. ȷ. c. pe. ⁊. l. sepe. ff. ꝺ re iu. Quid aũt si taceret ⁊ pateretꝛ illum agere: dic vt no. in locis preallē. ¶ Gl. per predicta sunt clare ꝑter glo. in ver. apud eũ depositis. q̃ querit nunq̃ sola depositio attestationũ apud partẽ sine alia publicatione excludit partẽ depositariã a productiõe testiũ. Glo. ponit opi. ⁊ videꝛ tandem cõcludere qõ nõ: sed requiriꝛ etiam publicatio: ⁊ sic legit literã cũ suppletione. Sed tu tene qõ dixi. aut quod fuerunt deposite ⁊ reddite sigillate. ⁊ ꝓcedit hec glo. aut aperte ⁊ ꝓcedit contrariũ. ⁊ ꝑ hoc iste tex. qui simpliciter ponderat depositionem apud partẽ. ¶ Gl. in ver. alioquin. querit de intellectu huius verbi alioquin. s. in quo aduersaꝛ precedentibꝰ: ⁊ rñdet vt ptꝫ in ea. Tu dic clarius ⁊ meliꝰ vt colligiꝛ in positione casus. põt enĩ dupliciter aduersari precedentibus ꝭm qõ duo intellectus applicanꝛ ad precedentia de quibus. s. ¶ Ultimo hic queriꝛ qd si vtraqꝫ pars cõsentiret vt ille attestationes inter archiep̃m ⁊ illũ Rogeriũ recepte faciant fidẽ in hac causa inter eũdem Rogerium ⁊ istũ. dicit Hosti. ꝙ tũc fieret publicatio illarũ: ar. C. de fideius. l. j. C. de arbi. l. pe. ⁊. C. e. l. fi. ĩ. eo. presentata. ¶ † Aduerte illud clarũ est ꝙ attestationes minus validas possunt partes ratificare: vt in. c. cũ causam. ⁊ ibi no. ĩ. eo. Sed nũquid debeat fieri apertura attestationũ aliarum personarũ ad petitionẽ tertij contradicente illa persona ad cuius petitionẽ attestationes recepte sunt. et credo qõ non. argu. c. j. de proba. sed ea consentiente sic.

1 ☞ Exceptio contra personas testium non est nec dilatoria nec peremptoria.

2 Publicatis attestationibus non potest opponi contra personas testium.

Et per iuramẽtum tollitur suspicio ꝙ quis non fecerit malitiose ⁊ non suspicio subornationis.

3 In dependentibus a conscientia alicuius standũ est suo iuramento.

4 An ⁊ quomodo protestatio faciat qõ quis possit producere testes post publicationẽ: et an cum protestatione requiratur iuramentum.

5 Quis qõ de nouo didicerit post publicationem que proponit per iuramentum.

6 Producens testes an possit eos reprobare vel dicta ipsorum.

7 Approbans vnum ad aliquod officium non potest illum reprobare ad aliud vbi requiritur eadẽ idoneitas personarum.

8 Approbans testes in vna causa: põt illos in alia reprobare.

9 Producẽs instrumenta non põt illa reprobare.

10 Si instrumentũ arguitur de falso: an possit producens vt euitet penam falsi dicere se nolle vti illo instrumento.

11 Iuramentum malitiose toties est prestandum quoties visum fuerit iudici.

Zacharias.

a ¶ Penes partẽ. Adde tu Lãfrã. de ori. in. c. qm̃ cõ. §. testium depositiões. nu. 35. ꝟ. viso de vno termino. ⁊ ibi in apost. bñd. vadi. in vers. attestationũ. s. de probati. de quo ꝑ Feli. i. c. vltra tertiã. in prin. ĩ. eod. Alex. de imo. ꝯsi. cij. volu. j. ⁊ consi. lxv. vol. iij. ⁊ pau. de ca. consi. x. inci. clarum est in iure. colum. ij. Antonꝰ Frãcis. ¶ Qñ dicta testium sunt deposita penes ꝑtẽ quãuis non sint publicata an possint alij testes ꝓduci putarẽ esse distinguenduꝫ an forte talia dicta sint deposita clausa ⁊ sigillata ⁊ tũc posset dici arguendo a rõne cessante qõ ex quo nõ põt esse suspicio ꝙ ꝑs didicerit testificata: ꝙ tunc possent adduci alij testes qꝛ cessat timor subornationis iuxta materiã. c. fraternitatis. ⁊. c. series. hoc eo. ti. sed si dicta testiũ nõ fuissent deposita sigillata putarem nõ posse admitti ad taleꝫ probationẽ faciendã ꝑpter timorẽ subornationis: vt in iuribus preallē. ⁊ ideo puto sup hoc multũ cogitandum.

a ¶ Pro pleno hui⁹ decre.intellectu: vide.d.Ant.§.e.in.c.ex parte ade. i n.xviij.& xx.col.& i.c.cũ cãm.el.j.in.vj.col.j.e. Itẽ vide Lap.alle.lxxxij.

b ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Qd exceptio. Vide Lap.allegatione.lxxxij.col.ij.Jo.de imo.in cle.constitutionẽ.col.v.de elec.cũ allegatis per Feli.in c.j.co.j.ver.dũ dicit gl.j.de excep.vbi dicit ꝙ exceptio in personas testiũ regulatur vt perẽptoria.

12 Protestãs se velle reprobare testes: an possit vti eorum testimonio pro se: et an potest renuntiari protestationi.

13 Jurans se malitiose nõ opponere: si deficit in ꝓbationibus an excusetur ab expensis.

a **Presentium.** [a] Publicatis attestationib⁹ non opponiꝶ in ꝑsonas testiũ. ¶ Tres casus excipit: & ad scdaʒ determinationem subdit.secundus casus ibi: nisi forsan. tertius ibi: vel ostendere.determinatio ibi: ceterum. ¶ Casus literalis. Quia post publicatas attestationes frequenter obijciebatur in personas testium malitiose causa differendi negotium statuit papa vt si aliquis post publicatas attestationes in personas testium aliquid obijcere voluerit: tunc demum id ei liceat si iuramẽto firmauerit ꝙ ad hoc ex malitia non procedat. nisi ante publicationẽ illud fuerit protestatus: vel nisi ostẽdere potuerit quod post publicationem didicerit quod obijcit in personas. Sed si aliquis fuerit protestatus se velle repellere personas testium post publicationes ipsorum si quid pro ipso dixerint de facili non credaꝶ. Berñ. ¶ † Nota primo 1 ꝙ exceptio [b] contra personas testium nõ est proprie dilatoria nec peremptoria nec mere sapit naturam alterius.nam dilatoria non est: quia non differt processum super principali sicut facit dilatoria. simile de iu.exhibita. nec sapit naturã eius quia non est necesse eam proponere ante lit.contesta.sicut debet proponi dilatoria.j.de re iudicata.inter monasterium.& l.fi.C.de exceptionibus. peremptoria nõ est directe: quia exceptio peremptoria est actionis exclusio. concernit enim directe actionem in iudicio deductam.l.j.& ij.ff.de exceptio. & institu.eo.post principium. no.in.c.exceptionem.j.de except.hoc autem nõ facit exceptio contra personas testium. nec etiam sapit ex toto naturam peremptoriarum cum nõ possit opponi publicatis attestationib⁹ sicut alia peremptoria.vt in.c.de testi.§.eod. Sed in duobus accedit ad naturam peremptoriarũ: primo quia potest opponi post lit.conte.secundo quia & si non directe saltem tamen indirecte perimit intentionem actoris: quia reprobatis testibus ius suũ perdit in effectu.§.de resti.spo.sepe. & ar.in.l.duo sunt titij.ff.de testa.tut. vide glos.not.in.c.ex parte ade. §.e.que dixit qd est peremptoria per obliquum. & vide quod ibi dixi. ¶ † Nota.ij.regulam & eius 2 rationem regula enim est quod post publicationem attestationum non potest obijci in personas testium scilicet eorũ qui deposuerunt. Ratio huius colligitur tacite ex tex.quia est presumptio ꝙ malitiose velit eos nunc reprobare postquã vidit quod deposuerunt contra eum quasi veniat nũc ad falsum obijciendũ prouocatus.sicut dicimus in simili quod timeꝶ subornatio in productione testium super eodem articulo vel directe contrario publicatis attestationibus vt plene dictum fuit in.c.fraternitatis.§.eodem. hoc colligitur ex eo: quia hec presumptio tollitur per iuramẽtum de malitia vt hic in tex. Et not.quod facilius tolliꝶ ista presumptio ꝙ̃ illa de subornatione.ad illam enim tollendam non sufficit iuramentum sicut ad istam.& forte hoc ideo qꝛ non est tantum periculum hic cũ poterunt isti probari boni testimonij & fame.iuxta ea que dixi in.c.qm̃.§.de proba.& in.c.ij.§.de ordi.cogni.non sic posset de facili sustineri cõtractus si probaretur per falsos testes contrarium. ¶ Nota tertio tres casus exceptos a regula suprascripta. primus si post publicationẽ iurat qd malitiose ad hoc nõ procedit.secundus si ante publicationẽ fuit protestatus qd volebat testes post publicationem reprobare.tertius si [c] protestatione nõ facta vult nunc probare ꝙ de nouo didicit que nunc obijcere vult. ¶ † Et 3 primo [d] casu not.ꝙ in dependentibus [e] a cõscientia alicuius standum est suo iuramento.facit.c.si vero.j.de iureiu.& c.nulli.de electio. lib.vj. hoc tñ non procedit indistincte: sed limita vt habes bonam gloss.in cle.si quis suadente.de pe.in glos.in ver.cõmode.de censi.cle.presenti.in ver.nõ negotiandi.& vide tex.in.c.tua.j.de sponsa. ¶ † Circa 4 scdm casum queritur qualis debet esse protestatio ista ad hoc vt admittatur post publicationẽ. dicit Innocẽ.ꝙ hec protestatio ꝙ liceat dicere in personas testium non est admittenda nisi iudex in hoc cũ aduersario consentiat quod fiat probatio post publicationẽ testium: quia cum hec protestatio sit contra ius commune non valet nisi ex iusta causa fiat vel interueniat consensus iudicis vel aduersarij.iuxta not.in.c.cum.M.de constit. & in.c.cumana.de electi. Aduerte quia hoc videtur prima fronte contra tex.qui permittit protestationem non facta mentione de consensu iudicis vel aduersarij. nec est hec protestatio contra ius imo secundũ ius cũ permittatur hic. Sed dic colligendo mentem Innoc.& huius.c.quod aut quis protestatur vt licitum sit dicere in personas testium post publicationem: specificatione aliter non facta. & procedit dictum Inn.non enim per hoc debet admitti post publicationem: quia est nuda protestatio & cõtra ius commune cum simpliciter velit admitti post publicationem.per hoc enim non satisfacit presumptioni iuris. Aut protestatur ꝙ vult testes repellere tanꝙ̃ nõ idoneos & procedit iste text.et hec protestatio sufficiat nec requiritur consensus iudicis vel partis. Et est ratio: quia hoc casu aperte dicit se velle reprobare testes: & sic tollitur presumptio malitie: & hoc casu loquitur proprie tex.iste vt colligiꝶ hic in versi. ceterum.& notabis hoc bene: quia est contra cõmunem practicam cum solum fiat protestatio generalis salua facultate opponendi in persona testium.non enim hoc sufficit vt predixi: qꝛ per hoc non dicit testes malos: sed solũ vult sibi reseruare facultatẽ opponendi contra ius cõe. Et aduerte.quia a principio non est necesse aliter specificare delicta vel defectus: sed postmodũ non debet admitti ad producendũ testes probatorios nisi prius specificet ea que probare intendit. & de hoc est tex.in.c.ij.eo.ti.lib.vj. & sic cõcorda istum text. & illũ.& attende: quia in hoc secundo casu text.ille non requirit iuramentũ sicut in primo.cuius cõtrarium videꝶ innuere.c.presentium.in fi.eo.ti.li.vj.vbi indistincte exigitur iuramentum malitie a volẽte reprobare testes. So. Inno.qꝛ istud est generale: illud vero procedit in eo qui vult reprobare testes super aliorum reprobatione inductos quare plus presumitur contra eum. & idem dicit seruandũ vbicũqꝫ iudex habet suspectũ producẽtem ex aliqua causa quo casu etiã cũ protestatione exigitur iuramentum ꝑm eum.& vide ibi bonã gl.& text.in.c.ij.in fi.de iura.calũ.lib.vj.vbi habeꝶ qd iuramentum malitie potest exigi in quacũqꝫ parte litis si hoc iudici expedire visum fuerit et sic non solum reprobare volente reprobatorios: e sed etiam probatorios potest alibi exigi iura-

c ¶ Adde tu aliuʒ casum i quo obijciꝶ exceptio in personas testiũ post publicatas attestatiões imo post sententiam: scilicet quãdo per iudicem fuit impeditus opponere. tex.est ꝑm intellectum glo.in versi. iuramenta.in fi.c.cum.J.& A.de re iudic.nec est mirũ qꝛ etiam exceptio dilatoria que alˀs opponi debet añ lit.contest.eo casu admittiꝶ post li.cõte.vt dicit gl.in.c.ex cõquestione.de resti.spol.et adde hic duas limitatiões ad istũ text.quas ponit Bal.in.l.si qs testib⁹.C.e.& inquãtum dicit debere procedere protestationes intelligitur quando ille contra quẽ producuntur testes est presens: secus si esset absens: qꝛ tũc non est necessaria.eo quia absens non intelligitur consentire. l.ij.in fi.ff.sol.matri.licet Nicol.de ma.dicat vt intelligatur qñ exceptio poterat opponi contra testẽ mero fauore partis: vt quia erat inimicus vel quia erat cõsanguine⁹ aduersario secus si poterat opponi fauore publico puta quia erat criminosus quia.tunc non erit necessaria ꝓtestatio vtrũ autem exceptio in personas testium que non fuit opposita in cã principali possit opponi in causa appellationis: vide glos.ma.in.c.j.de exce.& elegantissime per do.Fran.de are.in.c.ex ꝑte ade.in vlt.char.§.eo.& formã huius ꝓtestationis ponit Spe.in ti.de teste.§.sepe.in prin.

d ¶ Et primo in dependẽtibus a conscientia staꝶ iuramento alicuius vide.c.pastoralis.j.de exce.& glo.pul.in.c.proposuisti.lxxxij.distin.in glo. magna que vult ꝙ ignorantia probaꝶ per iuramentum & scientia etiã vt vult glo.multum not.in.l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de nego.gest.vide glo.in.l.j.C.ad legem corne.de fica.que vult ꝙ ad probandum qd quis dolo nõ fecit vt aliquem casu vulnerauerit probaꝶ iuramento: sed multũ contra illam glo.stringit doctrina. Bart.& cõmunis in.l.inter omnes.§.recte.ff.de fur.vbi dat istam regulam ꝙ quoties cõtra quẽ est aliqua presumptio non statur suo simplici iuramẽto quod est i casu dicte gl.per illã.l.primaʒ. cogita et per istã limitationẽ Barto.reprehenditur dictum not.Bal.in.l.secunda.§.penultimo.ff.si quis cautio.vbi voluit quod statur simplici iuramento meo dicentis qd citatio facta ad domum meaʒ ad meam notitiam non peruenerit: quia quilibet presumitur scire denuntiatam.glos.est multum notabilis in.l.si tutor.C.de peri.tut.aduerte etiam quod tantum istud iuramentum deferꝶ quãdo persona est fide digna secus si est persona vilis vel infamis: vt voluit gl.obliuioni nõ tradenda in.c.significasti.de homi.et Bald.in.l.falsus.in.iij.colum.ff.de furtis.pro quo facit quod vult notanter Angelus: i.l.qui in iudicio.ff.de accusation.vbi determinat ꝙ tunc statur iuramento damnum passi per formãm statuti quãdo est passus damnum in persona fide digna: idem in eo quod diciꝶ quod in parua summa statur iuramento mercatoris per id quod vult Bald.in.l.j.C.de confes.est verum si persona mercatoris est persona honesta et non vilis.ita vult Baldus in.l.cũctos populos.C.de sum.trini.& fide catholi.Bernar.forze.

✠ Sebasti. Sapia.

e ¶ In dependentibus. Vide Jas.post glos.ibi in.§.sed iste.colum.xx.institu.de actio.& Jas.in repeti.l.admonendi.charta xxx.colũ.ij.ff.de iureiur.Joã.de ana.in consi.xliiij.Feli.in.c.si diligenti.col.iij.j.de prescrip.vbi limitat istud qd dicit Abb.hic nõ procedere vbi ꝓsumptio iuris est in contrariũ quã limitationem etiã ponit Are.hic.

mentum

a ¶ Alia. Et hoc est verũ nisi testis fuisset prius approbatus in iudicio summario quia non posset opponi exceptio in iudicio plenario. tex. est in c. veniens. j. eo. et ibi vide do. Anto. in. vij. col. quid autem econtra si semel reprobauit testem in vno iudicio et fuit pronuntiatus inhabilis an possint eius personam approbare in alio iudicio: dic qđ non. sed. d. Anto. cõtra in c. cum olim. in. viij. colum. de cẽsi. qui ad hoc alleg. Inno. in c. cum venerabilis. de excep. Sȝ ego hoc limitarẽ nisi esset talis inhabilitas cuius habilitatio pendet a potestate partis per doctrinam elegantem quam tradit Do. post Archi. in. d. c. si qui vero. xxxij. disti. Quid autem in eodem 6 iudicio an possit testis ꝑ parte recipi: et ꝑ parte reprobari vide per Bal. in c. cum di- a lectus. in vlti. col. b de consue. et Do. l. d. c. si qui etc. Et vide. d. Anto. hic in. iij. colũ. ver. in- 7 quantũ tñ gl. vbi dicit ꝙ si produ- c xiuum testem in vno iudicio licet non fuerit examinatus non potero in alio iudicio eius personam reprobare. et hoc di ctum ponit Flo. in l. produci. ff. de testi. et alle. Spec. d in isto tit. in. §. sepe. et valde eũ cõmendat.

mentũ malitie premissa protestatione vel nõ si in dex hoc approbauerit. ¶ † Circa tertium casum exceptũ quero quõ ꝓbabit ꝙ de nouo didicit ea que nũc ꝓponit post publicationẽ. Dic ꝙ ꝑ iuramentum alś difficile posset probari. et hoc vult hic glo. in ver. didicerit. vide bo. tex. in simili. in c. nulli. de elec. li. vj. et c. vt circa. eo. ti. et lib. facit. c. innotuit. et qđ ibi no. eo. ti. de ele. ¶ Gl. j. format duas oppositiones et duas q̃ones: primo opponit sic. tex. iste videt̃ ꝑsupponere ꝙ liceat indifferẽter pti reprobare testes ꝯtra qđ facit: qꝛ ꝓducẽdo testes adeo approbat ꝑsonas eoꝝ: vt postea illos reprobare nõ possit. iij. q. iij. §. si quis testibus. Gl. met. tu ꝯtrã restringit tex. ad eũ contra quẽ testes ꝓducunt̃. producẽs aũt lȝ possit reprobare dicta non tamen personas: rationẽ diuersitatis vide in gl. ¶ Aduerte: qꝛ aut querit̃ de producente: aut de eo contra quẽ producit̃. primo casu dic qđ producens nõ potest amplius reprobare productos ex causa vel defectu tũc existẽti. hec enĩ est approbatio personalis que extẽdit̃ etiam respectu aliorũ et in alia[a] causa: vt probatur in. l. si quis. C. eo. canonizata. vbi. s. et ex hoc no. vt sicut qualitas inficiens et imitans personã sequit̃ personam quocunq̃ se vertat: vt in c. testimoniũ. j. eod. j. q. j. cito turpem. et not. Inn. in c. qualiter et quando. ij. de accu. ita et hec approbatio personalis. ¶ † Quin imo plus dicit Inn. in c. cum venerabilis. de excep. ꝙ approbãdo vnũ ad certũ officium nõ possum eũ reprobare ad aliud officiũ vbi nõ sufficit eadẽ idoneitas personarũ. Et hoc qđ. s. dixi ꝓcedit etiã si producẽs non sit vsus testibus: qꝛ non potuit. vt no. Gul. eo. ti. §. sepe testes. ver. quid si. et ver. sed. et idẽ tenẽt Pe. et Cy. in. d. l. si qs testib. sed vti voluit. semper enim subest eadem ratio scȝ approbationis persone que causat̃ ex sola productione ad iudiciũ. Limita tamen predicta duob modis. primo nisi velit reprobare ꝑsonas ex delicto tũc verisimiliter sibi incognito,[d] pro hoc bo. tex. in c. nulli. de ele. lib. vj. vbi electores opponũt crimina vel defectus contra electum si verisimiliter ignorabãt tempore electionis et statur in hoc iuramento illorum. Secũdo limita si vult eos reprobare ex causa procedente a ꝓducente illos in alia causa. vt puta: induxi patrem tuũ in testẽ in causa que erat inter me et semproniũ: nunc in causa que est inter me et te si vis ꝓducere eũ pro te potero cum tanq̃ suspectũ repellere. ita not. Inno. in. d. c. cũ venerabilis. dicta tñ testium põt producens reprobare: qꝛ respectu dictorum non potuit diuinare sicut videmus ꝙ quis appellat a sentẽtia illius quẽ in iudicem impetrauit in c. causam. de re iud. et in. l. ex consensu. ff. de appel. In eo ve-

✠ Sebasti. Sapia.

b ¶ In alia causa. Facit qđ no. bal. in. l. si qs testib. C. de test. vbi voluit quod si produxi instrumentum manu cuiusdam notarij alias inhabilis nõ possum postea reprobare aliquod instrumentũ contra me productũ scriptum manu illius notarij. et qđ no. Bal. in. l. data opera. col. xv. C. qui accu. nõ pos. qđ si feci citare aliquem in testẽ in iudicio nõ possunt postea illũ reprobare. qđ etiã voluit Bal. et Inno. in. l. ad testiũ. §. cõditionẽ. ff. de testa. vide etiam ad hec Bart. vero. cau. ccv. incip. si facis. Feli. in c. capitulũ sancte crucis. col. xiij. s. de rescrip. vbi tradit qñ quis possit reprobare quod semel approbauit.

c ¶ Qui approbat aliquẽ in vno officio vȝ ipsum approbare in alio: vbi cõsimiles persone requiruntur: secus si requirunt̃ dissimiles. et ideo dixit hic. d. Abb. ꝙ approbat in rectorẽ scholariũ nõ censet̃ approbatus in doctorẽ: qꝛ rectoratus nõ ita exigit peritiã sicut doctoratus. Et vide ad hoc qđ no. do. Anto. in c. cũ venerabilis. de excep. in. xj. col. ver. quid si admitto. vide do. Anto. in c. dilecto. in vlti col. versi. quero an remoto. j. eo. post gl. ibi in ver. testis defectũ. super quo vide oĩno do. Ab. ibi q ponit vba ad ꝓpositũ: et ponit ad supradictã. q. de rectore scholariũ. Et adde hic Archi. in. §. si qs testib. iij. q. iij. vbi dicit ꝙ qui admittit aliquẽ ad aliqđ officiũ non põt eũ remouere ab alio vbi cõsimiles ꝑsone requirunt̃. secus si requirunt̃ dissimiles. et ita dicit tenere Inno. in c. cũ venerabilis. de excep. Et adde hic Old. in consi. xviij. qđ plene ponit Spe. in ti. de leg. §. fi. qđ inci. postremo. in. j. ij. et. iij. co. vbi ponit quãplures optimas q̃ones ad hoc propositũ. et vide Innoc. in c. dilectus. et qđ notaui. de eta. et quali. et facit ad hoc qđ no. d. Ant. in c. at si clerici. §. de adul. in. iij. col. de iudi. et ibi plenĩ no. d. Bar. de bel. in illo articulo an dispensatio extendatur ad consecutiua super quo etiam plenĩ. no. post do. Abb. in c. cum ex iniuncto. in fi. de here.

d ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Sibi incognito. Faciũt not. Feli. c. sup his. col. viij. j. de accu. et in c. pastoralis. j. de excep. vbi dicit qđ faciens citare ꝑsonam inhabilẽ videtur approbare nisi ignorabat de fectũ propter quẽ citat poterat repelli que ignorat probar̃ ꝑ iuramẽtum vt ibi per eũ.

b ¶ Nota multos modos qbus testis põt astringi ad dicẽdũ veritatẽ aliter q̃ per iuramẽtũ: ⁊ adde q plus obligat q iurat p deũ q̃ q iurat ad sancta dei Euãg. tex. est i. c. si aliq. xxij. q. j. d. Abb. h reprobat istos modos vt h p cũ sed de qbusdã extraneis modis iurandi ponit pau. in come. captiui duo dum dicit primo parasito. qui iurabat aleatoria pollo nota corã notam prenestẽ notã frusionẽ notã alitorũ. ⁊ dũ antiq iurabãt p caput filij sui. vñ Verg. p caput hoc iuro p qđ pr ante solebat. Itẽ adde qđ ille q i actis dixit sic deus me adiuuet si ꝯ facit est p iurus ⁊ extra ptectionẽ dei ⁊ ecclesie ẽm Bal. in. c. ego. N. i. ij. col. de iureiu. ⁊ de illo q dicit testis est mihi deus vel coram deo loquor vel p deũ qđ idẽ est. vide. b. Tho. i. ij. ij. q. lxxxix. art. j. i fi. Itez adde quod paria sunt quẽ iurare p salutẽ suaꝫ et iurare per deũ nisi qñ iuramẽtũ aperte pti fuisset delatũ vt iuraret per deũ. tex. est in l. qui per salutez. ff. de iureiur.

c ¶ Iurare qui dicit promitto dicere veritatem in periculo anime mee dicitur iurare. ⁊ idẽ dicit do. post Io. an. in. c. in prin. in. ij. col. de sepul. in. vj. ⁊ Inno. in. d. c. ⁊ si christus. circa medium ⁊c.

d Sebasti. Sapia. ¶ Non est verũ. Vide Abb. in. c. laudabilẽ. j. de frigi. ⁊ malefi. ⁊ Bal. in. c. j. §. sacramenta. de pace tenenda. ⁊ in repeti. l. ij. char. xj. ff. de iureiur. Alex. in. l. iij. §. iurari. co. ti. ⁊ Felj. in. c. fraternitatis. in fin. ꝟ. eod.

appel.

appel.iuncta gl.in ver.adiurauit.tñ in testibus non sufficit simplex fidei prestatio vel iuramentũ:sed debet esse prestitũ tactis sac.sanc.euãgelijs.vt est tex.expressus in.c.hortamur.iij.q.iij.vnde cessante cõtraria consuetudine non valeret dictum testis euãgelijs non tactis quãtũcũqz iurauerit. quia non est iuri satisfactũ.ꝑ hoc vide gl.sing.in cle.j.§.porro.de here.in ṽ.tacta.⁊ facit gl.no.in.c.vt circa.de elec.li.vj.videre tur enĩ hec iuramẽta corporalia magis obligare ⁊ tãto plus quãto sup re sanctiori prestãtur:vt in.c. mouet.xxij.q.j.no. Inno.in.c.⁊ si christus.de iureiur.ꝑcalle. dicit tñ illa gl. in cle.j.de here.qd apud italicos interpretat̃ cõsuetudo vt sufficiat quẽlibet librũ seu scripturam quãlibet tãgere.Sed dic qd vbi hʒ cõsuetudo hoc põt sustineri cũ in totũ iuramentũ posset remitti cõsensu partiũ.ergo fortius ex consuetudine generali posset remitti tactura euãgelioꝝ:sed vbi consuetudo nil disponeret in contrariũ circa tacturã euãgeliorũ non valeret dispositio prestito iuramẽto sine tactura. ⁊ idem est vbicũqz a iure seu statuto requireret̃ iuramẽtũ corporale vt no.in.d.gl.qd bene no.⁊ hoc qꝛ vt ꝑdixi talia iuramẽta magis astringũt.Et vide ad ꝑdictã gl.in.c.fraternitatis.s.e.et qd ibi no. ¶ †8 Ultimo querit̃ quid si nõ apparet iuramentũ remissum nec prestitũ nunqd debet presumi qd fuerit prestitum:Dic qd non:quia hec est solẽnitas extrinseca que non presumitur.l.quecũqz.§.j.ff.de publ.c.dudũ.ij.de elec. in ṽ. non inuenimus esse factam ⁊c.no.Bar.in.l.sciendum.ff.de ver.ob.⁊ in.l.theopõpus.de do.ꝑle.imo si in actis diceretur qd talis testis iuratus sic deposuit:licet tũc ꝓbetur iuramẽtum prestitum:qꝛ poterit interuenire tẽpore dispositionis: et sic verba enũtiatiua faciunt fidẽ ƀm theoricã in.c.qm̃ contra.de proba.⁊ gl.in.l.j.C.de fide instru.lib.x. nõ tñ ꝓbatur qd pars fuerit presens in actu iurãdi:vt not.in.d.l.theopõpus.⁊ vide qd dixi.in.c.ij.s.eo.⁊.c.post cessionẽ.de proba.et per Fede.consi.cxcij.consilium bonũ est vt in actis describatur qualiter testis iurauit in presentia partis.Nico.Abb.

1. ☞ Femina est capax iuris conferendi prebendas etiã sacerdotales ex priuilegio.
2. Femina est capax iuris presentandi.
3. Prebẽde sacerdotales sunt q̃ habẽt on⁹ celebrãdi annexũ.
4. Dispositio capituli nostri habet locum etiam si pars habet duos testes.
5. Dispositio capituli nostri hʒ locũ etiam in causa criminali.
6. Iudex delegatus qui iurat se nihil scire in causa a qua petitur remoueri.non remouetur a testimonio dicendo.
7. Iudex impetrat⁹ q volebat esse me⁹ aduocat⁹ nõ remouet̃.
8. Iudex delegatus si anteq̃ incipiat cognoscere cõmittat totam causam:an teneat cõmissio:⁊ an possit testificari in causa coram suo subdelegato.
9. Iudex a quo si efficiat̃ iudex ad quẽ cõmittit alteri causam.
10. Papa ꝓpter suspicionẽ cõmittit alteri causam propriam.
11. Ordinarius an possit produci in testem coram suo vicario vel officiali vel iudice foraneo.
12. Maior iudex falsum deponens an possit a minore iudice puniri.
13. An aduersarius possit opponere cõtra iudicem remotum quando ipse impetrauit iudicem.
14. Dispositio capituli nostri habet locum etiam in vno iudice et in persona impetrantis.

Dilecto. Delegatus necessarius in testẽ remouetur a iudicando et alius surrogatur. In prima ponitur impetrãtis querela. In scda ꝓuidet ibi:ne igitur. ¶ Casus literalis. Inter ꝓpositũ arieñ.⁊ comitissam flãdreñ. q̃stio vertebatur super donatione sex prebendarũ sacerdotaliũ:causa super hoc cõmissa fuit epõ ⁊ abbati dedimeñ. ⁊ decano attrebateñ.idem prepositus in presentia iudicis constitutus citra litis contestationem proposuit qd testimonium decani necessariũ sibi erat in causa predicta cum de suo iure non nisi per ipsum et quendã alium testem tantam fidem facere possit. vñ petebat ab eis vt in causa ipsa ꝓuiderent decano excluso:vel supersederẽt negotio quousqz do.pa. aliũ substitueret loco sui.Sed iudices postulationeʒ suam admittere noluerũt:imo post appellationẽ a collatione prebẽdarum ipsarum suspẽderunt eundem prepositum : prepositus hec omnia pape significauit.ne ergo ꝓpter defectũ testium iustitia ꝑpositi valeat deperire loco ipsius decani do. papa substituit abbatẽ vrsicampi mãdans eidem quatenus si est ita relaxata suspẽsione ꝓpositi procedat in causa iuxta prioris mandati tenorem.Berñ. ¶ †1 No.j.quod mulier est capax[a] iuris conferẽdi prebendas etiam sacerdotales.⁊ si vis intelligere quod verbũ donatio:positum in textu stet pro collatione.pro quo facit.c.fi.de offi.vi.lib.vj.tũc stat qd dixi : sed intellige qd habeat ex priuilegio pape.pro hoc bo. tex.cum glo.in.c.mennam.ij.q.v.⁊.lxiij.dist.adrianus.alias nõ posset iuxta no.in.c.ij.de iudi.nec ex cõsuetudine potest hoc licere laico etiam per tantũ tẽpus de cuius initio memoria non est.arg.in.c.causam.de prescri.not.Io.an.in.c.ij.de preben.lib.vj. ¶ †2 Si vis intelligere tex.in presentatione tũc potest procedere sine dispensatione seu priuilegio. et qd possit sic intelligi probatur in.c.fi. de conces. preben. vbi presentatio appellatur donatio.⁊ loquitur ille tex.de ista comitissa flandrensi.⁊ sic potest intelligi de eodẽ facto cum isto. vnde verius puto qd hic erat cõtentio super iure presentãdi. ¶ Et ex hoc ⁊ ex tex.collige qd ius patronatus cadit in feminam. et quãquam iste tex.loquatur in femina habẽte dignitatem idem tamen dic in priuata[b].pro hoc facit tex. iuncta gl.no. in.c.quoniam inuestituras.xvj.q.vij.vide docto.in cle.ij. de iure pa.qui notabiliter sentiunt qd heredes masculi ⁊ femine pariter succedunt in hoc iure patronatus ⁊ satis est hoc iure non prohiberi ipsis mulieribus.⁊ vide quod no. in ca. fi.de conces.prebẽ. ¶ †3 No.ij.qd prebẽdarum quedam sunt sacerdotales quedã non:⁊ possunt dici sacerdotales illi que habent onus celebrãdi annexum.arg.c.significatum.de preben.⁊ vide tex.iuncta gl.j.in.c.cui de non sacerdotali.de preben.lib.vj.⁊ intellige hoc de speciali dispositione.nam de iure communi non est diuersitas in prebendis nec requirunt constitutum in sacerdotio.vide tex.cum glo.in cle.vt hi qui eta.⁊ quali.⁊ qd no.in.c.ij.de insti. ¶ No.iij.qd in eadẽ causa non potest esse quis iudex ⁊ testis.iiij.q.iiij.c.j.Item not. qd officium testificandi est magis necessarium q̃ officiũ iudicandi.nã repellitur quis a munere iudicãdi ꝓpter actum testificandi vt hic:⁊ hoc quia facilius reperiuntur centũ iudices q̃ vnus testis.hinc est qd facilius recusatur iudex quã testis:vt leg.⁊ no.in.c.cũ R.de offi.deleg. alia notabilia clara sunt. ¶ Quero quid intẽdat litera dum dicit qd prepositus ꝓposuit citra lit.conte.Rñdet gl.j.qd fuit protestatus qd per illa verba nõ intẽdebat litem cõtestari.sed dic melius ƀm Host.⁊ Io.an.qd hic non erat necessaria aliqua protestatio quia per verba hic expressa non rñdebatur petitio.vnde dicit qd nulla fuit hic facta ꝓtestatio sed illa verba citra li.conte.denotaut tẽpus exceptionis ꝓposite ⁊ ponderatur hoc quia post lit.cõte.non potuisset petere alium surrogari.iij.q.iij.offeratur.de offi.deleg.insinuãte.nisi ex noua causa vt ibi nam cõtestando litẽ coram illo tanq̃ corã iudice videretur renũtiare suo testimonio nisi nouiter percepisset illum fuisse ⁊ esse de causa informatũ:quia tũc esset sibi subuenẽdum etiam post cõte.ar.c.presentiũ.s.e. ⁊ qd no.iij.q.vj. si quis epoꝝ.vbi bo.gl.in fi. ¶ †4 Glo.ij.in effectu format.iij. q.Prima nũquid dispositio huius.c.habeat locũ si pars vltra iudicẽ habeat duos testes ⁊ concludit qd sic:secus si haberet plures.rationẽ vide in gl.sed hoc vltimũ limitat glos. in fi.nisi fraudulẽter aduersarius impetrasset illum in iudicem quẽ volebat ꝓducere in testem. nam tunc remouebitur etiã si haberet plures testes:qd placet.nã forte alij non sunt idonei vel repelli possunt et fraus non dʒ frauduloso prodesse.de rescrip.sedes. ¶ †5 Scdo querit an idẽ sit in causa criminali.⁊ concludit qd sic:quia licet testes in hac causa non cõpellantur:posset tñ iudex remotus precibus induci. dicit tñ qd si omnino nollet testificari nõ remouetur. Mihi hoc vltimũ non placet.nam iudex nõ remouetur nisi ob defectũ testium vt hic.quo casu etiã in causa criminali testes cõpelluntur et sic non sufficit si iste iudex dicat se nolle testificari. ad hoc qd not.in.c.delictorum.j.tit.proxi.vbi dicetur. dixit tamen hic Host.per illam decre.delictorum.qd ad probandum crimen contra testem iudex remouebitur.ego remitto ad dicẽda in.d.c.delictorum. ¶ †6 Tertio ⁊ vltimo hec glo. querit quid si iudex vellet iurare qd nihil scit in causa illa. Rñdet qd non remouebitur.qd placet Inno. nã si fidei sue se cõmittit pars vt dicat testimonium super principali fortius dʒ ei credere cũ iurat se nescire.C. de testi.l.peñ.⁊.iiij.q. iij.si quis testibus.⁊ de dona.inter vi.⁊ vxo. per vestras. qd placet cõmuniter docto.imo plus dicit Inno.qd is qui petit iudicẽ remoueri ⁊ alium surrogari non est statim audiendus:sed dʒ premitti aliqua cognitio verisimilis coniecture super duob⁹:qd ille sit necessarius ⁊ qd de illa re veritatem sciat nam si ad recipiẽdum testes non datur dilatio sine cause cognitione.iij.q.iij.§.spacium.l.a ꝓcedente.C.de dila.fortius in hoc casu vbi qualequale preiudiciũ generatur alteri parti habẽti iudicẽ gratum.Itẽ grauatur saltem in expensis factis in impetratiõe.⁊ hoc satis placet.⁊ dico quod hic videtur text. nam iste proposuit quod iste iudex erat sibi

Sebasti.Sapia.

[a] ¶ Mulier est capax: quid possit mulier ⁊ quoꝝ iurium sit capax et quoꝝ icapax late ꝓsequit̃.d. Decius.i repe.l.femine.ff.de reg.iur.

Zacharias.

[b] ¶ Idẽ tñ i priuata.Ego Zriũ dicerẽ p ea q̃ no.abũde Ia.reb. i rub. C.d iure fis.nu.4. ⁊ ibi remis.i apo. celsi ad ipm.lib.x.

Sebasti. Sapia.
a ¶ Aduocat⁹ alteri⁹. Uide Feli.
i.c. irrefragabili.
in.j.col.ž. de offi.
ordi. vbi vult qđ
aduocat⁹ nō pōt
in eadē causa esse
iudex qñ pars ꝓpalauit animum
suum: sed pro limitatiōe subijcit
qđ ego non possum recusare illū
qui fuit meus aduocatus lz ꝓpalauerim ei oīa secreta: qꝛ hꝫ iudicare per probata
vt hic per glo.
Sebasti. Sapia.
b ¶ Inferior. Aduerte ꝙ illa regula ꝙ maior nō pt
puniri ab inferiore non ꝓcedit qñ
maior se subijcit
iudicio minoris.
c.peruenit. xj.q.j.
c.mādastis.c.auditū.ij.q.v.itez si
maior deliquit in
territorio minoris.auť.qua in ꝓuincia. C. vbi de
crimi.agi opor. ⁊
ita preteritam regulaȝ decla.Hof.
in summa titu.de
iudici.in.j.col. ex
quo vř dicēdū qđ
maior testificans
falso corā minore
possit ab eo puniri qꝛ vř se subijcere. ⁊ qꝛ delinquit
ī sua iurisdictiōe.
c ¶ No.singul.ista
verba aurea. et ꝓ
hoc qđ dicitur de
casu dubio bene
facit qđ not. in fi.
Bar. ⁊ Ang.in.l.
fi.de pena iudi. q
ma.iu.et gl. insti.
de obli.que ex q̄si
delic.in prin. Itē
not.hic duas singlares limitationes ⁊ peregrinas
ad id quod habetur per glo.ordi.
et doc.in.c. vt debitus.de app.vbi
dicit qđ si iudex
appellationis ꝓnuntiat bene appellatū ab interlocutoria ad cum
deuoluiť cognitio super toto negotio principali.
nā hoc fallit prio
nisi iudex a quo
male ꝓnuntiasset
in casu valde dubio per papā nō
deciso: qꝛ tunc lz
ꝓnuntietur bene
appellatum non

necessarius. ⁊ papa fundando se super defectu ꝓbationum
surrogat alium cum clausula si est ita. ⁊ sic oportet qđ cōstet
prius de necessitate allegata saltem verisimilitudinarie. qđ
no. ⁊ facit qđ in simili no. Inno.in.c.tenor.de re iudi.glo.in
ver.excluso.dicit qđ illa petitio prepositi vt ꝓcederetur illo
iudice excluso hꝫ locū qñ clausula qđ si non oēs ⁊c. ponitur
in rescripto.vult dicere qđ vbi simplr̄ esset facta cōmissio et
facta plurib⁹ et vnus esset necessarius in testē non possunt
alij illo excluso ꝓcedere per.c.vno delegatorum. ⁊.c.causam
matrimonij.de offic.dele.Sed hꝫ tunc locū allegatio secūde
partis alternatiue scꝫ vt supersederetur negotio donec delegans alium loco illius surroget.secus qñ ponitur illa clausula impotētie quasi sit purificata cōditio ex quo alter legitime non pōt interesse.qđ no.quia extēdit multū virtutē illius clausule ⁊ sic.c.sciscitatus.de rescri. ¶ Gl. in verbo admittere recusastis.facit quinqꝫ.nā primo fortificat literā dicēdo qđ male fecerūt isti iudices in non admittēdo istā petitionē ipsius prepositi.nā ⁊ ipse p̄tor qui est ordinarius suū
testimoniū dicere debet.iiij.q.iij.§.si tres. ⁊.ff.de test.l.ob carmen.§.j.intelligo hoc qñ producitur in teste in ea causa in
qua nō est iudex.nā in eadē causa in qua est vel fuit iudex testis esse nō potest vt hic ⁊.ij.q.vj.statuendū al's statutū.dixi
7 plene in.d.c.cū a nobis.ž.co. ¶ † Scđo queriť quid si impetrasti in iudicē illū qui volebat esse aduocatus meus: rñdet
qđ non remouebitur nisi hoc feceris in fraudeꝫ: ⁊ hoc tenet
Jo.an.qđ maxime ꝓcedit ſm eū si ille erat generalis aduocatus ecclesie beneficio sibi collato ab ecclesia.de iureiur.breui. ¶ Tertio hoc dubiū fortificādo querit: ecce ꝯclusum est
supra qđ non dꝫ remoueri cessante fraude: ex eo qꝛ volebat
a esse aduocatus alterius[a] sed qd si ob hāc causam qꝛ volebat
esse aduocatus meus reuelent ei secreta cause: concludit qđ
etiā nō sufficit: qꝛ iudex hꝫ iudicare scđm allegata: vt in.c. iudicet.iij.q.vij. ⁊ plenius in.c.pastoralis.de offi.deleg.§.quia
8 vero. ¶ † Quarto querit quid si iste iudex delegatus anteꝙ̄
peteretť remoueri ob munus testificādi cōmisit in totū causam suā alteri nūquid tenet cōmissio: ⁊ si tenet an poterit coram subdelegato testificari: Glo.ponit opi. Jo.qđ non: sed
postea cōcludit cōtrarium.arg.huius.c.nam iste fuit semel
iudex ⁊ tñ submotus a causa perhibet testimoniū. primam
opi.tenet hic Inno.etiā si cōmisit in totū ea ratione: qꝛ delegatus fungitur vice delegātis.l.j.§.vlti.ff.de offi.ei⁹ cui mā.
est iuris. Host.tenet scđam opi. ⁊ facit ad hoc ſm Jo.and.c.
iudex.de offi.deleg.lib.vj.Sentit etiam Abb.qui dicit qđ si
impetraui mihi cōsanguineum meū in iudicē qui recusatus
est bene potero ipsum in testē inducere: qꝛ licet remoueatur
a iudicādo non tñ a testificādo.de presump.literas.Ego dicerem qđ aut ante subdelegationē iudex ꝓcessit ad aliquam
sententiam: ita vt ex hoc presumatur affectus ad causam. et
non poterit esse testis ratione suspicionis quia nō dꝫ in eadem causa esse iudex ⁊ testis: vt in.d.c.standum.ij.q.vj. facit
qđ no.gl.in.l.ob carmē.§.j.ff.eo.titu. Aut cōmisit in principio cause ⁊ tūc si erat delegatus ⁊ cōmisit in totū non video
aliquid rōnabile resistēs officio testificādi.hoc eñ casu cessauit ratio opi.contrarie cū non fungatur subdelegatus iure
subdelegātis: cū ille desierit esse iudex nō potest amplius reassumere causam nec ad eū appellari.de offi.dele. super qđnum.§.porro. ⁊ in.c.si delegatus.eo.ti.lib.vj.nec potest dici
qđ habeat affectionē ad causam cū in ipsius principio subdelegauerit. ⁊ sic cessat ratio.c.statuendū.ad hoc.d.c. iudex.
vbi cessat hoc casu oīs suspicio.aut subdelegauit non in totum vel erat ordinarius qui potest subdelegatū remouere
qñqꝫ per.l.iudiciū soluitur.ff.de iudi. ⁊ tūc est maius dubiū
et tūc puto qđ de rigore nō testificabiť cū remāserit iudex et
pōt causam reassumere ad libitū ⁊ ad eū sit appellandū.d.c.
super qđnum.vñ semper claudicaret in partē pro qua tulit
testimoniū.sed de equitate que satis iudicio meo poterit seruari admittetur: qꝛ expresse nō reperitur iste repulsus. ⁊ edictū de testibus est prohibitoriū.in.l.j.ff.eo. nā iura repellūt
iudicē actualiter vel eū qui fuit ne vtatur in causa duplici officio incōpatibili: sed iste non fuit actualiter nec est iudex.nā
separatum est istius tribunal a tribunali subdelegati.qđ patet ex eo qꝛ ad eū appellatur a subdelegato qđ fieri non posset si idē esset tribunal.de cōsue.c.ij.lib.vj. nec in eadē causa
erit iudex et testis.quia nō ipse sed subdelegatus iudicabit.
nec poterit amplius reassumere causam ad effectū iudicādi
qꝛ officiū testificādi reddidit eū incapacē ⁊ appellabitur ad
eū non vt ipse cognoscat ⁊ diffiniat: sed vt causam alteri deleget: sicut obseruať in illo qui existēs suspectus causam delegauit nā appellatur ad cū vt alteri deleget ne ꝑ hoc suspectus iudicetur: vt plene dixi in.c.si quis cōtra clericū.de foro

9 cōpe. ¶ † Itē si iudex a quo efficitur iudex ad quē pendente
appellatione cōmittit alteri cām: vt no.glo.in.c.querelā.de
elec. ⁊.l.eos.C.de vsu. nec per hoc dř esse iudex etiā in causa
10 appellationis. ¶ † Itē papa ad euitandā suspicionē cōmittit ꝓpriā causam: vt no.in.c.cū dilecta.de cōfir.vti.vel inuti.
et in.c.ex parte.de ver.sig.nec per hoc dř iudex ⁊ pars ita dico in ꝓposito qđ cōmittēdo causam ⁊ testificādo in ea nō diciť esse iudex ⁊ testis.nā in suspicione euitāda cōsyderamus
non habitū iurisdictionis sed actū vnde satis est qđ actualiter respectu exercitij iste nō fuit nec erit iudex. ⁊ hoc est fauorabilius ne pereat ꝓbādi facultas. ⁊ hec no. qꝛ ꝑ alios non
digesta: ⁊ per hec habes notabilē practicā qđ si ordinarius
cause est tibi necessarius in testē obtineas primo vt causam
11 alteri committat ⁊ corā illo ꝓduces eū in testē. ¶ † Ultimo
glo.querit an ordinarius possit ꝓduci in testē corā suo officiali seu vicario. ⁊ ꝯcludit qđ sic.idē sentit Uinc. ⁊ plus dicit
qđ corā iudice cui est cōmissa causarū vniuersitas is qui cōmisit pōt esse testis.arg.ff.de iuris.om.iudi.l.est receptū. Et
sic infero qđ eps̄ pōt esse testis nō solū corā suo vicario generali cū quo facit idē cōsistoriū.vt.d.c.ij.de cōsue.in.vj.sꝫ etiā
corā officiali foraneo qui est delegatus ad vniuersitatē causarum: vt no.in cle.ij.de rescrip. ⁊ in istis nō est tātū dubium
sicut in precedenti.q.nā officialis generalis hꝫ ordinariā sic
⁊ iudicat iure suo: vt no.ī.c.licet.de off.vica.li.vj. Foraneus
vero seu delegatus ad vniuersitatē causarū censeť quasi ordinarius: vt no.glos.in.c.cū causam.de appell.tñ possent fieri
obiectiones predicte in precedēti.q.nam ab isto cui est delegata vniuersitas causarū appellatur ad ipsum delegantē vt
no.gl.in.d.cle.ij. Item pōt ordinarius vicario suo interdicere ne cognoscat de certa causa ⁊ illā in se assumere.vt no. Inno.in.c.romana.de app.li.vj. ⁊ nihilominus pōt esse testis
in eadē causa corā illo vt vult hic gl.nec doc.in hoc cōtradicūt: ergo idē dicēdū qđ in p̄cedēti.q.sed dico qđ in.q. ⁊ dicto
Uinc.obseruabiť qđ dixi in p̄cedenti.q.circa appellationem
12 et potestatē reassumēdi cām ⁊ sic limita p̄dicta. ¶ † An aūt
maior iudex corā minori testificans ⁊ falsum deponens vel
aliter vacillās possit ab isto minori puniri vide varias opi.
quas recitat Spe.eo.ti.§.j.ver.qd si is qui.in.viij.col. ⁊ credo qđ si iste maior hꝫ iurisdictionē in minorē iste non pote
b rit ab eo puniri.de maio. ⁊ obe.cū inferior[b]. ⁊ per no.in.c.ij.
de cōsti.li.vj.in nouella. ⁊ in.c.j.de rapt. ⁊ in regula cui licet.
de reg.iur.li.vj.in mercu.sed habebiť recursus ad superiorē:
aut est maior respectu potestatis: sed nō respectu iudicis: et
tūc poterit ab eo puniri qꝛ hoc casu reputať priuata ꝑsona.
13 arg.in.l.tertia.ff.de offi.p̄si. ⁊ eoꝝ que no. in iu.pre. ¶ † Gl.
antepe.q̄rit: pone qđ iste remoueať vt in causa deponat nūquid aduersarius q eū impetrauerat in iudicē poterit obijcere in personā crimina vel defectus vt sic eū repellat a testimonio: ⁊ rñdet qđ non: qꝛ eū semel approbauit. Idē Inn.
hic ⁊ multi ⁊ alij.Sed tu distingue vt no. Inno.in.c.cū venerabilis.de except. ⁊ ibi se remittit. Jo.an. nā hoc ꝓcederet si
vellet obijcere tale qd qđ etiā repulisset ab officio iudicandi
alias sec⁹. ⁊ dic vt diceť plenius. ⁊ vide de materia hui⁹.c.in
Spe.e.ti.§.j.v.qd si impetres. ⁊ quatuor seq. ¶ Op. ⁊ videť
qđ nō erat opus relaxare hāc suspēsionis sñiam cū esset lata
post appellationē legitimā in.c.ꝑ tuas. de sen.excō.gl.fi. qđ
ad factū referť hec relaxatio: qđ not. qꝛ verbū relaxatio: non
semper referť ad ius.vel ſm Hosti.dic qđ stat ꝓprie: qꝛ appellatio nō potuit impedire ipsius vires cū causa fuisset cōmissa appellatione remota ⁊ anteꝙ̄ emanaret hec decre.casus iste non erat decisus ⁊ sic nō poterat appellari per.c. pastoralis.de app.sed superioris officio debuit relaxari grauamen vt ibi qđ no.tenet ergo excōicatio lata post appellationem in se iustam ex quo nō est iure expressa ⁊ causa non fuit
cōmissa appel.re.qđ no.pro intellectu.c.pastoralis. prealle.
Et faciunt hec ad similem.q.quare causa ista remittitur ad
priores iudices a quibus ratione grauaminis fuit appellatum cōtra.c.accepta.de appel. Innoc. dicit qđ hoc processit
de volūtate partium. Jo.an.sentit quod predixi quod hoc
fuit propter probabile dubium[c] huius casus qui non erat
hactenus determinatus.qđ placet et est notabile verbum.
nam causa non remittitur propter timorem suspicionis ex
precedenti grauamine tantum que ratio cessat vbi casus est
14 dubitabilis.arg.in.l.regula.ff.de iur. ⁊ fac.ign. ¶ † Ultimo
querit nūquid esset locus dispositioni huius.c.si vnus tantum esset datus iudex. Host.qđ sic.quod satis placet eadem
ratione. ⁊ dicit quod hāc surrogationem posset petere illemet qui illum impetrauit in iudicem si probabili errore ductus in iudicem petijt vel si corruptus fuisset eius procurator qui illum impetrauit.quod placet.

deuoluit cognitio toti⁹ cāe ad iudicē ad quē. scdo fallit nisi postꝙ appellatū est a iudice a q̄ ei est adiūct⁹ nou⁹ officialis puta quia vbi erat vn⁹ officialis ad idē tribunal ⁊ mō facti sūt duo nā licet ꝓnuntiet bñ appellatuꝫ sit remissio ad illos iudices a quoꝝ vno fuerat appellatū ſꝫ. d. Ant. h̄ ſꝫ forte idē erit si null⁹ officialis est iudici a q̄ adiunctus ſꝫ ei soli ali⁹ officialis ē surrogat⁹ ⁊ ipse a quo ē appellatū desijt esse officialis. qꝛ tūc lꝫ ꝓnūtiet bñ appellatum sit remissio ad pri⁹ tribunal a q̄ ē appellatū: ⁊ hoc videt approbare text. isti⁹. c. dilecto. in fi. ꝑ quē si hoc est verū datur singularis limitatio ceteris oīb⁹ elegantior ⁊ ꝓstātior ad no. in. d. c. vt debitus. quā tertiā limitationē credo verā qꝛ cū appellatio ab īterlocutoria iustificet nō tm̄ ex iiustitia ꝙtū ex ipsa culpa ⁊ iniqtate iudicis. vt no. Bar. in. l. ꝑ hāc. circa ꝓn. C. d tēp. app. ⁊. d. Anto. i. c. ex pte ade. circa ꝓn. s. e. tit. h̄ cessat rō ꝓsumptiue future iniqtatis seu culpe iudicis ī iudice surrogato q̄ militabat in illo iudice a q̄ fuerat appellatū ꝓpter ꝓcedētē culpā ī iterlocutoria pri⁹ adhibita sed scdam limitationē. d. Ant. h̄ d ad iuncto iudici a q̄ nō credo verā qꝛ lꝫ ei adiūgat ali⁹ officialis nō propterea cessat rō q̄ ꝓsumat iudiceꝫ a q̄ grauare ī futurū ī toto negotio ꝓpter culpā ⁊ grauamē adhibitū ī ꝓcedēti interlocutoria ex q̄ ēt ipse cū suo collega ei nouiter adiūcto habꝫ iudicare qd forte ꝓcedit non solū si ei adiūgat vn⁹ officialis sed ēt si adiūgerētur plēs: qꝛ posset ceteros hoīes trahere ī suā sñiaꝫ. l. si ī tres. ff. de arb. Sꝫ dictū. d. Ant. h̄ pōt sustētari si iste officialis q nouiter adiūgit a q̄ ꝓsumptionē future culpe ī toto reliq̄ negotio ob reuerētiā quā habebit ad collegā suū tāte sit hōestatis quā ita nō habent alij college. ad h̄. all. tex. ī authē. si vo ꝯtigerit. C. de iudi. cogita tñ bñ: qꝛ ista sunt noua ⁊ inconsiderata ī hoc passu. Sebasti. Sapia.

a ¶ Ecclesie. qd ex sola fundatione acq̄rat ius patronatus ēt qd fundator sibi non reseruaucrit tenet Jo. Cal. in ꝯsi. v. tit. de iure patro. Cardi. ꝯs. xi. inci. quedā societas.

1 ☞ Ex sola fundatione ecclesie acquirit ius patronatus quod transmittitur in heredes.

2 Testis tunc videtur recipi quādo admittitur ad iuramentum.

3 Differentie inter capitulum nostrū ⁊ capitulum quoniam frequenter: vt lite non contestata.

4 Remedium capituli nostri an competat reo vel actori ⁊ qualiter procedat.

5 Ecclesia potest agere triplici via cōtra illum qui eam edificauit ⁊ remisit ius patronatus.

6 Unum remedium extraordinarium nō tollitur per aliud.

7 Practica probandi vel reprobandi instrumenta antiqua et qualiter probetur quod scriptor fuerit notarius.

8 Denuntiatio de qua in capitulo nostro: an personaliter an domi sit fienda.

9 Attestationes recepte ſm formam capituli nostri an valeāt si is qui produxit agit cōtra alios.

10 Coram quo iudice examinentur testes ad perpetuam rei memoriam.

Significauit. Ne probationis copia percat citato aduersario recipiuntur ⁊ publicātur testes quos reus induxit. h. d. in prima parte petitio. in scda iudicis datio ibi: quo circa. ¶ Casus literalis. Quidam nobiles fundauerunt ecclesiā sancti Nicolai sabi. dioce. Et liberā eam esse volētes tēpore fundationis dixerūt se nihil iuris retinere in ea. Sacerdos illius ecclesie cum super tali libertate nulla instrumēta facta fuissent: timens ne ꝓcessu tpis probationis copia deperiret petijt a. d. papa sibi prouideri. Unde papa mādat iudici sabi. quatenus testes idoneos quos idē presbyter duxerit presentandos examinet diligēter ⁊ eoꝝ dicta in publica instrumēta redigi faciat denūtiatione premissa fundatoribus antedictis vel eoꝝ habentibus vt receptioni testium intersint si velint ⁊ super tali denuntiatione fiat publicū instrumentum. B.

1 ¶ † No. j. qd ex sola fundatione ecclesie[a] acquirit ius patronat⁹ licet fundator hoc ius expresse nō retinuerit sufficit enim qd fundationis tpe illud ius non remiserit vt hic bene ꝓbatur. facit. c. nobis. de iure pat. ⁊. xvj. q. vij. decernimus qd quidē ius transit etiā ad heredes licet expresse fundator nō dixerit. arg. hic vbi citantur heredes in examinatione testiū si eoꝝ nō interesset nō citarētur facit. c. filijs. xvj. q. vij. ¶ No. ij. qd pars cōtra quam producūtur testes citari dꝫ non solū qñ ꝓducuntur testes directe in causa iam in iudicium deducta. vt in. c. ij. s. eo. sed etiam qñ producūtur indirecte quadam via extraordinaria ad futuram rei memoriā. vt hic ⁊ in auꝭ. sed ⁊ si quis. C. e. ſm vnū intellectū. eadem enim est ratio in vtrisqꝫ. semper enim dꝫ premitti citatio vbi agitur de preiudicio absentis. iij. q. ix. caueant. ⁊. c. omnia. ¶ Not. iij. ibi cōfici facias. qd pars aduersa non presumitur citata in examinatione testium. opꝫ enim ad attestationū validitatē qd cōstet de citatiōe. pro hoc quia solēnitas extrinseca non presumitur. l. quecūqꝫ. ff. de pub. dixi in. c. tuis. s. e.

2 ¶ † Not. iiij. ibi: receptioni. qd testis videt recipi qñ recipitur ad actū iuramēti. habet em̄ tūc testis pro recepto. l. si qñ. C. eo. facit ad ea que dixi in. c. licet. de ꝓba. loquitur em̄ hic vt intersint nō examinationi cū faciat secrete. vt in. c. venerabili. j. e. sed vt videant illos iurare. s. e. c. ij. ⁊ faciāt interrogatoria si velint in. c. ij. j. eo. ti. li. vj. ⁊ hoc vltimū no. qd expresse voluit hic Jo. an. ¶ Opp. cōtra tex. d. c. qm̄. in prin. s. vt lit. non cōte. vbi ante lit. cōte. recipiūtur solū testes de quoꝝ morte vel absentia timetur. hic autem recipiūtur omnes indistincte.

3 ¶ † Gl. ij. tacite soluēdo dicit qd multiplex est differentia inter casum huius capituli ⁊ illius. ⁊ ponit quinqꝫ differētias: quartā impugnat. examinemus primo has differētias que faciūt ad intellectū vtriusqꝫ. c. ⁊ demū inferam adverum intellectum vtriusqꝫ. ¶ Prima differētia scdm glo. est illa quā premisi qd hic recipiuntur indifferēter omnes testes. ibi solum senes ⁊ valetudinarij ⁊c. ¶ Secunda quia hic statim dicta testium publicantur ad eternam rei memoriā. ibi non publicātur sed differtur publicatio fienda cum alijs recipiēdis post contest. lit. debito tpe fienda. sed Spe. eo. ti. §. nunc tractemus. ver. in hoc aūt. tenet publicationē non fiendam etiam in casu huius. c. ⁊. c. albericus. j. e. mouetur qꝛ cū hec receptio testiū fiat in fauorem rei non dꝫ redūdare in eius preiudiciū qd fieret si dicta publicarētur cū nō liceret postea alios testes ꝓducere. ⁊ ad hoc. c. ⁊. c. albericus. rñdet qd dicta testiū publicātur. i. in publicā scripturā rediguntur. sed primū dictū cōiter hic tenetur et sequitur Bar. in. d. auꝭ. sed ⁊ si quis. ⁊ expressius Jo. and. in loco preallē. in addi. in ver. Sed quos. nec valeret rō Spe. ſm eū cū reus possit oēs testes ab initio ꝓducere ⁊ si oēs ꝓsentes nō sunt pōt differre. ⁊ idē in actore in casu quo agere pōt: qd qñ sit infra dicet. ⁊ hoc teneas posset tñ dici qd aut pars producēs petit dicta publicari: ⁊ dꝫ fieri publicatio qꝛ succedunt loco publici instrumēti: vt satis colligitur hic. ⁊. j. eo. c. albericus. ideo eodem iure cēseri dꝫ arg. c. ecclesia. vt lit. nō cōte. aut instat vt non fiat publicatio ⁊ nō publicabūtur. est em̄ qd imputandū actori quare agit. ¶ Tertia differentia est qꝛ in casu. c. qm̄. non valent post annū nisi intra annū ꝓducens agat vel denūtiet illi contra quē inducti fuerūt. isti ꝑpetuo valebūt tanꝙ publicū instrm̄. hec differētia mihi nō placet. nā denūtiatio ibi requirit qñ fuit facta receptio in partis absentia: sed hic loqmur qñ denuntiatio ꝓcessit. vñ si ꝓcessisset nō esset necesse intra annū agere. vt satis ibi colligit in tex. ⁊ glo. ⁊ dic de hoc vt ibi pleni⁹ no. ¶ Quarta differētia. cōtra illos potest obijci in ꝑsonas: ꝯ istos non: si cōstat de denūtiatione sibi facta. intellige ⁊ tūc non opposuit. ⁊ hoc tenuit Vinc. sed hoc nō placet gl. nec videtur placere doc. hic. nā licet pars requisita nō venerit vel venerit ⁊ tūc nō opposuerit: nō tñ per hoc infertur qd ampli⁹ opponere nō possit. solū em̄ est statutū cōtra nō venientē vt testes recipi possint ac si fuisset ꝓsens. in. c. ij. s. eo. non ergo dꝫ infligi alia pena iure nō expressa. s. vt nō possit deinceps excipere cōtra personas testium. ad hoc qd in simili no. gl. in. c. fi. de iure pa. ⁊ vide glo. no. in. c. ij. de do. ⁊ cōtu. li. vj. que dicit qd licet quis sit cōtumax in vno actu non per hoc cēsendus est contumax in alio. ⁊ videt in terminis nostris esse quasi casus in. c. accedēs. j. s. vt lit. non contes. nec ob. si fuit presens ⁊ nō opposuit. per hoc em̄ sibi nō parat preiudiciū cū sciat facultatē opponēdi cōpetere etiā post receptionē testium: vt in. c. presentiū. s. eo. Sed aduerte qꝛ Vin. potuit dicere verū certo casu. s. post publicationē. nā hic recipiunt ⁊ publicātur: ergo postea non licet opponere: cū presumatur malitiose facere si a principio nō fuit ꝓtestatus. vt in. d. c. ꝓsentiū. Jdeo ꝯcordarem has opi. hoc mō: qd ante publicationē licitū est opponere siue fuerit ꝓsens in actu receptionis siue absens ⁊ ꝓcedat dictū gl. post publicationē aūt nō licet nisi in casibus. c. presentiū. ⁊ procedat dictuꝫ Vincē. ⁊ hoc credo verissimū: licet doct. cōmuniter videātur reprobare dictū Vincen. ⁊ non bene iudicio meo. ¶ Quinta differētia. hic producuntur testes vbi non mouetur nec timetur lis in presenti. ibi secus quasi cessaret hoc remediū extraordinarium ex quo de proximo speratur lis in qua ordinarie potuerunt testes ꝓduci.

4 ¶ † Expedita est glo. vsqꝫ ad ver. ⁊ no. ⁊ ibi examinat vsqꝫ ad fi. an remediū hui⁹. c. cōpetat actori an reo tantū. ⁊ Jo. dicit qd reo tantum. nec obst. tex. in. l. in lege aquilia. vbi ex parte actoris recipiunt testes ante lit. cōtest. ne tractu tpis facultas probādi pereat quia testes ibi cōsignantur. ⁊ sic intelligebat dñs Azo illam. l. ſm glo. ⁊ dic consignantur. i. sigillo clauduntur ⁊ publicātur demum post lit. conte. quasi loquatur in casu. c. quoniam. in princip. vt solum recipiantur testes de quoꝝ morte vel absentia timetur vt ibi no. in gl. scdm vnum intellectum. sed gloss. hic concludit contrarium dicens

a ✝Sebasti.Sapia. ¶ Et publicādi. Hoc nō vr̄ verū q̄r est ꝓuisum vt possit petere qḋ imponatur silentiū actori vt tradit Bar.Ange.Pau. de ca.in.l.si cōtendat.ff.de fideiussori.facit.l.diffamari.C.de inge. manu.Sed vide solutionē per Feli.hic col.penul.r̄ndentē qḋ predictū remediū cōpetit ex equitate et sic est extraordinariū.vnde sequitur illud qḋ dicit Abb.hic qḋ vnū remediū extraordinarium aliud non tollit.

b ¶ No.istā glo.in fi.sui:q̄r sentit qḋ qñ ſm leges ciuiles daṫ condictio ex.l. ſm canones intētatur officiū iudicis ⁊ a doctoribus hoc nō pōderatur.

c ¶ Utrum debitor soluēs possit cōpellere creditorem vt sibi faciat istr̄m liberatiōis vide h̄ p.d.Ant.i vij.col. ⁊ per glo. ⁊ ibi latiꝰ p Bar. ⁊ Inno. qui alle. hāc glos.in.l.ij.in pn.ff.so.ma.⁊ ad hāc materiā vide bo.text.in.c. longinquitatē.⁊.c.sepe.xij.q.ij.et vtrū possim cōpellere debitorē vt faciat mihi instrumētū de debito cōditionali:vide Paul. de cas.i.l.in oibꝰ. ff. de iudi.et vide Pau.de ca.in.d. l.ij.vbi alleg. q̄dā alia ad h̄.et dicit qḋ de hoc est gl. i.l.chirographis. de admi.tu.et i.l. pupillus.de noua.et dicit qḋ de hoc habetur plene per Bart.in.l. iiij.§. nūc de effectu.de lib.lega. et in.l.si finita.§.elegāter.ff. de dāno infec.hic alle. per do.Ant. ⁊ Abb. ⁊ vid ad idē pau. de cast.in.l.si mulier.ff.de conditi. ob caus. mor. Et ad hoc optime facit qḋ no.d.Ant. in.c.si autē.circa finē.de rescript. ⁊ qḋ ibi notaui.⁊ d qōne hic posita p do.Anto. vide p Imo.in.l.huiusmodi.§.si ita legatum. circa finem. de lega.j. vbi concludit qḋ nō tenetur facere instrumentum solutionis:sed cōpellitur facere acceptilationem. Item adde hic qḋ pro ista gl.optime facit text.in.l.si quis fundū.§.fi.cū.l.seq.que incipit ⁊ ego ex cōducto.⁊ qḋ ibi no.Bar.ff.loc.⁊ tex.in.l.si a colono.ff. de verb.ob.aduerte tū qḋ si creditor meus h̄z apochā de manu mea super debito si solui ei debitū possum agere ꝯ ipsum pignoratitia actione vt reddat mihi apocham meā.ad hoc est glo.no.quā ibi ad hoc no. Pau.de cast.in.l.si pecuniam.ff.de pign.act.vel poterit pro recupera-

hoc habere locum in actore quandoq̧ per.d.l.in lege.nam ibi dicta publicātur sicut hic ⁊ sentētia fertur sed solum differtur condemnationis exactio in euentu cōditionis.hoc ideo dicit:quia debitum erat ibi conditionale.fatetur tamen glos. quod testes in casu.c.quoniam.non publicantur et idem in auṫ.eo.tit.secūdum vnum intellectum et si vis intelligere qḋ auṫ. loquaṫ in casu huius c.scilicet qḋ testes ibi recipiantur ad eternam rei memoriam tūc dicta publicātur.hoc vult in effectu gl.ista vsq̧ ad fi.⁊ licet habuerit bonū intellectum vt arbitror:tamen non recte soluit contrarium in prin.formatum sed assignādo alias differētias inter casum huius.c.⁊.d.c.quoniā. multiplicat in cōuenientia.nā de hoc querimus quare in casu huius.c.aliud obseruatur ꝙ ibi:nec apparet an ⁊ quādo dispositio huius.c.locum habeat in actore sed simpliciter dicit qḋ qñq̧ h̄z locū in actore ⁊ nō dicit qñ.Inno.eñ clarius hic loquitur. dicit eñ qḋ forma huius.c. cōpetit qñ quis est in possessione alicuius iuris qḋ dicit suū.Sed dubitat qḋ morientibꝰ aliquibus testibꝰ qui sunt huius iuris conscij aliqs posset sibi mouere questionem ⁊ obtinere deficiētibus sibi probationibus.est enim iustum ſm eū qḋ hic statuitur quia nisi inuentus esset iste modus ꝓuisionis deperire posset ius taliū personarū possidētium cū ipsi agere nō possint cū non possideāt nec alios possint cogere ad agēdū.C.vt nemo inui.ꝓ to. merito eñ statuitur ſm eū qḋ oēs testes recipiātur et publicētur eorū dicta perpetuo valitura. si tamē esset aliquis in possessione ⁊ haberet actionē contra alium vt interdictū vti possidetis vel cōfessoriam tūc non haberet locū ſm eū forma huius.c. sed illius.c.qm̄.nec obst.illa lex in lege aquilia:q̄r illa.l.dicit ꝓcedi ſm tenorem illius decre. qm̄.in prin. ¶ Ex quibus verbis clare videtur velle in summa qḋ.c.qm̄ ꝓcedit in eo cui cōpetit facultas agēdi.vnde non d̄z sibi succurri per hoc remediū extraordinariū. sed tm̄ recipiunṫ testes de quorū morte vel absentia timetur. hoc vero.c. seu eius forma ꝓcedit qñ nullū ius agēdi cōpetit possessori.nā nisi sic prouideretur posset ius suū deperire mortuis testibꝰ sui iuris cōscijs.hoc vult in effectu Inno.Sed cōtra dictum suū aperte facit iste tex.iūcta glo.pe.Nā hic cōpetebat isti presbytero cōfessoria que datur in istis iuribꝰ incorporalibꝰ possessori:vt in.l.⁊ si forte.ff.si ser.ven.no.gl.in.c. examinata. de iudi.c.cū ecclesia sutrina. de causa pos.⁊ ꝓprie.Et idē Inno.in vtroq̧ loco.⁊ nihilominus cōpetit sibi remediū huius.c.Host.qui aperte sentit,istū potuisse agere:vt dicitur in glo. seq.r̄ndet aliam lect.ponēdo dicit eñ sub dubio hoc ꝓcedere cū vterq̧ pōt agere.q.d.qḋ si iste qui petit examinationē testiū solus pōt agere nō auditur petēs prout hic d̄r quia h̄z remediū ordinarium.Aut vterq̧ pōt agere ⁊ tūc secus ⁊ hūc intellectum precise ad istum text.ponit Bart.in.d. auṫ.sed ⁊ si quis.C.e.nullā tñ mētionem facit de hoc dicto Host.sed vt habeas clare totā materiā distingue sic post Bar.in loco prealleg. faciendo tria membra qḋ aut testes petūtur examinari ex parte actoris aut ex parte rei : aut ex parte illius qui pōt esse actor et reus. Primo casu aut actor potest statim agere et non audieṫ intentādo hoc remediū extraordinarium : sed habet locū regu-

tione apoche agere condictione ex.l.vel officio iudicis vt.l.dissolute.⁊ quod ibi no.C.de condi.ex lege.⁊ si solui debitum creditori. ⁊ ipse non vult mihi facere instrumentū quittationis vel deliberationis possum ipsum cōpellere vt deleat ⁊ casset instrumētū debiti.ita sing.no. Bart. in auṫ.cassa.in fi.de sacrosan.eccle. Adde qḋ nunꝙ possim compellere aliquem vt faciat quittationē generalem ſm Bart. in.l. cum aquilia. ff.de transac. Itē vide Bart.in.l. si ita fuerit. j. ff. de manu.test. vbi dicit qḋ iussus reddere rationē reddere tenetur volumina rationum. ¶ Adde an creditor teneaṫ facere quittationē debitori de recepto Balduz consilio cccxlix. Anto. Francis. ¶ Circa h̄ an debitor soluens creditori possit petere a creditore qḋ casset instrumentū debiti vltra hic dicta dicas ꝙ potest petere ⁊ facere sibi cassari instrumētū obligatiōis per no.in.l. nihil iterest.C.de sol. ⁊ per no.in.l. lucius.ff. de pac. Et adde qḋ soluēs creditori apd quē pro eo intercessit fideiussor cui pignꝰ dederat potest a fideiussore pignus repetere.leg.fideiussor.i princi. ff. de fideiussor.⁊ si pignus est penes creditorē:soluens.creditori pignus repetit a creditore.⁊ si soluerit partē potest etiam partez pignorum repetere.leg.quandiu.⁊ ibi Bart.et doct. not.C.de distrac. pig.⁊.l.si necessarias.in.§.si vnus. ff. de pigno.act.⁊ adde qḋ debitor habēs duas quittatiōes vnius tātum debiti pōt repetere a creditore vnam solutionez tanꝙ indebitaz. casus est singula. in.l.ne casu.C. de discusso.li.x.secūdum vnā lecturā quā posuit Bal. in.l.seruo.in.§.si ab impubere.ff.de leg.j.⁊ vide Lud. ro.in singu.suis. in versi.geminata.in versi.quero quidam ⁊c.vbi dicit hoc esse singulariter notandum.

la qḋ lit.non cōte.testes nō recipiūtur nisi prout habeṫ in.d.c.qm̄.Et est ratio q̄r non debet prius causa instrui ꝙ inchoetur.Si vero actor non pōt de presenti agere et tunc aut facultas agēdi non potest cōpetere nisi post examinationē testium et debent tūc oēs examinari prout hic d̄r quia non est quid sibi imputetur quare nō agat:pone exēplum:vult quis petere bonorꝝ possessionē oportet qḋ faciat prius fidē de testamēto. de quo priꝰ facere non pōt nisi per testiū examinationē quia non fuit factū in scriptis ad hoc.l.publicati.C.de testa.⁊ de bo.pos.scdm̄ tab.l.j.⁊.ij.⁊ queād. testa. ape.l.ij.Aut possibile est ius agendi superuenire testibus nō examinatis ⁊ nō auditur indistincte: sed tantū respectu testium de quorum morte vel absentia timetur ſm dictū Barto.in.d.auṫ.sed si quis.⁊ sic videtur intelligere dictā.l.in.l.aquilia. Ex hoc videtur sentire qḋ si debitū est cōditionale vel in diē ex quo cōditio vel dies pōt extare ante mortē testium non d̄z fieri examinatio testium de qua hic.Sed gl.sentit hic cōtrarium allegādo illam.l.⁊ ideo dixit qñq̧. Idem cōtra opi.Bart. aperte sentit Innoc.in.c.qm̄.in princi.in ver.absens.⁊ Jo.an.in addi.Spec.in loco superius alleg.sequitur.d.Ant.hic.⁊ hanc partem puto veriorem ⁊ magis consentaneam litere illius.l.in.l. aquilia.⁊ equitas maxime illam suadet : cū enim non possit agere de presenti ⁊ nihil incertius hora mortis equum est subueniri prout hic d̄r cum nullum in hoc sed in cōtrarium periculū esse potest. Item facit glo.no.in.d.c.quoniā.in prin.super verbo subtrahātur.que dicit qḋ si dubitatur an testes varient dicta sua ꝓpter moram sunt recipiēdi.cum ergo in tp̄e cōditionis vel diei existētis possent testes dicta sua variare vel fortuitis casibꝰ non superesse est merito ꝓuidendū prout hic d̄r. ¶ Uenio ad scdm̄ membrū qñ testes petūtur examinari ex parte rei quo casu scdm̄ omnes indifferēter testes sunt recipiendi ⁊ publicandi[a]. cū non sit sibi ꝓuisum de alio remedio ad hoc.d. auṫ.sed et si quis. et hic scdm̄ vnum intellectum. ¶ In tertio membro qñ is qui petit potest esse actor ⁊ reus dicendū est idem vt hic scdm̄ vnū intellectū quē supra latius declaraui.licet enim iste posset agere nihilominus ⁊ aduersarius pōt agere:imputetur ergo illi qui requisitus nō exhibet se promptum ad agendū.nam isti facilius est intentare hoc remediū quam agere : agat igitur ille si in hoc pretendat preiudiciū.⁊ per hoc habes clarissime intellectum istorum iuriū et diuersitatis rationem. ¶ † Quero excipiendo glo.[b] pe.an aliud[c] remediū poterat competere huic presbytero contra hunc patronum.respondet qḋ sic.nam poterat agere vt faceret ecclesie chartā libertatis sicut ꝓ apocha agit is qui soluit. vt.l. plures.C. de fide instru.et libertus agit contra patronū qḋ faciat ei chartam manumissionis qḋ not. hoc tñ est remedium ordinarium. ¶ † Ex quo not.[d] qḋ vnum remediū extraordinariū non tollitur per aliud. nam licet cōpetat remedium de quo in gl. nihilominus etiā cōpetit istud de quo hic in tex. et vide gl.in.l.de pecoribus.C. ad le.aquiliam. et qḋ not.in.c.fi.de collu.⁊ insti.si qua.pau.fe.di. in fi.⁊ in Spe.de instru.edi.§.postꝙ.ver.quid si debitor.⁊ per Barto.in.l.si finita.§.eleganter.ff. de dam.infect. vbi generaliter tractat an et qñ reus

d ¶ Ex quo no. Uide circa istā materiā Bal.in.l.j.§.per hanc.⁊ ibi glo. no.ff.de rei ven.⁊ Bal.in.l.in ꝓuinciali.ff.de no.ope.nun.vbi multum elegāter loquitur.⁊ vide omnino Panor.in.c.ex parte.de rescrip. ⁊ docto.in.§.preiudiciales.instꝰ.de acti.Ber.forc.

agere

a ¶ Vide Bar.in.l.cũ hi.§.transfactionẽ.ff.de trãsac.⁊ do.An.in.c. qnta uallis.in.iij.col.in ver.venio ad quartũ.j.de iureiu. Itẽ qñ habeat locũ ista examinatio de qua in hac decre.⁊ in qbus casib⁹ vide late p Bal.in sua marg. Inn.in ver.silẽtiũ.in.j.q. Itẽ p illo dicto Bar.in.d.§.transactio.vide eũ in simili.q.idẽ tenẽtẽ in.l.nam postea.§.si minor.ff.de iureiuran.⁊ in.l.so-cietatẽ.§.arbitrorũ.in.v.col.ff.p soc.itẽ adde quid fieret si talis reus cui⁹ exceptio non erit pbanda p testes ꝫ alio modo ẽt timet ne pereat sibi pbatio quid erit fiendũ cũ nõ possit h̄ casu habere locũ examinatio testiũ ad ppetuã rei memoriã nec possit cõpellere actorẽ agere.dic ꝙ tũc remedium erit vt eat ad iudicẽ ⁊ implo ret offm̃ suũ vt ipsa sua legitia exceptione imponat ppetuum silẽtiũ. actori.istã cautelã tradidit gl.fin. i.l.aureli⁹.§.cẽtũ. in ṽ.cõsequi posſit.ff.de lib. lega. quã alle.p singu. Sal.in.l.iij.q bo. ce.pos.p quã ẽ casus in illa.l.iij.ẽm bal.ibi.Sꝫ adde quẽ idẽ dicit do. Ant.in.c.si autẽ. circa fi.de rescrip. allegat ad h̄ aliã gl.in.l.si cõtẽdat. ff.de fideius. Addõ quod remediũ habeat exceptiõe tut⁹ ro.cõsi. cccxij.⁊.xcj. Zacharias.

b ¶ Ver⁹ valor rei. adde ad pbandũ verũ valorẽ rei ꝗ requirant ⁊ ꝗ admittaṫ pbatio sufficiatqꝫ.vide per Lanfrã.de ori.in c.qm̃ ꝯ.§.testiuꝫ depositiones.nu. xcij.versic. quero secũdo.cum duobus num̃.sc.s.de probatio.de qua per Allerand.de Imo.cõsil.lxxxv. Mã.soci.consil. viij. incipien. visis.ver.⁊ stãt ista. ibi quinimo singulariter.volumi ne primo. Anto.Francis.

¶ Quomodo p batur ver⁹ valor alicuius rei: vide Bald.in.l.ij.in vlti.co.C.de rescin. vend.vbi dicit qõ pbatur per communẽ estimatio-

agere potest:⁊ quomodo ⁊ quando faciẽdum sit instrumentum.dic etiã extra gl.qõ potuisset pres byter etiam agere via ordinaria intentando confessoriam vt.s.dixi dicendo hoc ius libertatis ecclesie competere:⁊ sic petere pronuntiari. Cui autem competet data libertate ius presentãdi.dicit Vincẽ.qõ si ecclesia est collegiata collegium libere eliget al's cessante collegio episcopus libere puidebit sicut in aliis.s.de elec.c.j.⁊.xvj.q.vij. omnes basilice. Dic ergo qõ ecclesia ista remanet libera in dispositione iuris communis si ius patronatus non competeret. ¶ Gl.vlt.est clara sed cõtra eam ⁊ contra text.op.videtur enim qõ denuntiatio fienda patrono probari possit nedum per instrumentum sed etiam per testes. Item per sigillum authenticum.iuxta ea que habentur ⁊ no.in c.ij.de fi.instru.⁊.c.licet vniuersis.de testi.Doc. fatentur cõtrarium.sed quia testes isti eque possent deficere sicut in principali quos recipi mãdat merito consulitur vt de hoc fiat instrumẽtũ. Et si diceres nonne etiã probatio instrumẽti potest antiquari. Item post centum an.negari poterit scriptorem instrumenti fuisse tabellionem. respõdet Hostien.qõ in primo casu prouidebitur per secũdam publicationem ⁊ reuocationẽ.de confir. vti. vel inuti.cum dilecta.in secundo forsan.extabũt plura instrumenta eiusdem manus per quorum comparationem poterat roborari.C.de fi.instru. comparationes. ¶ † Not.singulariter hoc dictũ ex quo potest sumere practicam pbandi et impugnandi hec instrumenta antiqua.⁊ vide Inn.in c.veniẽs.de ver.sig.in.vj.vbi tractat qualiter pbetur qõ scriptor instrumẽti fuit notarius. ¶ † Sed quero vbi fiet hec denũtiatio de qua in tex. Host. dicit qõ ad domũ si absens est.ar.de cle.nõ resi. ex tue.⁊.s.de eo qui mit.in pos.cau.rei seruãde.c.fi. Innoc.putat quod data illius absentia dꝫ expectari si sine periculo hoc fieri potest donec personaliter citetur:arg.ff.que sent.sine ap.rescin.l.j.§. item cum ex edicto.dicens notabile verbũ qõ iura que dicunt sufficere citationem ad domũ ponũt casus speciales ⁊ remittit ad not.in.c.fi.de eo qui mit.in pos.vide de hoc quod plene dixi in ca.ij.s. eo.⁊ est veritas quod requiriṫ citatio personalis ex quo nunꝗ̃ fuit in iudicio nec imminet periculum.secus si precessisset contumacia ẽm do. Ant. hic.sed posset dici vt arbitror quod cum hoc casu nõ agatur de graui pīudicio poterũt testes recipi citatione facta ad domum si principalis se absentauit procuratore non dimisso.nam hoc casu pceditur ad missionem in possessionẽ ex primo decreto ex citatione domi facta iuxta not.in.d.c.fin. sed si esset presens deberet citari personaliter ⁊ nõ non ad domum cum hec sit prima citatio:vt in.c. causam que.⁊ quod ibi no de do.⁊ contu.vide tamen quod scripsi in preallegatis iurib⁹. ¶ † Vlterius quero an attestatiões recepte ẽm formã huius decret.valeant si is qui produxit agat contra alios. Inn.⁊ bene qõ nõ:secus dixit si alius agat contra eum.⁊ hoc ideo qr res inter alios acta ⁊c. de.fi.instru.c.inter dilectos.hoc limitat verũ nisi alius successisset in ius illius contra quem testes fuerunt recepti.de quo vide plene per Joã.an. in add.loco preal.Si autem testes fuerint recepti in terminis.c.quoniam.j.respõso.dicit Inn.qõ si attestationes aperiuntur de consensu partium etiã ante lit.contest.valebũt ad eternam rei memoriã siue ille agat qui eos produxit siue ille cõtra quẽ producuntur:quia isto casu forma illius decret. cõuertit ad istũ quod no.Sed si aperiantur a parte altera nesciente tunc nõ valerent nisi tunc postea accederet cõsensus partis.⁊ hoc quia non debebant aperiri nisi post lit.contesta.tempore suo. ¶ Vltimo queritur coram quo iudice dꝫ fieri hec

nẽ ⁊ ibi Bar.etiã.post gl.dicit ꝙ pbaṫ ex qualitate rei ⁊ quãtitate reddituũ.de quo etiã per Bar.⁊ Bal.in.l.si fundum per fideicõmissũ.in prin.de le.j.⁊ vide do.Alex.in cõsi.xc.in.iij.parte ꝯ.⁊ vide Bar.i.l.filius.in.§.si quid alicui.ad fi.ff.de leg.j.vbi dicit ꝙ pbaṫ p vicinos dicẽtes ꝙ oẽs cõiter emerẽt rẽ de qua agitur p tãto precio.⁊ adde ꝙ valor rei nõ pbaṫ per testes quorũ vn⁹ deponit rẽ valere.x.⁊ alter depo nit rẽ valere.xv. qr tales testes dicunṫ singulares. ita Bart.i.l.fi.§. q indiuisaꝫ.ff.de le.ij.⁊ vide Bar. Ang.⁊ Alex.i.l. cũ furti.ff.de in litem iurã.nec etiã pbaṫ valor p instrumẽta vẽditionum plures factarũ diuersis psonis ⁊ diuersis tẽporib⁹ ẽm Bal.i l.j.in vl.col.C.de sen.que p eo qõ i ter.profe.Addas tũ ꝙ qñ nõ pbaṫ valor per partes iudex põt suo arbitrio estimare valorem.vel eligere estimatores q estiment ẽm Barto. in.l.si qõ ex pamphila.ad finẽ.ff.d le.ij.⁊ p Bald. et Bar.in vl.col.C. de rescin.vẽ.et dꝫ probari p testes deponẽtes de tẽpore psenti et nõ de tẽpore pterito ita Bar.in.l.cuꝫ emptor.i.§.fi.ff. de dã.infec.⁊ i.l. nõ itelligiṫ.in.§. diui.ff.de iure fis. ⁊ vid ad materiã que habenṫ.in.l. precia rerũ.ff.ad l.fal.⁊ deniqꝫ ad de ꝙ probaṫ valor rei per estimũ cõis qr pro tãto fuit posita i estimo.l.hi q et ibi bar.no.C.d pdi. nauicu.li.xj.cui⁹ ꝯrium tenet bal. in.l.ij.C.de resci. vẽ.⁊ istud forsan est verius nisi pbaretur ꝙ in estimo cõis res esset allibrata et estimata precio cõi qr tũc posset pcedere dictũ Bart. alias apd me red ditur multũ dubium: quia solẽt i estimo communires estimari minus quam valeãt communi precio ideo cogitãdum relinquo.

examinatio testium ad eternam rei memoriã.dic ꝙ coraꝫ iudice principalis cause.si enim hec causa mouetur per fundatorem ageret contra ecclesiã corã iudice ecclesiastico merito testes debent recipi per eundem iudicem cũ hoc sit pars cause principalis.⁊ idẽ dic vbicunqꝫ testes reciperenṫ super aliqua exceptione anteꝗ̃ causa moueatur vt not.per Fede.cõsi.ccxxx.per Barto.in.l.a societatem.§.arbitrorum.ff.pro so.vide qõ dixi in c.si quis contra clericum.de foro competẽ.⁊ hec sufficiant.

1 ☞ Agens alternatiue vel quod rescindaṫ venditio:vel qõ suppleatur iustum preciũ:nõ astringitur ad probandum verum valorẽ rei.

2 In eadem causa si vnus pducitur contra alium plures nõ presumitur inimicus.

quod no. ⁊ videt̃ Barto. velle in prima constitutione digestorū: qd̄ nō valeat instr̃m nisi habeat signū notarij. ⁊ vide per Guli. de cugn. in. l. comparationes. C. de fide instru. sed Jo. an. in addi. Spec. in titu. de instru. edi. §. ij. in ver. in fine aũt. tenet qd̄ signū notarij nō est substantia instrumēti. quia nō reperit̃ cautū iure. et sic ponit̃ de consuetudine potius q̄ iuris dispositione. Jtē quia omissio modice solēnitatis nō vitiat. ff. de vētre inspi. l. j. §. fi. Jtē quia Accur. illud omisit in. d. l. generali. preallega. et sic transit hic do. Anto. sed nō viderūt isti iudicio meo Accur. qui hoc apte tenet per illum textū vbi. s. allegatū scʒ in. §. sed ⁊ si instrumēta. vnde sequor Bart. ꝙ vitiet̃ instrumentū: tum quia tex. videtur hoc requirere. in. d. §. sed ⁊ si instr̃a. tñ quia subest cōsuetudo ad hoc quod. s. dixi de annis dñi: tñ quia hoc ponit̃ ad facilius veritatē inueniendā: maxime quādo instrumētū est de facto antiquo. Not. tñ in practica opi. Jo. an. quia non est modice autoritatis. Aduerte tñ qd̄ id qd̄ predixi de subscriptione testiū procedit regulariter: sed fallit in actib⁹ iudicialibus. de quo tamen dic vt dixi. in. c. q̄m cōtra. de proba. ño. Spe. de instru. editi. §. restat. v̾s. sed cum literis. Jtem s̄m Jnn. hic vbi subesset 3suetudo. arg. ca. cū dilectus. j. eo. Tertio q̄n instr̃m fit corā populo in publico parlamento. ⁊ nota h sing. qd̄ ponit Spec. in loco prime alle. ⁊ dicit qd̄ fuit dictū Vber. arg. C. de his qui in eccle. ma. l. j. C. de testa. oīm. prope prin. et. C. de ĩlati. lib. tol. l. vna. vbi aũt testes debēt scribi quot requirant̃: dic quod ad min⁹ duo. ita no. dixit gl. in. d. §. sed ⁊ si instr̃a. in v̾bo adijciat̃. sed vide pleniorē dist. quam ponit in aut̃. eadē. prope fi. in v̾bo sanctū. ⁊ oīno vide Bar. ⁊ glo. in aut̃. sed nouo iure. C. si cer. pet. ⁊ Jo. an. in reg. pluralis locutio. de reg. iur. li. vj. vbi reperies plenissimā ⁊ notabilē gl. in materia. ¶ Vndecimo req̄rit̃ ex parte solennitatis extrinsece qd̄ scriptura cōfecta per notariū sit corā partib⁹ lecta: al's nō valeret instr̃m: s̄m Jo. and. in addi. Spe. eo. ti. §. ostēso. ver. illud quoqꝫ. C. de fi. instr. l. 3ct⁹. ⁊ sic recitādo hoc dictū trāsit simpliciter hic Jo. and. sed tu dic melius hoc dictū ꝓcedere duntaxat in 3ctib⁹ q̄ fiunt in scriptis: id est in illis in q̄b⁹ scriptura est de substātia ex cōtrahentiū 3uētione ⁊ sic loquit̃. d. l. 3ctus. ⁊ hoc ponit Bar. in. d. l. 3ct⁹. ⁊. l. gall⁹. §. idē credendū. de libe. ⁊ posth. ⁊ p illā. l. 3ctus. notabilr̃ dicit ibi Bar. quod vbicūqꝫ scriptura est d̾ substātia vt in sñia: appellatiōibus: ⁊ simili. postq̄ scriptura est lecta nihil potest addi vel minui. nec aliq̄d valet nisi tota scriptura legat̃ qd̄ bene notabis. sec⁹ dic in alijs que redigunt̃ in scriptis non vt scriptura sit de substātia sed poti⁹ ad ꝓbationē cōseruādā tunc em̄ nō est necesse vt legat̃ corā partib⁹ quia 3ctus potest scribi abbreuiate: vt in. c. cuʒ. P. tabellio. j. eo. sufficit ergo in illis notariū esse rogatū. ¶ Duodecimo req̄rit̃ extrinsece ex parte scribentis ꝙ fuerit institut⁹ tabellio ab habente potestatem ⁊ q̄s in hoc dicat̃ habere potestatē notabit̃ plene. j. eo. cū. P. tabellio. Et circa hoc dubitat̃ q̄d si non constat illum qui scribit hanc potestatē habuisse a superiore ⁊ sic negatur [d] notari⁹.

a ¶ Locus 3ctus. De hoc an locus sit de substantia instrumēti: vide p̄ Archi. in. c. cū redēptor. xij. q. ij. vbi videt̃ cōcludere ꝙ sic. ⁊ idem dicit gl. j. in data sexti. ⁊ vide per Bal. in. l. contractus. in. iiij. col. v̾si. modo queritur. C. de fi. instr. ⁊ qd̄ requirat̃ locus in instrumēto: tenet Ang. in. d. l. opti. circa fi. quod in instrumēto apponi debeat loc⁹ loci tenet Dñi. xxiij. dist. in nomine dñi. in. x. col. Et adde hic ad materiā ang. in 3s. ccxxviij. vbi dicit ꝙ si in ꝓtocollo notarij nō est idictio neqꝫ locus generalis vrbis: castri: ville: nec signū notarij ⁊ i eo apparet notariū nō eē rogatū nullius est mōmenti. neqꝫ ex eo pōt leuari publicum instrumētū. et vide quod no. Bar. in. l. j. §. vbi autē. ff. de vi ⁊ vi arma. vbi dicit ꝙ in libello accusationis non dʒ inscribi locus loci.

Sebasti. Sapia.

a ¶ Locus 3ctus. Hoc in tantū ꝓcedit ꝙ nō valeret cōsuetudo in contrariū: s̄m Rotā decisio. vj. in ti. de consue. in antiq̄s. sequit̃ Roma. i. l. in illa. ff. de verb. ob. ⁊ Ang. sicul. in consi. iij. col. ij. volumi. iij.

b ¶ Signū. Et dicit Bal. in ꝓe. C. in. ij. col. qd̄ notarius non pōt mutare signū suū cōsuetū ⁊ si apponeret hodie vnuʒ signū cras aliō puniret̃ pena falsi. et ita dicit tenere Gul. de cug. in. l. cōparatiōes. C. d̾ fi. instr. ⁊ vide qd̄ de hoc signo notaui post. d. Ab. in. c. dilecta. j. de exces. prela.

Anto. Francis.

¶ Circa hoc qd̄ h dr̃ de signo notarij: dicas p̄mo ꝙ signuʒ notarij positū i p̄ncipio vel in fine ꝓtocolloꝝ trahit̃ ad oēs cōtractus ibi scriptos p̄cedētes vel sequētes ita bar. ⁊ Alex. post eum. in. l. si quis ex argētarijs. in. §. si initiū. in repe. in. xxij. col. ff. de eden. habet̃ p Bal. ⁊ Sali. in. l. eo quod. in. j. no. C. si cer. peta. per Alex. plene in consi. cliij. in. ij. parte 3si. ⁊ adde qd̄ signū notarij requirit̃ in quibuscūqꝫ instrumētis publicis: sed nō in scriptura p̄uata facta per notarium: al's instrumentū nō valet. ita Bar. in proe. ff. orū. in. ij. col. ⁊ Ang. in aut̃. de tabel. in. ij. col. ⁊ vide Specu. in ti. de instru. edi. in. §. j. in ver. si autem. ⁊ ibi per Jo. and. in addi. ⁊ vide glo. in. c. ad audientiam. de prescrip. ⁊ aliā gl. insti. de publi. iudi. in. §. itē lex. ⁊ maxime quādo est cōsuetudo ꝙ apponat̃ signū in instrumento per notarium: quia tunc sine eo instrumentū est nullū. de iure autem communi signū nō est de substātia instrumēti: vt p Bar. ⁊ per eūdem. in. l. ad testium. in. §. si quis. ff. de testi. ⁊ vide Alex. post Bar. in. l. si ita stipulat⁹. in. §. chrysogonus. in. iiij. col. de verb. obli. vtrum autem sigillū posset mutari seu signū notarij: dicas ꝙ nō: al's tenet̃ de falso. ad quod etiaʒ vide Bal. in. j. consti. C. imo nec valet instrumētum cum signo notarij nō cōsueto vt per Bald. ⁊ Phil. in c. significauit. de appel. p illū text. ⁊ p. l. fi. ff. de asses. ⁊ vide q̄ habent̃. in. §. vidēdū. isti. de publi. iudi.

Sebasti. Sapia.

c ¶ Nihil significat. Vide Cardi. i 3si. cxxxiij. ⁊ Angelū in 3si. cxx. et Bal. ⁊ Jmo. in. l. ad testiū. §. si q̄s. ff. de testa. ⁊ Bal. i. l. nō aliter. ff. de adop. ⁊ i. l. luci⁹. in p̄n. ff. de testa. mil. ⁊ in. l. scripturas. C. q potio. in pig. habean.

d ¶ Negat̃. Qualiter ꝓbet̃ quē esse notariū: vide do. Ant. post Host. i ca. significauit. in pe. col. v̾sic. itē q̄d si post cētū ānos. s. de testi. ⁊ Jmo. in cle. j. in. v. co. v̾. q̄d ēt si renouet̃. de ꝑcu. p Bal. i. l. j. C. ad mace. vbi dicit ꝙ ex quo q̄s 3fecit plura īstrumēta vt tabellio: licet nō appareat priuilegiū seu instrumentū sui tabellionat⁹ tamen illa sua instr̃a valent. sʒ de hoc ipse ibi se remittit ad id qd̄ dixit i. l. barbarius. ff. de offi. ꝓtor. ⁊ i. l. si solēnibus. C. de fi. istr. sʒ tu de hoc vide p Bal. i. l. j. in. iij. col. C. de fideicō. Bal. i. l. j. C. de testi. p Ang. i aut̃. de her. ⁊ fal. §. hic nobis. ⁊ p Ang. i. l. iij. ff. ad mace. et aliquid p Bal. et Jmo. in. l. testiū. §. 3ditionē. ff. de test. ⁊ i. d. l. barbari⁹. ⁊ vide i apo. in. l. fi. ff. de fi. istr. vbi dicit ꝙ ille p̄sumit̃ tabellio q̄ est i possessiōe tabellionat⁹. Et qualr̃ probet̃ notariū fuisse ꝑsonā authēticā ⁊ eius scripturas fuisse authēticas vide pulchre p Ange. 3s. ccxxxviij. ⁊ adde hic Bal. in. l. j. C. de māda. p̄n. vbi dicit ꝙ si aliq̄s dicit se tabellionē ex p̄uilegio p̄ncipis nō credit̃ nisi ꝓducat instr̃m p̄uilegij. ⁊ adde h Bald. in l. fi. in fi. C. de sac. sanc. eccle. vbi refert doctrinā Jnn. in. d. c. veniens. de verb. sig. et adde qd̄ no. Bar. in. l. herēnius. ff. de decu. vbi dicit ꝙ lʒ q̄s probet aliqueʒ plura instr̃a fecisse ⁊ gessisse se pro tabellione qd̄ ꝓpter hoc non probatur quem esse tabellionem. ⁊ all'. Spec. in titu. de instrumen. editio. §. restat. versic. illud. ⁊ versicu. quid si. Adde hic Baldum in. l. j. C. de emācipa. libe. vbi dicit: quod si quis per centū annos repu-

taretur legitimus ⁊ reuera esset bastardus nõ prescriberet iura legitimationis. ⁊ all'.gl.sing.in.l.nemo.ff.de vsuca.pro leg. Adde hic duas questiones quas ponit do.Ant.in.c.cum causam.el.j.in.xij.col.versi. dubium est.de testibus.vbi ponit de quibꝰ sensibꝰ corporis debeat attestari notarius conficiẽs instrumentũ de gustu ⁊ odoratu. Scdo ibi examinat an notariꝰ possit cõficere instrumẽtũ ad dictũ interpretis mediatoris inter duos diuersarũ linguarũ inuicẽ ꝯtrahentes:⁊ sic dicit statutũ ꝙ ꝑ notariũ forẽsem non possit exercere officiũ sñia de qua fuerit rogatus erit ipso iure nulla:ſm Ang.i consilio.cxcij. ⁊c. Antoniꝰ Frãcis. ¶ An legitimitas possit ꝑscribi dicas ꝙ nõ quãtocũqȝ tẽpore qs fuerit habitꝰ pro legitimo:qꝛ legitimatio a solo ꝑncipe fieri põt:⁊ ei soli conuenit cui princeps ꝯcessit: vt per Bal.in.l.j. C.de iu.au.ãnul. ⁊ ꝑ Pau.de cast. in ꝯsi.ccxxv.com petit etiã ſm dñz Abb.in.c.per venerabilẽ. qui filij sint leg.ꝑncipibꝰ nõ recognoscẽtibus superiorẽ de facto:de quibꝰ ꝑ bar.i.l.hostes.ff. de capt.⁊ ꝙ talia iura legitimitatꝫ nõ ꝑscribanẽ nisi interueniat cõfirmatio principis. vid bonũ tex.l.q in ꝓuincia.in.§. diuꝰ.ff.d ritu nuptia.⁊ i terminis per illaz.l.hoc tenuit Bal..i.l.nullo iusto.in.j.colũ na.C.de rei vẽdicatione.

Jo.and.recitat dicta Innocẽ.in.c.veniens.ꝭ.de verb.signi.lib.vj.que etiã in effectu replicat hic. que etiã videas in Specu.de proba.§.j.ad fi.ver. verum licet probatio.cum versi.sequentibus.ibi tamen Inn:prosequitur duo mẽbra. Primum quãdo questio est cum ipso notario:⁊ tũc habet ipse plene probare cum debeat esse de facto suo certus.Secũdus qꝺ facit ad propositum quando de hoc est inter partes contentio.⁊ in hoc ponit tres practicas probãdi. Primo vt probetur per instrumẽtum vel per testes officium fuisse illi commissum per superiorem.Secundo si probatur per testes quod tempore illo quo fuit factuz instrumentũ de quo contenditur publice fungebatur notarius officio.arg.ff.de offi.preto.l.barbariꝰ.⁊ in.l.ij.ff.ad macedonia.Tertio qꝺ quasi in idem in effectu reincidit licet varietur in facto. si appareant instrumenta multa et diuersa inter multos ⁊ diuersos per manus eiusdem conscripta que firma manent ⁊ sine contradictione: ab omnibus tanꝙ publica recipiũtur:⁊ quot instrumenta sufficiant relinquendum est i iudicis arbitrio:secũdum Hostien.vide in Specu.de instrumen.edi.§.restat.versi.et scias.et versicu.illud autem. Aduerte quia Spec.in preallega.§.versicu. quid si is.videtur sentire contrarium quo ad secundam ⁊ tertiam practicam. Dicit enim quod cõmunis error non potuit illum facere notariũ nec instrumenta valere ex quo non habuit potestatem a superiore:secus si habuisset potestatem a superiore:sed ex aliqua causa non valuisset:puta quia erat seruus occulte:sic loquitur.l.barbarius.preallega.hanc materiã latius attingit Joan.and.in addit.predicta.versic.⁊ scias.vbi narrat Mar.de silli.disputasse ⁊ tenuisse quod oportet vere probare officium fuisse commissum:nec possessio releuat ab onere probandi nisi forte instrumẽtum produceretur de longinquo.et vide ibi pleniꝰ.et maxime in eo quod prosequitur an per descriptionem in matricula[a] probetur quis notarius.⁊ concludit quod non:vbi videas.do. Anto,[b] hic putat quod si sciente ⁊ patiente superiore sit possessionẽ ingressus:istud sufficit.argumen.in.c.consultationibus.de iure patro.⁊ cum hoc temperamẽto dicit se intelligere Spec.in titu.de proba.§.j.ver.item ⁊ etiam.⁊ Joan.an.in addi. Specu.super.d.§.restat.versicu.quid si ꝓducatur.Ego credo ꝙ sola sciẽtia ⁊ patientia superioris non habeat prodesse si cõstaret postmodum de vsurpatione officij cum ex parte superioris non interuenerit aliquis actus positiuꝰ cum requiratur officij collatio seu creatio.arg.c.cum iamdudum.in fi.de preben.⁊ qꝺ not.per glos.et doct.in.c.quia circa.de consan.⁊ affini.⁊ in cle.si romanus.de senten.excom.⁊ bene facit.c.ad decimas.de restitu.spol.lib.vj.iunctis his que dixi in.c.cuz ecclesia sutrina.de cau.possess.⁊ proprie. hoc idem videtur velle Innoc.in.c.nihil.de elec. Nec obst.c.cõsultationibus.de iure patrona.qꝺ loquitur de possessione bona fide quesita:al's nil valeret presentatio.vt ibi not.⁊ plenius per Innocen.in.c.ij.de in integ.restitu.sed si non cõstat de vsurpatione officij:sed solum reuocatur in dubium de potestate:prout loquitur Innoc.puto Inno.verum ⁊ eleganter dixisse cum hoc temperamento iudicio meo:vt probetur ꝙ longo tempore fuit palam ⁊ publice in possessione tabellionatus.nam ex hoc presumitur habuisse titulum: quia non est uerosimile quod tãto tẽpore fuisset sine titulo toleratus. hec probo apertissime per no.in.c.illud.de presumpt.⁊ per Inno.in.d.c.ij. de in integ.resti.facit.c.cum ecclesia sutrina.preallega.scdm intellectum quem ibi dedi.⁊ si diceremus contrarium : infinita instrumenta perirent tractu temporis: cum moriantur notarij et perdantur instrumenta collationis officij:⁊ durum esset hec omnia semper recensere:vt in simili not. in.c.quoniam.de proba. Unum tamen nota hic: quod si producitur instrumẽtum in forma publica maxime de longinquo ⁊ nemo cõtradicit nec apparet in aliqua parte suspectum:ei standũ est. arg.in.l.fina.C.de edi.diui adria.ponit Jo.and. in addi.prealleg.⁊ Sul.de cug.in.l.comparationes.C.de fide instru. ¶ Tertiodecimo requiritẽ etiam ex parte notarij quod fuerit rogatus de confessione instrumenti: alias nihil valet instrumentum.in auẽ.de tabel.§.nos autez.no. Innocen.hic.refert tamẽ quosdam dicere quod in dubio[c] presumitur rogatus[d].C.de contrahen.stip. l.j.insti.de fideius.in fine. ⁊ hãc opi.tenet Accur. in auẽ.de tabel.§.nos autem.in ver.iniungatur. in fi.qui dicit quod semper presumitẽ quod notario fuerit mãdatum seu iniunctum vt cõficeret instrumẽtum.ipse tamen Inn.videtur velle quod ipse notarius scribat in instrumento se fuisse rogatum:⁊ hoc sufficiat ad faciẽdam fidem de rogatione.Bar.in.l.sciendum.ff.de verb.oblig.tenet quod in dubio non presumatur rogatus:sed si ipse hoc attestatur in instrumẽto vel apponat similia verba:puta ego notarius scripsi vel publicaui:⁊ tũc sufficiet:quod placet.⁊ vide in Specula.eo.tit.§.breuiter.versic.et nota quod tabellio.

a ¶ In matricula.Et adde ꝙ per inspectionem matricule probatẽ quẽ esse de vniuersitate.ita not.Dñi.in.c.quos iure.in.j.col.viij.dist.⁊ in.c. cleri.circa prin.xvj.dist.⁊ vide etiã quod no.Dñi.xx.distin.in sum.circa mediũ.⁊ in.c.si romanoꝝ.in.j.col.ea.dist.⁊ vide qꝺ no.Bar.in.l.nõ aliter.⁊ in.l.petitionem.C.de aduo.diuer.iudi.

b ✠ Sebastia.Sapia. ¶ Do.Ant.Uide plene per do.Jaso.in.l.barbarius.col.xj.versi.sequẽdo cõmunẽ sñiam.ff.de offi.ꝓto.vbi dicit dictuz do.Anto.hic esse mirabile.⁊ cõfirmat vt ibi per eũ.⁊ vide late per do. Alex.in consi.cxxxvij.inci.opportune.in.j.vol.

c ✠ Sebasti.Sapia. ¶ In dubio vide Alex.in ꝯsi.xiiij.incip.ponderatis verbis testamẽti.col.vj.in.iij.volu.⁊ in consi.xlij.incip.abunde per celeberrimos iuriscõsultos.col.ij.in.ij.vol.⁊ Barth.veroñ.in cautela. cxcv.⁊ cautela.clxvj.⁊ Pau.de ca.in cõsi.cciij.inci.in causa confinium. ſm antiquã impressionẽ.And.sicu.in consi.xxxij.inci.scribitur preclare.in.vj.col.in.j.vol.Areti.in cõsil.xxxiij.inci.consultatio hec.Alexan. in consi.cxxxiij.inci.viso processu.col.ij.in.ij.vol.

d ¶ Rogatus.Uide Bal.in apostil.in.l.fi.ff.de fi.instr.vbi dicit qꝺ notarius rogatus presumitẽ rogatus vt instrumentũ cõficiat cum clausulis cõsuetis.⁊ de hoc vide per Bal.in rub.C.de fi.instr.in.x.col.⁊ etiaz in.v.col.⁊ vide Bal.in auẽ.rogati.C.de testib.⁊ in.l.j.C.de fi.instr.lib. xij.in.x.col.Bal.⁊ Inno.in.l.j.in prin.ff.de here.insti.Bal.post Cy.in l.hac cõsultissima.in ꝑn.C.qui test.face.pos.aliqd per Bar.in.l.heredes palã.in prin.ff.de test.Ange.post glo.in.§.nos autem.in auẽ.de tabel.do.Anto.in.c.sicut.in.v.col.de re iud.per Roma.in.l.sciẽdum. in.xiij.q.de ver.ob.vbi aliquas allegationes addit ad Bar.⁊ dicit qꝺ vbicũqȝ reperitur per campsorem aliquid in suis libris scripsisse pertinens ad rem alteriꝰ semper presumitur scripsisse hoc ad illius petitionem rogatum:et dicit h fuisse singula.dictũ Sul. de cug.in.l.edita. C.de eden.qꝺ sequitur ibi Bart. all'.gl.ordina.in auẽ.de tab.§.nos autem. quid aũt de teste an presumatẽ rogatꝰ:vide per Spe.in titu. de teste.§.j.ver.sȝ quid in predictꝭ. in penul.col.⁊ ꝙ ibi de illa qõne late notaui. adde ꝙ opi.Bart.i.d. l.si vnum.in hoc passu:an notariꝰ ꝑsumatẽ rogatꝰ: sequitẽ ibi Imo.⁊ Ang.in.l.quecũqȝ.§.fi.ff.de pub. ⁊ Ang.cõsi.ccvj. inci.reperitẽ quedam imbreuiatura ⁊c.sȝ opi.in.d. §.nos autẽ.sequitur Bart.in.d.l. domitiꝰ labeo.ff. de testa.⁊ circa illud dictum Sul. de cãpsore seu argẽtario.ꝭ.relato adde qꝺ idem dicit Bal.in.l.j.circa penul.co.C.de edẽ. ¶ Adde tu qꝺ tȝ Ang.cõsil. mihi.lxxiij. voluerit qꝺ notariꝰ nõ ꝑsumatẽ rogatus.qꝺ tñ Bald. consi.xxij.j.lib.tenet ꝯtrariũ:⁊ dicit male loqui tenentes aliam opinio.an presumatẽ rogatꝰ apponẽs clausulas cõsuetas: vide Allexã. consi.xxxvj.ij.lib. Ant.Frãcisc. ¶ Circa hoc quod dicitẽ de rogatu notarij:ꝙ de tali rogatu debet notarius in instrumẽto attestari:al's non presumeretẽ rogatus:de quo vltra hic all'.vide Bal.in rub.C.de fi.instr.in.ij.col.tamen glo.in.§.nos autẽ.in auẽ.de tabel.dicit qꝺ eo ipso qꝺ notarius cõficit instrumentũ presumitur rogatus.de quo vide per Cardina.in cle.j.in §.j.de iureiuran.⁊ vide consi.Ant.de prato veteri incip.mutinẽsis quidam.quod est.lxxiij.in.j.parte consi.Alex.vbi dicit ꝙ si notarius viuit ⁊ dicit se esse rogatũ de instrumento qꝺ creditur ei.al's probatio incũbit producẽti instrumentũ:vt per Spec.in titu.de instru.edi.in.§.ij.in versi.⁊ nota ꝙ tabellio.⁊ vide Bar.in.l.j.in prin.ff.de here.instituen.⁊ Alex.in.l.stipulatio ista.in.§.si quis ita.de verb.obli.vbi dicunt ꝙ notarius asserens se rogatũ intelligitẽ rogatꝰ a partibus de contractu.de testamẽto aũt a testatore.⁊ tene menti ꝙ si ageretur de probando notariũ fuisse rogatum:vel testes adhibitos fuisse rogatos nõ sufficeret qꝺ testes simpliciter dicerent ꝙ notarius vel testes fuerũt rogati:sed est necesse ꝙ deponãt qꝺ fuerũt presentes:⁊ intellexerunt dicta ꝑ partes vel testatorẽ:vt prealleg.cõsi.Anto.de prato veteri.⁊ ꝑ Alexan.in consi.clxxix.in.ij.parte consi.⁊ qꝺ notarius presumatẽ rogatus apponere in instrumento clausulas consuetas ſm naturã contractus:vide glo.⁊ Bar.in.l.fina.C.de fideicõmis.⁊ vide no.in.l.non omnibꝰ.ff.de arbi.in.l.si pignore.in.§.fina.ff.de pigno.act.⁊ vide Pau.de cast.ff.de iurisdi.omnium iudi.in.l.ij.

a ¶ A quibus. A quibꝰ debeat rogari notarius vt cōficiat instrumentū ⁊ adde gl. in ver. huius edicti. in l. pretor ait. in prin. ff. de edē. que dicit ꝙ hodie tabelliones semper rogant a partibus hincinde. ⁊ adde vnū verbū hic qđ ponit Pau. de ca. in l. heredes palā. §. in testamētis. sup gl. j. ff. de testa. vbi dicit ꝙ notarius dȝ rogari ab eo ad quē actꝰ ꝑtinet. ⁊ all. tex. ⁊ glo. in §. nos aūt. in aut. de tabel. ⁊ de hoc vid aliqd p Mo. in cle. j. de iureiu. circa pn. vsi. nota ex tex. ⁊ est ēt glo. ibi in vsi. reqsitis. adde h Bar. in l. sciēdū. circa fi. ff. de ver. obl. vbi dicit ꝙ si notarius scribat ego notariꝰ rogatꝰ scripsi ꝓsumit rogatꝰ a ꝑtibus. ⁊ facit ad hoc gl. in aut. rogati. C. de testibꝰ. ¶ Addē an notariꝰ debeat esse rogatꝰ ab ambabꝰ partibꝰ ⁊ an sufficiat esse rogatus ab vna. Alex. cōsil. x. ij. lib.

b ¶ Notariꝰ. Et vide bar. idē dicētē ⁊ Pau. de ca. i. l. seruꝰ. ff. de test. et vtrū filiꝰ possit cōficere instrumētū in cā patris vide do. Ant. in c. sup eo. el. ij. i fi. de testi. et vide oīno Bal. in l. iudices. C. de fi. īstru. Et an adhibeat fides īstrumēto qđ nūc ꝓducit a notario ꝓcuratore cū ipsemet notariꝰ ꝯfecisset illud instrm pro me anteꝗ̄ esset ꝓcurator meꝰ Jo. an. in mercu. in c. cū qdvna via. de re. iur. i. vj. ⁊ per do. Ant. in c. ex lris. i pe. col. de trāsa. ⁊ idē ibi qđ no. Jo. an dicit Pet. de anc. i. d. c. cū a nobis. vbi ēt ponit in terminis ⁊ sr decidit. q. quā ponit h do. Ant. et an notariꝰ possit ꝯficere instrm de ꝓpria cōmissiōe sibi facta p iudicē vide pulchre per Bal. in l. ex snīa. ff. de testa. tute. ⁊ vide de hoc Bar. in l. lucius. ff. de mili. test. ⁊ an notarius possit cōficere instrumentū quo ipse obliget alijs. vide Bart. in l. impuberē. §. fi. ff. de fal. Item scias ꝙ notariꝰ pōt ꝯficere instrumentū ꝓ vxore sua. tex. est ⁊ ibi Bar. in l. vxore. ff. de fal. ⁊ de q̄stione an notarius possit conficere instrumentū ⁊ id scribere. vide in terminis p Barto. in l. fistulas. §. j. ff. de ꝯhen. emp. ⁊ de illa questione. s. tacta an adhibeatur fides instrumēto qđ ꝓducit a notario ꝓcuratore meo qui confecerat instrumētū illud anteꝗ̄ esset ꝓcurator vide Floria. in l. fi. ff. de testi. qui simul cū Butrig. cōcludit ꝙ nō. ¶ Adde an notarius possit instrumēta contra se conficere. Bal. consi. xliij. ij. lib.

c Sebasti. Sapia. ¶ Ipse notariꝰ. Vide latissime p Feli. in c. series. col. ij. s. de testi. vbi tradit de quibus notarius nō possit facere instrm.

4 ¶ † Sed circa hoc est forte dubiū a qbꝰ [a] debeat esse rogatꝰ. circa qđ multū instat Inn. h ponēdo sparsim tres opi. Pria ꝙ debeat esse rogatꝰ ab ambobus ꝯhētibꝰ vel altero tm̄: vel saltē ab illo cuiꝰ interest. Et caueat notariꝰ ꝙ nihil scribat de his q̄ vidit vel audiuit nisi sibi fuerit iniūctū a ꝑsonis ꝓdictis. Et no. hoc vlt. qꝛ sepe rudes tabelliones extēdūt instrm a capite eorū apponētes ea q̄ nūꝗ̄ fuerūt a partibꝰ dicta. Scđa opi. distinguit inter ea q̄ fiūt a pluribꝰ: ⁊ ea q̄ fiūt ab vno ꝯuntaxat. vt prio casu necesse sit ꝙ oēs ꝯhētes ꝯsentiāt: nec sufficit ꝙ vnus solus mādet instrm fieri sicut nec i ꝑsonā vniꝰ pōt ꝯctus ꝯsistere: ⁊ fortiꝰ ꝫm eum nō poterit extraneꝰ mādare instrm confici: quia sua nō interest. In alijs aūt qbꝰ nō requiritur cōsensus pluriū vt testamētū: snīa: protestatio: ⁊ similia sufficit ꝫm eū mādatū ipsius q hoc dicit vel fieri facit: ⁊ ꝙ sic debeat obtinere satis ꝓbatur ex tenore iuramēti qđ prestāt notarij in susceptiōe officij sui scȝ ꝙ de his que vident vel audiūt fideliter ꝯficiēt instrumēta ꝫm qđ eis a partibus vel a iudice iniunget. Tertia opi. quā dicit de facto obseruari est vt qlibet etiā extraneꝰ possit mādare instrumentū cōfici. ⁊ pro hac opi. assignat Inn. hāc rōnem quia nō semper fiūt instrumēta habita cōsideratione ꝓsentis interesse: sed quia potest in posterū interesse ⁊ vix est aliqd de quo nō possit alicuiꝰ interesse de eo qđ agit īstrumentū habere ⁊ dicit ꝙ oibus inspectis plus videtur rōni inniti hec opinio scȝ ꝙ quilibet cuius interest possit ꝑcipere fieri instrumētū et etiā ille cuiꝰ nō interest ⁊ instrm sic manu publica ꝯfectū valet. Mouet etiā quia nullo iure hoc ꝓhibet. ff. de ꝓba. l. ab ea parte. secūdo quia instrumenta inter eos cōfecta prosunt alijs. arg. in l. in fraudem. §. ex his bonis. ⁊ §. seq. ff. de iu. fis. vnde cuȝ ille qui non rogauit non possit petere vt sibi edatur. ff. de edē. si qs ex argētarijs. §. ij. ⁊ seq. interest ergo cuiuslibet vt ꝑcipiat fieri instrumentū: et sic possit lectionē illiꝰ petere quia aliter sibi denegaret vt dictum est. de hac materia vide in Specu. co. ti. §. ij. versi. sed ponc. ⁊ in. §. postꝗ̄. vsi. itē nunquid. ⁊ ibi scȝ in proxi. ver. ponit Jo. and. notabilem additionē. dicit enim qđ quedaȝ sunt que dependēt a volūtate vnius vel pluriū quedā a volūtate nullius. Primo casu ponit regulā ꝙ illiꝰ rogatio requiritur ad substātiā ꝓbationis cuiꝰ cōsensus requirit ad substātiā actus. ⁊ ideo si depēdet a volūtate duorū vt ꝯctus illorū requirit rogatio: si vnius vt appellatio illius soliꝰ sufficit rogatio. ar. i. l. in hac. C. de dona. ⁊ in l. ij. C. de rela. Secundo casu subdistinguit qđ aut ex illo facto producit parti aliqs iuris effectus vt actio: exceptio: accusatio ⁊ similes. exemplū in ruina: incendio ⁊ simi. ⁊ idem dicat qđ. s. in precedēti mēbro. Si vero effectꝰ nō pōt tolli vel induci volūtate alicuius priuati vt est natiuitas hoīs quo ad successionē patris: tūc scriptura nō fiet ex mandato alicuius priuati ⁊ facta non faceret fidē sed dȝ fieri si videbit iudici ipsius autoritate qui hȝ respicere ad veritatē sibi cognitā: qꝛ hoc posset esse vtile in futurum. arg. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. ꝓsi. ⁊ de his que requirunt iudicis autoritatē notarius nō cōficit instrm sine ipsiꝰ mandato. C. de iu. fi. l. ij. lib. x. do. Ant. dicit ꝙ Bar. in l. seruꝰ cōis. ff. de stip. ser. tenet ꝙ nō rogatus possit in hoc vltimo mēbro cōficere instrumentū. quia in actibus in quibꝰ nō sunt partes potest iudex officiuȝ propria autoritate impertiri. vt no. in l. iiij. §. hoc autem iudiciū. ff. de dā. infe.

b per que dicit Bar. ꝙ notarius [b] pōt conficere instrumentum si constituit aliquē suum procuratorē ⁊ probat ad incōmodū cōstituentis nō ad cōmodū. Item qđ potest sibi conficere propriū testamentum: et sic simpliciter trāsit hic. d. Ant. nihil approbādo vel reprobādo. Ego dico esse duo discutienda. primo cū partes sunt. secundo cū nullius ꝓnci paliter interest. in primo casu vt vides est discrepātia inter Innocē. et Jo. an. Ego hactenus solebā inducere ⁊ sequi glo. in. §. nos autem. in aut. de tabel. que sic distinguit ꝙ aut instrumētum fit gratia vtriusqȝ ⁊ in vtriusqȝ preiudiciū: et tunc oportet vtrūqȝ mandare: ⁊ sic intelligit illum. §. nos autem. aut fit gratia vnius tm̄: ⁊ tūc sufficit eum mādare cui fit: forte enim aliter nunꝗ̄ mādaret in cuiꝰ fit preiudicium: vt. ff. de ver. obl. inter stipulantē. §. j. ⁊ ita dicit seruari maxime in denuntiationibus que fiūt ab vno alteri ex varijs causis: sed nouissime captata opportunitate latius inuestigādi arbitror predictā opi. Jo. and. fore veriorē vt in actu qui perficitur ex voluntate ⁊ cōsensu duorū vel pluriū illorum mandatū debet interuenire. si autē perficitur voluntate vniꝰ: sufficit illius mādatū. moueor principaliter: quia si iudex nō recipit ꝓbationē cōtra me nisi prius me citato ⁊ admonito: vt. c. ij. de testi. fortius notarius nō debet de facto meo conficere instrumentum ad mei preiudiciū me non mādante. Eadem ratione idem dico de extraneo vt non possit rogare vt de facto meo me non mandāte cōficiatur instrumentum. Si enim alia pars vult cōseruare sibi probationē agat alijs iuris remedijs de quibus dixi. in c. significauit. ⁊ c. albericꝰ. de test. ⁊ l. dissolute. C. de cōdi. ex lege. ⁊ hanc opi. reperi sentire expresse Bar. in l. seruus cōmunis. ff. de stipu. ser. ⁊ tenet Jo. and. tā in criminali ꝙ in ciuili actu in reg. semel malus. de reg. iur. lib. vj. in mercu. is tamē solus de cuius preiudicio agitur mandare pōt in vtroqȝ: vt ibi no. de crimine ⁊ de alio actu ꝓbo per. c. quoties cordis. j. q. vij. ¶ Quo ad scđm. s. vbi nō sunt partes. teneo etiam cū Jo. an. nec est verum qđ Barto. loquatur simpliciter: ꝓut alle. d. Ant. imo potius sentit ibi ꝯriū. solū em̄ dicit ꝙ notarius ꝓcurator potest de sua procuratione quam fecit in personam alterius conficere instrumentū: ⁊ idem dicit in testamento: et hoc ideo quia nulli fit preiudicium nisi sibi scribēti: ⁊ sic non vitiat si non fuit rogatus: nam ⁊ persona priuata hoc posset in facto ꝓprio. in cle. j. de procu. ⁊ in l. quoties. ff. de heredi. insti. Sed nos loquimur vbi scriptura sit nō de facto ꝓprio s; alieno: ⁊ posset tertio ꝑiudicare quo casu dic audacter ꝙ hoc nō pertinet ad officiū tabellionis: quia notarij fides fuit electa solum ad prouidendū his quorū interesset ⁊ a quibus esset rogatus: vt in. d. §. nos autem. hoc etiam sentit Bar. in aut.

c si qs in aliquo documēto. C. de edē. vbi dicit ꝙ de eo qđ ipse notariꝰ [c] percipit proprio sensu nō debet cōficere instrumētū nisi sibi mādetur. Item video ꝙ etiam de cōsensu partium nō potest exēplari instrumētum ad fidē cōseruandā vel testes recipere: vt in. c. penult. ⁊ vlti. j. e. dixi in. d. c. significauit. ⁊ c. albericus. fortiꝰ nō poterit ipse solus de alieno facto cōficere instrumentū: licet tunc melius specialibus intersit. ⁊ hec

5 notabis qꝛ puto verissima. ¶ † Et ex hoc infero ad alteriꝰ questionis decisionem quam tractat etiā hic cōfuse Inn. an instrumētū faciat fidem in fauorem alterius ex mandatoribus, ⁊ ponit varias opi. vt. s. sed videt in summa inherere ꝙ sic. ex quo est scriptura publica: licet tertius nō possit petere iure suo editionem. de quo tamē dic vt plene dixi in. c. j. de ꝓba. ⁊ credo ꝙ ꝓbet cōtenta in eo ex quo a principio habuit sua substātialia etiā in preiudiciū tertij. exemplū: probo contra Titiū nouum possessorem fundi qđ illum fundū emi a vero domino q mihi tunc illum tradidit: nō enim induco illud principaliter in preiudiciuȝ tertij: sed ad probādū dn̄ium ⁊ ius mihi cōmpetens. ad hoc. l. ij. C. de

6 acqui. posses. ¶ Ulterius circa predicta q̄rit † qualiter notariꝰ debeat esse rogatus. Inno. pulchre ⁊ ꝓlixe tractat cōcludens ꝙ nō in secreto sed in publico cum officiuȝ suū sit publicū: si tamen hoc non seruetur: sed in secreto rogat: cōcludit ꝙ valet instrumētū l; sit suspicio contra actum gestum nō tamen talis ꝙ faciat vacillare instrumentuȝ ex quo non apparet ex sui forma vitiatum vel suspectū: ipse tn̄ notariꝰ ex hoc puniēdus est: ꝫm eum. quod not. all. c. vt nostrum. vt ecclesi. bene. dicit tamen Host. ꝙ hec suspicio potest tolli ex cā: puta quando ꝓpter iustum timorem partis vel iudicis nec pars nec tabellio auderet hoc publicare. ad hoc. c. si iustus metus. de appel. ⁊ c. pastoralis. de offi. or. §.

7 fi. ¶ † Et ex his infero ad q̄ōnē an notarius debeat scire iura. videtur em̄ ꝙ sic: cū in multis debeat esse cautꝰ: vt patet p predicta. Itē punit si cōfecit instrumentū de actu a iure reprobato. l. iubemꝰ. C. de sa. sanc. ec. glo. in l. gnāli. C. de tabul. lib. x. dr ꝙ sic. idem Spec. de instru. edi. §. restat. versi. sed nunqd tabellio. in vlt. col. Bar. in l. cōtractus. C. e. tit. dicit hoc verū quo ad pertinētia ad artem notarie: debet em̄ scire summam ⁊ simi. al's imperitia sibi imputabit: nō autē tenetur esse doctor vel aliter accurate scire iura. ⁊ hoc placet: qꝛ quilibet debet habere scientiam sufficientem: et sufficiens dicitur secundum qualitatem officij su.

vt noi

vt no. Inn. in .c. cū in cūctis. de elec. Et. not. qd dixi qd de imperitia[a] tenebitur si parti aliqd preiudicium est illatum. ad hoc. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. presi. & in .c. non est sine culpa. de reg. iur. lib. vj. ¶ Quartodecimo & vltimo requiritur qd notarius sit habilis. quid aūt si esset excōmunicatus notorie: vide plene per gl. in .c. decernimus. de senten. excōmu. li. vj. quid si infamis vel condēnatus in officio. vide pulchre per Bar. in .l. eadem. ff. ad legem iuli. repe. Circa secundā partē .c. videlicet. de scriptura exēplata nihil hic tracto: qz satis plene dixi. in .c. albericus. de test. & aliquid dicetur. in .c. fi. j. eo. vbi est ꝓprie materia. Tene hic sententiam glo. ij. quam communiter hic sequuntur docto. & vide in Spec. tu. de instru. edi. §. vidēdum. ver. sed quid ecce. vbi ponit & sequitur dictum glo. & omnino per eundem. eo. ti. §. restat. ver. fi. seu pe. & glo. magna. in .c. abbate. de ver. sign.

¶ Que dicatur authentica & que priuata scriptura.
Scriptura priuata quādo non est subscripta nec a partibus nec a testibus: quam fidem faciat.
Sriptura priuata subscripta a partibus tantum quam fidem faciat.
Scriptura priuata subscripta a testibus tantum quam fidem faciat.
Scriptura priuata subscripta & a partibus & a testibus quā fidē faciat.
Scriptura priuata reperta in archiuo publico cum causa fidem facit.
Scriptura priuata an debeat habere solēnitates q̄ requirunt̄ i publica.
Epistola confessata vel cum sigillo scribentis facit fidem.
Comparatio literarum sola an operatur quod epistole credatur.
Liber rationum non facit fidem pro scribente sed cum adminiculis facit presumptionem.
10 An liber rationum faciat fidem contra scribentē. & quid si aliquid contineat pro scribente & aliquid contra scribentem.
11 Liber rationum an faciat fidem contra tertium.
12 Liber rationum an debeat habere diem & consulem.
13 Qualis debeat esse scriptura de qua fit cōparatio. & quod quis potest compelli ad scribendum vt fiat comparatio.
14 Quale debet esse sigillum vt fidem faciat.
15 An sufficiat quod sigillum sit in charta impressum sine eo qd pars dicat se apposuisse.
16 Habens sigillum proprium debet illo sigillare & non alieno: nisi ex cā.
17 Episcopus vel alius prelatus pōtest alicui honeste persone sigillū suū committere.
18 Sigillum appositum charte vacue data postea authoritate commissa rio vt scribat quicquid voluerit an probet.

Scripta vero. Joan. and. nō summat qz breue. do. Anto. summat sic. Priuato instrumēto non creditur: publico sic. & publicum dicit̄ si manu publica est confectum vel sigillo authentico sigillatū cū subscriptiōe testiū. hec summatio mihi nō placet: tū quia ex litera non colligitur: tum quia nō puto veritatem in se continere per ea que dixi in capitu. precedenti. & j. statim aliquid submittā: ideo summo sic. Corruit instrumentum si testes inscripti decesserint nisi sigillū habeat authenticū vel a notario sit cōfectum. Et non diuiditur quo ad literā sed quo ad intellectum diuido sic: primo ponit dictū & duos casus excipit. ¶ Casus literalis. Ecce aliqs in iudicio exhibet aliquā scripturā factam per manū aduersarij vel ab alio: ita tamē qd nō per publicā personam cum subscriptione tamē testiū sed testes in illo instrumēto mortui sunt: queritur vtrum scriptura illa valeat & fidem faciat si neget̄ ab aduersario. Respōdet papa qd si testes inscripti mortui sunt scripturā illam non obtinere firmitatem: nisi per manū publicam facta fuerit vt appareat publica: aut habuerit sigillū authēticū per qd possit ꝓbari. ¶ No. primo qd ōis scriptura publica est authētica vt probat̄ ex prin. iuncto ver. publica. sed nō omnis anthentica est publica vt latius dixi. s. c. proxi. Ex quo infero qd scriptura priuata habens sigillū authenticū nō est scriptura publica licet sit authētica: cuius 2riū sentit do. Ant. in summario & in quodā notabili. mouet̄ p istū text. q iudicio meo potius ꝓbat cōtrarium. nā ponit ista vt diuersa. Jtē sigillū etiā nō habet publicare scripturā priuatā cū hoc nullibi reperiat̄: licet habeat authēticare: qz prestat̄ fides rōne sigilli sed nō efficitur publica: quia sigillum nō habet hoc officiū a publico sicut habet notarius. ¶ No. ij. ꝙ instrumētum publicum facit fidem: licet testes inscripti decesserint. & idē dic etiam si notarius obijt. Qualiter autē procedetur si per partem aduersam negatur illum fuisse notariū vel instrumētum esse publicum: vide bō. tex. in §. sed & si instrumēta. in authen. de instrumē. cau. & quod plene dixi. s. c. proximo. ¶ No. tertio quod sigillū authenticū probat cōtenta in scriptura cui sit appositum licet testes decesserint. An autem sigillum probet sine inscriptione vel subscriptione testium: & quid si testes sunt inscripti per eum qui fecit scripturam & non subscripti ꝓpria manu: dic vt plene dixi. in .c. post cessionē. s. de probationibus. ¶ Not. vltimo qd scriptura priuata non habens sigillū nec testes subscriptos vel non superstites robur firmitatis nō habet. an autē faciat aliquam presumptionem j. subijciā. ¶ 1 Oppo. contra literam de cōtrarietate. nam primo appellat illam scripturam authenticam quā in fi. dicit nullius esse firmitatis. Sol. Innoc. multum instat in describendo que dicat̄ scriptura authentica. de quo dic tu omissis suis inuolutionibus vt plene et clare dixi. s. c. pri. & istā literā expone. put dixit Host. videlicet qd allegabat̄ authentica sed tūc non constabat eā authenticam. nā si vere authentica fuisset seu cōstaret eam esse mors testiū nō noceret. vt sequit̄ in tex. secūdū Hosti. & bene. ¶ Venio nunc ad intrinsecam huius .c. materiā. & sciēdū est qd hoc .c. principaliter tractat de scriptura priuata & incidēter de publica & authētica. de publica plene diximus. s. c. proxi. & ibi etiā aliquid de authētica. Nūc vero principaliter & plene tractabim[us] de ꝓuata q̄ est materia quotidiana et cōsequenter in secundo principali mēbro aliquid dicem[us] de authētica seu de scriptura habēte in se sigillū. De primo. s. scriptura priuata sine sigillo habes p Bar. in .l. admonēdi. ff. de iureiur. & in .l. nuda. ff. de dona. & in auth. at si contractus. C. de fid. instr. & in .l. scripturas. C. qui po. in pig. hab. & satis plene tractatur in omnib[us] his locis. Jo. an. post Nico. ma. posuit magnā & intricatā addi. in Spe. de instru. edi. §. nūc dicendū est. post principiū. do. Ant. voluit hic ꝓcedere per casuū enumerationē & iudicio meo valde legētiū intellectū cōfundit. Ego clariori stylo prosequēdo premitto primo qd tres sunt spēs scripture priuate. vna q̄ vocat̄ apocha vel schedula seu apodixa q̄ scribit̄ inter p̄sentes: reliqua vocat̄ ep̄la q̄ mittit̄ ad absentē & vulgariter appellat̄ missiua litera. tertia & vltima appellatur liber rationū quē cōmuniter solent facere exercētes aliquā professionem seu boni & curiosi patresfamilias. ¶ 2 Circa primā[b] speciē formo quatuor casus. Primus qn̄ nō est subscripta nec a partibus nec a testibus. Secundus quādo est subscripta tantū a partibus. Tertius qn̄ est subscripta a testibus tantū. Quartus qn̄ a partibus & a testibus. Primo casu aut pars cōfitetur & facit plenā fidem contra scribentem confessum. vt in .d. l. scripturas. sed alteri nō facit preiudicium. & ideo si alter haberet obligata bona illius debitoris preferendus est isti qui habet scripturā priuatā: licet in data sit anterior in obligatione bonorum nisi hec scriptura priuata iuuaretur per testes. vt probat̄. in .d. l. scripturas. sed aliter nō facit preiudiciū & est ratio: qz si diceremus aliter posset debitor ad libitum fraudare primū creditorem constituendo per literas suas priuatas alium anteriorem. & hoc vult gl. j. dum dicit qd in reali actione preferēdum est instr̄m publicū alterius creditoris licet priuatum instrumētum sit anterius in data nisi haberet subscript: onē testium qui scilicet adiuuarent instrumētum priuatum. vt. j. subijciam. Aut negat pars illā literam fuisse propriā: vel illi consensisse si fuit ab alio scripta: & tunc per cōparationem literarum: & per testes simul qui fuerunt presentes quādo ista apocha fuit scripta plena inducitur ꝓbatio. nō enim est necesse qd testes sint subscripti in apocha ad quā fit cōparatio: licet secus sit in apocha ex qua fit comparatio vt. j. subijciam. hoc probatur in auth. sed nouo iure. alias si quis vult. C. qui pot. in pig. ha. & in corpore. de instr. cau. §. si quis igitur vult. & intellige qd testes deponāt qd illā scripturā viderūt cōfici a cōuento nihil aūt deponūt super cōtentis. nā si deponerent de cōtentis: puta quia viderūt mutuum cōtrahi vel depositum vel quid simile non esset necessaria cōparatio literarum. & sufficerēt duo testes. ar. l. in exercēdis. C. e. et in .c. cū ioannes. j. e. sed in priori requirunt̄ tres testes: vt no. gl. in .d. §. si quis igitur. & Bart. in .l. scripturas. & .d. auth. at si contractus. qd not. Et quāꝙ Spec. in ti. de instru. edi. §. nūc dicendum. in princi. ver. v. dicat qd scdm canones sufficiunt duo testes. alleg. istū tex. & .c. qm̄ contra. de proba. cum si. mihi tamen hoc dictum non placet: quia non reperimus contrariū de iure canonico: cūm isti testes non deponāt de cōtractu. quo casu etiā de iure ciuili sufficerēt duo testes: vt. j. dicā. sed qd illa est scriptura cōuenti: quia erant presentes qn̄ illā scripsit. possent enim de facili errare ꝓpter similitudinem literarum: ideo ius ciuile requisiuit tres testes: vt in .d. l. scriptura. & in authentica. de

nnnn

a. Sebasti. Sapia. ¶ De imperitia. Qd teneat̄ ad interesse parti. vide Feli. in .c. cū cāz. j. col. ij. s. de testi. et de q̄ culpa teneatur vide .d. Jas. i .l. si mora. col. pe. ff. sol. ma. Feli. in .c. tua. colū. ij. j. de homi.

b. Sebasti. Sapia. ¶ Circa primaz. Circa apochā qn̄ ꝓbet vid. Abb. in 2s. xxxvj. ici. circa primuz dubiū. in vl. co. ij. vol. Are. in 2s. lxiij. ici. diligenter & mature. Bar. i auth. at si 2ctus. C. de fi. istr. Bal. Pau. de ca. et Alex. in .l. cum antiqtas. C. de testa. Bal. in rubri. C. de fide instru. col. pe.

instru.cau.§.si quis igitur.facit qḋ no.glos.in regula pluralis locutio.de reg.iur.li.vj.⁊ in.c.cum esses.de testa.Si vero nō ꝓducunt testes ad probandā scripturā modo predicto:videt̄ qḋ tūc nullius firmitatis sit.arg.hic.nam si hoc cōtingit qn̄ testes fuerunt inscripti ⁊ decesserunt fortius ꝓcedit qn̄ nullo modo fuerunt subscripti nec presentes.Bar.tamen in.l.scripturas.prealleg.dixit qḋ facit semiplenā probationē. et sic dicit se intelligere glos.in.l.admonēdi.prealle.⁊ in.l.in bone fidei. C.eo.tit.que hoc velle videntur.⁊ cum hac opin. trāsiuit hic.d.Ant.Sed reperio eundē Bar.in.l. a admonēdi.[a] dixisse qḋ facit minus q̄ semiplenā probationē: q2 non est verisimile qḋ quis falsam scripturam fabricauerit:cū debuit timere penam falsi ⁊ scire debuit:qḋ illi soli fides nō adhibetur ideo nō debemus illius fidē omnino annullare. et hec vlti.opi.vt nō faciat semiplenā:sed minus: plus mihi placet.ad qḋ ꝓbandū induco istū tex. hic in fin.vbi dr̄ qḋ non habet robur alicuius firmitatis.nō enim sic absolute dixisset si faceret semiplenā ꝓbationem arg.in.c.fi.de iureiur.⁊ in.c. sup eo.ij.§.j.s̄.de testi. dicerem tn̄ qḋ si ꝓbabitur per cōparationem literarū inducetur semiplena probatio.vt sic cū vno teste vel cū iuramēto partis aduerse cōsyderata qualitate personarū ⁊ cause faciat plenā ꝓbationē.et sic multū notabiliter saluabimus glos.in.d.l.admonēdi.⁊.l.in bone fidei.⁊ dictū Bar.in.d.l.scripturas.habebitur solēnis limitatio ad istum tex.Nec ob.tex.in.d.§. si quis.vbi dr̄ qḋ cōparatio sine testiū augmēto nō sufficit:quia dz intelligi:quo ad plenā ꝓbationē. sed qḋ ad semiplenā sic.⁊ pro hoc quia an ius authēticorū sufficiebat sola cōparatio:vt in.l.cōparationes.C.de fi.instr.⁊ videtur qḋ etiā hodie sufficiat sola comparatio qn̄ cōtractus non excedit librā auri:vt in aut.at si cōtractus.C.e.⁊ qḋ not. 3 in.d.§.si quis igitur.❡†Scḋs casus:qn̄ est subscripta a partibus tantū.⁊ tunc fere idē dico.dixi fere quia arbitror qḋ faciat maiorē p̄sumptionez quā in primo casu.alias frustra.l.scripturas.pōderaret subscriptionē partium non tn̄ plene probat sine augmēto testium: vt in precalle. iuribus. 4 ❡†Tertius casus: qn̄ est subscripta a testibus tantū.Bar.cōmuniter tenet vt testes deponētes modo p̄dicto per se non sufficiāt ad ꝓbationem cōplendam:quia possent de facili errare propter similitudinē literarum. nec cōparatio per se sola sufficit eadem rōne:sed requiruntur ambo simul vt videt̄ velle tex.cū gl.in.d.§.si quis igitur. Aduerte tamen:qḋ si cōparatio discordat a dicto testium cōmittitur arbitrio iudicis: cui plus velit inherere vt sing.innuit text.in.d.§.si quis.et arg. in.l.iij.ff.de testi.Ex quo infert̄ ad id qḋ.s̄.dixi ꝙ cōparatio sola sine testibus:facit semiplenā probationē cum quandoqz faceret plenā scilicet cum testes fuerunt subscripti ⁊ discrepant a comparatione:sed tanta est cōparatio vt iudex ad eam animum firmet.Et adde hic ⁊ in p̄ceden.casu limitationes traditas in priori. 5 ❡†Quartus casus qn̄ habet subscriptionē partium:⁊ testiū:et hoc casu Bart.tenet solā depositionē testiū modo p̄dicto in priori casu sufficere ad plenā ꝓbationem.mouetur per.l.scripturas.C.qui po.in pigno.habe. vbi nulla fit mentio de comparatione literarum: et hoc ideo secūdum eum:quia cū sint tot subscriptiones non possunt testes sic de facili decipi. ꝓbatur etiā eadem rōne sola cōparatione literarū. et hoc vltimū ponit Bar.in.d.aut.at si ꝯtractus. per dictā.l.scripturas.que tn̄ hoc non probat vt predixi:sed facit in ar.modo predicto:et licet do. Ant.sequatur hoc mihi tn̄ non placet:quia text. in.d.§.si quis igitur.simpliciter resistit soli cōparationi. Itē nō video quid plus afferat respectu cōparationis subscriptio partiū. nā sicut potuit falsificare seu contrafacere scripturam aduersarij:ita potuit addere subscriptionē suā ꝓpriam. Sed in priori casu qn̄ testes recognoscūt scripturam:pōt subscriptio partiū aliquid afferre:q2 nō 6 sic de facili testes errāt.❡†Potes addere quinb tum[b] casum[c] quādo scriptura priuata reperitur c solenniter recondita in archiuo publico.i.in loco vbi ponūtur scripture authētice a cōmuni deputato.talis enim scriptura sine alia cōparatione et approbatione fidē rōne loci facit.ad hoc qḋ leg.⁊ no.aut.ad hec.C.de fide instru.⁊ in.c.ad audientiam.de prescri.⁊ per Jo.in addi.p̄dicta.oīa predicta intellige vera quando scriptura habet in se causam sufficientē.ar.c.si cautio.j.eo.⁊.l.cū de in7 debito.ff.de ꝓba.❡†Itē versatur in dubium an scriptura priuata debeat ad sui validitatē diē locum annos dn̄i ⁊ alia de quib⁹ dixi.s̄.capit.proximo continere.Bar.in.l.cum tabernam.§.idem quesiͥt.ff.de pigno.⁊ in prima cōstitutione flor. tenet qḋ nō per.d.§.idē quesiͥt.idē glo.xxv.q.ij.§. rescripta.ver.si qua. Jac.but.cōtra.in.l.j.§.quibus.C.de no.codi.cōpo.⁊ Spe. in titu.de procu. §.iij.ver.sed quid si in mandato.sentit Host.j.eo. c.inter cōmuniter tenetur primū dictū. Ego concordando opi.distinguerē sic qḋ aut agitur de solo preiudicio scribētis: ⁊ nō exigitur dies nec cōsul nec similia q̄ sunt de solennitate.ad hoc.d.c.si cautio.⁊.d.l.cū de indebito.⁊.l.scripturas preal leg.Aut agitur de preiudicio alterius saltē secundario:⁊ tūc aut dies venit necessario probanda ⁊ requiritur exemplū.dico me creditorē priorez in hypotheca:tu dicis te priorem vel equalē ⁊ ꝓducis scripturā priuatā vbi non apparet de die obligationis.certe ego sum p̄ferendus q2 ꝓbatio tua tanquam incerta mihi non preiudicat.argu.in.c. in presentia.de probatio.quod etiā voluit Bart. in.d.§.idem quesiͥt.Idē puto vbi ex non appositione diei auferretur alteri parti defensionis copia exēplum:ꝓducis instrumētum ꝓcuratorium manu priuata cōfectum sine die:certe non debet valere in preiudicium aduersarij cum non possit probare an tēpore constitutionis ꝓcurator esset excommunicatus:vel an sit reuocatus per constitutionem alterius ꝓcuratoris. ⁊ his casib⁹ et si8 milib⁹ ꝓcedere potest opi.cōtraria.❡†Nunc ved nio ad secundā speciem[d].s.epistolā in qua Bart. in.l.nuda.ff.de dona.sic distinguit qḋ aut queritur de effectu eius quod in ea continetur: ⁊ dicendum vt not.Cy.in.l.non nudis.⁊.l. nō epistolis. C.de proba.non enim est materia nostra.Quandoqz queritur an ꝓbet et est materia nostra proprie.in qua dicēdum qḋ aut epistola cōfessatur et probat:vt in.l.publia.in fi.ff.deposi. cum si. Aut non cōfessatur:⁊ tunc si hz sigillum authenticum e probat[e]:vt.l.si quis per calūniam.⁊ ibi per doct.

a ❡L.admonēdi.Et hāc opti.tene ꝓut etiā tz Ja.de bel.in.§.si qs igit̄. in aut.de instr.cau.tenēt.d.Ant.⁊ Inn.hic imo forti⁹ vr̄ velle Ange. in.d.l.admonēdi.in.iij.col.ꝙ talis apocha isto casu nullā ꝓbationē nec presumptionē inducat ⁊ sic nec etiā aliqualē.Et optime ꝓbat tert. hic in fi.qui vult qḋ non habeat robur aliqḋ firmitatis nisi intelligas tex. istū q̄tum ad plenā vel semiplenā ꝓbationē ꝓut declarat h.d.Ant. in.iij.col.stat ergo ꝯclusio qḋ apocha nullo adminiculo suffulta nō facit plenā vel semiplenā ꝓbationem.limita singulr̄ nisi talis scriptura esset antiq̄:⁊ de facto antiq̄:q2 tūc bene facit presumptionē seu semiplenā ꝓbationez:quia licet priuata instrumenta nō ꝓbent de per se tamē cū aliis adminiculis bene ꝓbant.l.exēpla.et.l.instrumēta.⁊.l.ratiōes.C. de proba.⁊.xxiij. q.ij.c.sane.ita in terminis Joan. andr.post Nico. de ma.in titu.de instru.edit.§.nūc dicendum.super ver. quid si ꝓducens.refert ⁊ seqtur do.Anto.de bu.hic in.iij.col. v̄si.tertius casus quādo scriptura nullo modo approbat̄ ⁊c.qḋ est bene nota.s̄m.d. meum do.Jas.in d.l.admonēdi.in lxxiij.col.

❡Adde vidēdū Rom.cōsil.cciiij. Pau.de cas.cōsi. clj.in primo ipressis.Franc.de are. consi.xliij.⁊ quid de scriptura a testib⁹ subscripta. vide Rom.cōsil. ccciij.

b ❡Quintū.Adde etiam sextū casum in scriptura priuata mariti q̄ declarat et plene probat res parafernales vxoris.l. si ergo.§.dotis.ff. de iure do.per totū.§.s̄m Bal.in l.ij.in vlti.col.C. ne vxor pro marito.Et hoc veruz s̄m eum quādo patet ita esse ex ipsarum rerum qualitate:quia sint vestes muliebres ⁊ alia muliebria.septimus casus est in quo priuata apocha plene ꝓbat qn̄ in actis reperitur:q2 obtinet vim publici instrumenti.ita no.Bal.in.l.ne in arbitris.in.iij.no.per illū tex.C.de arbi. ⁊ reputat valde tenendū mēti:qḋ idē operatur priuata scriptura manu propria scribētis in actis facta:sicut manu publici tabellionis:nā s̄m eum potest quis in actis scribere suā rn̄sionē:vel cōfessionē.sed Bal. in aut. offeratur.C.de litis cōtest.restringit dictū suum:qḋ priuata scriptura que reperitur in actis plene ꝓbat quādo notarius actorum redegit in actis:⁊ ꝓprio testimonio cōfirmauit:alias secus. ꝓ hoc adde qḋ tenet hic do.Ant.in.ij.col.in versic.septimus casus.⁊ ibi Imo.in.ix.col. vbi voluit:qḋ si priuata scriptura sit coram iudice examinata approbata ⁊ publicata tūc plene ꝓbat licet sit priuata sicut instrumentū testamenti publicati iuxta.l. publicati.C.de testa. tamē istud vltimū ꝓcedit propter testes qui in publicatione scripture interueniūt ad eius cōfirmationez. Octauus casus est quando cōsuetudo loci esset quod priuata apocha probaret vt est venetijs:valeret ꝯsuetudo et ei esset standum. c.cū dilectus. de consue. secūdum do. Anto. hic in iij.col.⁊ Imol.in ix.⁊ āte eos tenet Innocent. quem ipsi nō allegāt in c.cuz.p.tabellio. de fide instrumē. Et subdit multū egregie do. Anto.quod stabitur cōsuetudini illius loci i p̄uatis scripturis i illo loco factis etiam si alibi agat̄ vel i alio loco producatur quod est diligenter not.si est verū secundum domi. meum dom̄.Jas. in.d.l.admonendi.in.lxxv.colū. subdentem videnda esse que habētur per doctores in.l.cūctos.C.de summa trini. cuz suis concordā. et que singulariter decidit Bal.in.l. ij.in.iiij.⁊.v.q.C. ne si.pro pa.

❡Adde de scriptura archiui publici Roma.ꝯsil. cccxix.et quando scriptura priuata fidem faciat vide Jo.de ana.consi. xxxiij.⁊ an scriptura debeat habere annum diem ⁊ locū vide Alex.ꝯsi. lxxv.j.lib.⁊.cv.iij. libro.

Sebasti.Sapia.

c ❡Quītū casum. Uiḋ Fel.⁊ alios. in cap.ad audientiam.j.de prescri.⁊ que ponit idem Feli.in.c.cum causam.s̄. de proba. col.j.⁊.ij.vbi tangit quando credatur scripturis antiquis.

d Sebasti.Sapia.❡Ad secundam specialem.Uide Bal.in rubri.C. de consti.pecu.col.iij.versi.quero circa literas mercatorum.⁊ in rub.de fide instru.col.xxviij.ver.quero quid de literis transmissis.Alex.in cōsi.lxxvij.incip.causa ⁊ lite vertente.in.j.col.j.volu.

Cum ioannes. [a] Falsitas istrumenti vel quod deest instrumēto ꝓbari pōt per testes. In prima parte ponitur processus cause principalis. In secūda processus cause appellatiōis. ibi: cū igit̄. In tertio diffinitio ipsius cause appellationis. ibi: de consilio. ¶ Casus literalis. Joannes eremita corā iudicibus ciuitatis viterbij petebat a Petro conciue ipsi⁹. cxxx. libras senens. ex cā mutui. Ex aduerso si posuit idē. P. qd̓ idē Jo. tenebat̄ eidē in. clxxx. libris ꝓ pretio cuiusdā domus quā ipsi Jo. vēdiderat vñ petebat vt. cxxx. sibi deberet cōpēsare et residuū sibi deberet ⁊ ꝓsolui: petit insup possessionē ipsius domus sibi tradi vacuā ⁊ liberā lit. conte. sup hoc ⁊ alijs articulis: et cū fuisset hincinde aliquādiu disputatū. iudices auditis attestationibus ⁊ allegationib⁹ cōdēnauerunt istū. P. vt eidē. J. possessio predicte domus vacuam ⁊ liberam traderet. ab hac sententia dictus. P. ad sedē apo. appellauit. papa dedit. T. capellanū suum partib⁹ auditorē corā quo ex parte ipsi⁹. P. fuit ꝓpositū vēditionē ipsi⁹ dom⁹ nō purā: sed cōditionalē fuisse: ⁊ ideo ipm nō teneri ad traditionē ipsi⁹ ad hoc ꝓbādū quatuor testes induxit: cum esset nouū caplm pēdens ex veteri. q iurati dixerunt se interfuisse cōtractui inter ipsum. P. ⁊ J. sup eadē domo celebrato ꝓ certo pretio. hac adiecta conditione: vt idē. P. domū ipsam inhabitaret in vita sua: ⁊ post obitum suū domus illa remaneret. M. ⁊. R. filijs ipsi⁹. P. nepotib⁹ ipsi⁹ J. de anno mēse ac die de quo facta fuit venditio dixerunt se non recordari. dictus. J. vēditionem non conditionalem: sed puram fuisse dicebat ad hoc probandū induxit instruimētum vēditionis ⁊ tabellionē qui fecit instrumentū ⁊ vnū de testibus inscriptis in instrumēto. Dubitatū fuit que ꝓbatio valere deberet: ꝓponebat̄ ex parte ipsius P. qd̓ licet testes ⁊ instrumenta eandē vim obtineant in causis: non tñ instrumentū tanti dꝫ esse valoris vt preferat̄ depositionib⁹ trium vel plurium testiū. Ex aduerso fuit respōsum qd̓ cū ipse J. intentionē suam per instr̄m probasset. et P. venditionē nō purā: sed cōditionalem fuisse ꝓponeret: nec per testes. P. de certo tp̄e facta fuit fides: vnde nō apparebat qd̓ super illa vēditione deposuissent ⁊ in instrumēto certū tēpus adijceretur. ꝓbatio ipsius. P. inefficax erat ad intētionem contrariā elidendaꝫ: sed dicebatur qd̓ rñsio ista inualida erat: qñ vtraqꝫ pars interrogata cōfessa fuit in iure qd̓ vnica vēditio ipsi⁹ domus facta fuit: sed per testes ꝓbat̄ conditionalem fuisse et sic per cōfessionē vtriusqꝫ colligit̄ vēditionem fuisse ꝯditionalē: nec obstare: qd̓ interrogatio facta fuit postꝙ̄ in causa ꝯclusum fuit. qr iudex ad prolationē sententie potest interrogare de facto quoties dubitat. Istis oībus cōsyderatis do. papa de cōsilio fratrū pronūtiauit vēditionem predictam cōditionalem fuisse: ⁊ dictū P. nō teneri ad ipsius domus possessionis traditionē. ipsi. J. super hoc silentiū imponēdo: sententiam p̄dictorū iudicū quo ad hunc articulū infirmādo: quāuis al's iuste pronūtiauerint qr hec exceptio non fuit ꝓposita coraꝫ ipsis: quo ad alios articulos 1 cōfirmauit eādē Bernā. ¶ † No. j. qd̓ in eodē libello pōt quis plura et diuersa petere. nam petebat iste. J. habere. cxxx. libras occasione mutui ⁊ domū vacuā sibi tradi occasione vēditionis. et ꝙ̄ꝙ̄ hoc vltimū nō exprimatur in litera ista: exprimebatur tñ ista litera antiqua ⁊ colligitur satis hic dum dicit̄ qd̓ iste. J. in hoc fundauerat intētionē suam. Itē iudex non potuisset aliter super domo pronūtiare: vt in. c. licet heli. de simo. fatu⁹ est em̄ iudex qui ꝓnūtiat super nō petito. l. fi. C. de fideicom. lib. ¶ Ex his ⁊ ex text. not. duo. primo formam libellandi in causa mutui. secūdo qd̓ contractu emptionis precedēte potest precise peti rem venditam tradi nec est necesse petere interesse et multū bene in hoc facit iste tex. licet multe in hoc 2 sint opiniones: vt. ꝭ. videbis. ¶ † No. ij. bo. ar. ꝑ dic. Cy. in. l. fi. C. de cōpē. qd̓ vbi ex parte actoris debitū est liquidū per solā cōfessionē rei admittitur cōpensatio opposita per ipsum reū. licet debitum suū non sit liquidum de p̄senti: sed liquidandum. Hic enim constabat per confessionē de mutuo ⁊ debitū rei ꝓtrahebat̄ in litigium: vt patet in litera: ⁊ nihilominus fuit admissa cōpensatio. ꝙ̄ꝙ̄ posset dici qd̓ licet sup traditione disputaret̄ super pretio nō fiebat hesitatio: nisi diceres qd̓ dilata traditione rei differebat̄ ⁊ pretiū. l. iulianus. §. offerri. ff. de ac. emp. c. quod no. in. l. si traditio. C. de ac. emp. ⁊ de materia vide qd̓ dicā. in. c. ij. de 3 deposito. vbi de hoc. ¶ † Nota ibi: sed cōdictionalē. qd̓ modus largo modo potest appellari cōdictio. nā hic nō interuenit vera cōdictio que de sui natura habet suspēdere effectū actus gesti in euentu cōditionis. vt no. in. c. verū. de condi. appo. ⁊ in. l. j. C. de cōdi. inser. sed modum qui nō suspēdit sed qualificat ⁊ cōditionalem reddit actū gestuꝫ. vēditio enim fuit perfecta de presenti: sed fuit appositus modus vt in vita sua libere habi- b taret. ¶ No. qd̓ rōne oneris [b] anneri res valet minus iusto pretio: ⁊ sic onus appositū videt̄ pars pretij qd̓ no. Ad idē bo. tex. in. l. fundi. ff. de contrahē. emp. ⁊ facit ad materiā. c. cū dilecti. ꝭ. de emptio. ⁊ vendi. l. ij. C. de rescin. ven. ¶ Not. arg. qd̓

a ¶ Quia ī tex. huius. c. fit mētio de vacua possessiōe. Qñ dicatur tradi vacua possessio vide per Ang. ⁊ legistas. in. l. in cōuentionalibus. §. si quis vacuaꝫ. ff. de ver. obli. ⁊ per Bar. ī. l. ij. §. j. de ac. emp. glos. in. l. nō idcirco. C. d̄ fide instru. et in. l. improba. ⁊ in. l. j. C. de acqui. pos. ⁊ in. l. fi. in v̄bo vacuam. C. vnde vi. et qñ interdum possessio dicitur plena: interdū semiplena: interdū vacua: vide gl. in sti. de vsuca. §. qd̓ aūt. in ver. vacante. cū duab⁹ sequētibus. que nō est alibi s̄m Ang. in. l. si me in vacuaꝫ. ff. de acqui. pos. ⁊ de hac materia vide per Bart. in. l. meui⁹. §. fundo. ff. de leg. ij. ꝑ bal. in. l. fi. C. de pact. inter emp. ⁊c. per Bald. in. l. si plures. in. iij. colū. de condi. inser. Anto. Francis. ¶ Que dicat̄ vacua possessio. Dicas primo qd̓ illa dicit̄ vacua q̄ nec animo: nec corpore detinet̄. l. rō. in §. j. ⁊ ibi per Bar. ff. de ac. emp. li. ij. §. j. ⁊ ibi ꝑ Alexā. eo. ti. ⁊ vide gl. in ver. vacuā. in. l. fi. C. vnde vi. ⁊ in. l. si quis fundū. de act. empt. et vide Ang. in. l. in conuentionali. in. §. si quis vacuā. de ver. ob. ⁊ vide gl. in. l. non idcirco. C. de fi. instr. et in l. īproba. C. de acqui. pos. vbi ponitur qñ possessio dicat̄ tradi vacua et tene mēti glos. instit. de vsuca. §. qd̓ autē. que dicit qd̓ possessio dicit̄ vacua tribus modis de qua materia vide etiā Bal. in. l. fi. C. de pact. inter emp. ⁊c. Et add qd̓ possessio vacua probat̄ eo ipso qd̓ author vl' eius successor diu reꝫ possedit arbitrio iudicis vt per Bal. in. l. cuꝫ res. in. ij. col. C. de ꝓba. vbi etiā ꝑ Sali. ⁊ per Alexā. in cōsi. xj. in. iiij. parte cōsi. ⁊ adde qd̓ possessio dicit̄ vacua etiā si ī re debeat̄ alteri seruitus nō dicit̄ libera. ita Bar. no. in l. meui⁹. in. §. fundo. in vlt. col. ⁊ in l. vim facit. ⁊ in. l. ij. i. §. vacua. ff. de ac. emp. et ideo si quis tenetur tradere possessioneꝫ vacuā ⁊ liberā dꝫ tradere illā liberam etiā a seruitute: secus si tantum tenet̄ vacuā tradere s̄m Bar. in. d. l. ij. ff. de act. emp.

b ¶ Item adde qd̓ res min⁹ valet ratione malivicini. l. eū sepe. §. fi. ff. de ꝯhen. emp. et qd̓ no. Bar. ī. l. si ita mulier. ff. de fun. instr. et qd̓ habet̄ in. c. ꝯstitutus. de in integ. rest. ⁊ in c. ad qōnes. de rerum permu. facit dictū Uergilij in Buc. Mātua ve misere nimiū vicina cremone. et apud Luca. O male vicinis hec menia ꝯdita gallis. Et de valore rei in reb⁹ mobilibus. vide Bar. in l. p̄tia. in fin. ff. ad le. fal. ⁊ in. l. septē diebus. de eroga. mi. an. ⁊ d̄ valore rei s̄m quātitatē fructuū vide in. l. si quidē. de euic. ⁊ de materia vide omnino Bart. et alios. ī. l. j. §. si heres percepto fundo. ff. ad trebel. et in. l. si seru⁹. ff. de condi. fur. Ang. in. l. si quis vxori. §. fi. ff. de fur. Angel. de are. in. §. si quis agēs. instit. de actio.

¶ Adde q̄liter ꝓbet̄ valor rei. Fulgo. consi. cxlij.

a ✠Sebasti.Sapia.¶ Probatur valor. vide de hac regula Bar.in.l.j.§.si heres percepto fundo.ff.ad treb.⁊ in.l.mortis causa capim⁹.§.j.ff. de dona.cau.mor.Ang.are.in.§.si quis agens.col.v.insti.de act.Lanfran.de oria.in repeti.c.quoniam contra falsam. in verbo testium.col.xxviij.ver.quero qualiter probetur valor rei.s̄.de proba.
✠Sebasti.Sapia.

omnino ibi per ipsum multa pulchra.

e ✠Sebasti.Sapia.¶ Dubia. vide Card.in consil.lxxiiij. incip.titius. et Ang.in cōsi.cclxxxv.incip.visis attestationibus testiū predictorum. in vlt.col.vbi dicit qđ iudici nunq̄ concluditur in causa: sed firmiter viget eius officium vsqꝫ ad sententiam inclusiue.

b ¶ Ubi testes. vide do.Jas.in.l.ij.col.iij.ver.not.ex ista decisiōe.C.de bo.pos.s̄m tabu. vbi meminit huius text.⁊ Alexā.in consil. cxxxiiij.in.ij.volu.

c ¶ Facit quod dicat Bal.in. d.l.ij.C.de bo.pos.secū duz tab.⁊ nunq̄ obliuiscaris qđ si testes ponant super testamēto q̄liter talis testator corā.vij.testibus facit testamentū in quo talez instituit heredē ⁊ quilibet testis particulariter deponit se fuisse p̄sentem tali testamēto interrogati de cōtestibus q̄ et quot essent p̄sentes dicunt qđ nō recordātur: tamen tales testes plene ꝓbant testamentū et p̄sumūtur omnes fuisse contestes, quod dictuz reputat ibi paul.de cas, multū no.⁊ quotidianū idē tenet ibi do.Alexā.⁊ idē do.Alexā.in cōsi.cclxxix.inci.pōderatis,in pe.colū.ex hoc dicto Bal.elice ꝙ si testes cōcordant om̄es in dicto super quo deponūt licet aliter nō appareat qđ omnes eodē tēpore fuerint presentes: tamen indubio presumūtur cōtestes et de eo actu deponere. et idē tenet Bald.in.l.de quibus.ff.de leg.in ātepe.col.et.d.Alex.in p̄al.cōsi.¶ Adde Angel.consi.cclxxxiiij.

d ¶ Facit quod signāter voluit barto.in.l.admonendi.in.x.colū.ff.de iureiur. vbi dicit qđ si duo testes dicūt vidi qđ sempronius mutuauit titio pecuniā: sed nescimus aut non recordamur de quātitate cōcludit qđ si quantitas posset suppleri alio modo: puta si ꝓbaretur per alios duos testes qđ titius petiit a sempronio decē ducatos mutuo ꝑ istos duos deponētes qđ viderūt numerari pecuniam ex causa mutui: licet quantitatē ignorent iudex deberet deferre iuramentū in supplementū probationis. que decisio est multum notāda ⁊ eam sequitur do. Ant. in.c.fi.in vlt.col.de iureiur.⁊ do. Alex.in.d.l.admonēdi.in.xxxij.col. et Jaso.de may.in.xl.col.alij non tangunt ⁊ ad corroborationem vide

a probat valor[a] rei si testes dicāt qđ tantū a tali potuit habere quasi tantū valeat res quantū vendi potest. de quo tamē dic vt no.plene in.d.l.ij.⁊ dixi in.c.cū causa.ij.s̄.de testi.ad istū tex. posset dici qđ per hoc non ꝓbatur verus valor rei: sed inducitur ad p̄sumendū vēditione pro illo pretio non fuisse purā cum potuisset ab alio habuisse maius pretium. vnde non est verisimile qđ iste vendidisset pure pro minori: ⁊ sic non probaretur hoc primū dictū cum ex speciali affectione quis potuisset 4 offerre pretium vltra cōmunēvalorē rei.¶ † No. pulchrum tex.qđ testimoniū non vitiatur licet testes cōmuniter non recordētur de anno mense et die quib⁹ fuit actus gestus. qđ intellige nisi dies esset de substātia: vt no.Jnno.in.c.qualiter ⁊ qn̄. de accu.in ver.si dictus.¶ No. qđ tabellio qui instrumētū scripsit ⁊ testes in eo scripti ꝓduci possunt in testes ad coadiuuādum instrumētū.⁊ est vtile ꝓpter no.in.c.cum a nobis.s̄.de testi. hic tamen profuerūt: tum qꝛ vt patet in antiqua testis ꝓductus dixit se non recordari an fuerit cōditionalis vēditio an pura: tn̄ qꝛ ipsi erant duo et alij 5 cōtra instrumēta erāt quatuor.¶ † No. ibi: subscriptis. quot in instrumento publico testes debent se subscribere. hoc enim videtur innuere verbum subscripti quasi subtus scripti: sed Jnn. intelligit qđ subscribūtur per notariū. vn̄ exponit subscriptis: id est inscriptis non em̄ est moris s̄m eum qđ instrumēto tabellionis subscribat testis sed in priuato tantū.⁊ remittit ad no.s̄.e.c.ij.ego dixi in.c.j.eo.ti.⁊ hoc no. Si aūt ꝯtractus fiat inscriptis ita qđ scriptura sit de substātia: tunc dic de subscriptionib⁹ vt habet in.l.ꝯtract⁹.C.eo.ti. ¶ No. regulā ⁊ limitationē ad eā. Regula em̄ est qđ parem vim habēt instrumēta ⁊ testes: vt hic.⁊ in.l.iij.exercēdis.C.eo. Limitatio est vt hoc ꝓcedat qn̄ ꝓducuntur ab eadē parte vel si a diuersis testes tn̄ instrumēto nō cōtradicunt. si autē testes cōtradicunt tunc nō obtinent eandē vim: sed preualent ceteris parib⁹ ipsi testes: de quo.j.latius. 6 ¶ † No. qđ vbi testes[b] vidētur cōtradicere instr̄o b si fieri potest debet presumi actus multiplicatus vt sic testes ⁊ instrumēta reducātur ad cōcordiā. sicut dicimus in testibus vtriusqꝫ partis: vt in.c. cū tu.s̄.de testi. hic em̄ fuisset facta hec interpretatio vt innuit litera nisi partes fuissent ꝯfesse vnitatem actus. Et ex hoc no. bonam practicam ad excludēdam presumptionē pluralitatis actus: vt fiat interrogatio super vnitate actus. dicit tamen Jnnoc. posse dici qđ etiā si interrogatio facta nō fuisset: tamē hoc modo debuerūt instrumentū et c dicta testiū cōcordari[c]: qꝛ licet instrumentū diceret qđ Petrus vēdidit domū Joāni: non negat per hoc cōtractū fuisse cōditionalē: vnde admittenda erat ꝓbatio que instrumēto cōtrario aderat: mihi tamē plus placet primū dictum indistincte: qꝛ ex quo testes nō recordātur de die non vidētur deponere super illo ꝯtractu qui ex forma instrumenti apparet purus: ⁊ ideo cōditionalis. et hoc sentire videt Bart.in.l.ij.C.de bo.poss.s̄m tabu.⁊.ff.quemad.test.aperi.l.ij. posset tn̄ dici qđ aut ex forma instrumenti apparet cōtractum purum.⁊ tūc cū testes deponētes illū fuisse cōditionalē contradicā instrumento debet p̄sumi actus multiplicatus ex quo non recordātur de tēpore ne instrumentū aut testes reprobent. ar.in.d.c.cū tu. aut instrumentū simpliciter loquit ⁊ testes dicunt illū contractū fuisse cōditionalē: licet nō recordētur de tēpore ⁊ debet presumi qđ de eodem deponāt ⁊ sic intelligat dictū Jnn. Ratio qꝛ potuit esse cōtractus cōditionalis: ⁊ tamē non fuit rogatus de cōditione vel per obliuionē notarius omisit: ⁊ cū instrumēta ⁊ testes habeāt eādē vim debet fieri suppletio ad inuicē sicut fit inter euangelistas in.c.nihil.de ver.sig.⁊ in.c.periculose. de peni.di.j. facit optime qđ no. Jnn.in.c.qualiter ⁊ qn̄.de acc. ibi dicit qđ si aliqui testes deponunt de die vel certis personis ⁊ alij dicāt se nō recordari de certo die vel personis debet presumi qđ de eisdem isti deponāt. facit dictū.c.in p̄sentia. de pro-7 ba.¶ † Jtē not. qđ probatio vnius partis dubia clarificatur ex cōfessione alterius partis. Ex hoc sume limitationē ad dictū Jnn.in.c.cū cōtingat. de offi.dele. vbi dicit qđ dicta testiū obscura nō reuelātur per cōfessionē seu articulū per partē formatū. debet enim intelligi in cōfessione propria que non ꝓdest cōfitenti.xiiij.q.ij.in princ.⁊ ꝓbatur clare dictū Jnno.in.c.in presentia. de proba. Secus in cōfessione alterius partis que valet cōtra eā vt hic. Et ex hoc ⁊ ex tex.no. qđ vbi ad probandū vnū totū vel quid certū inducātur testes nō est necesse qđ testes deponant sup toto: sed sa-d tis est qđ ex dictis omniū testiū[d] ⁊ partiū confessione eliciat id qđ erat necessario ꝓbanduz vt hic notāter probatur. facit ad ea que dixi in.c.licet ex 8 quadā.s̄.de testi.¶ † No.⁊ tene menti: qꝛ ad hoc allegat quotidie iste text. qđ iudex potest vsqꝫ ad sententiā: ⁊ sic post cōclusionē partes interroga-e rent clarificanda dubia[e] circa merita cause etiam si procedat ad vtilitatem priuatā. Jnn. tn̄ in addi. limitat hoc singulariter qn̄ interrogat circa dubia eoruz que acta sunt ante conclusionem: de ante vero querere non posset. refert tamē qđ alij f contra. potest tn̄ dici qđ vbicunqꝫ[f] equitas mouet eū potest interrogare vt in.l.vbicūqꝫ.ff.de interro.act.⁊.c.iudicātem.xxx.q.v.⁊ intellige predicta in iudicijs ordinarijs. nā in summarijs interrogabit testes partis etiā ad instātiā s̄m glo.no. in cle.sepe.de ver.sig.in verbo interrogabit. et fa-9 cit ibi tex.per locū a speciali.¶ † Jtem in vltima parte nota qđ sentētia potest pro parte cōfirmari ⁊ pro parte infirmari. Et no. qđ in causa appellationis sententia est confirmatoria vbi bene fuit iudicatū: ⁊ infirmatoria seu retractatoria vbi male.⁊ potest exprimere si vult causam retractationis ⁊ confirmationis in sententia. Et ex hoc ⁊ ex text.no. qđ iudex appellationis non tenetur simpliciter pronūtiare male vel bene fuisse iudicatū sicut innuere videtur text.in.§.vlti.ij.q.vi. sed potest distinguere et verbo dispositiua proferre. facit.c.cum causam.de re iud.⁊ quod no.Bar.in.l. cum apud.ff.iudi.sol.⁊ hec sufficiant ad superfi-10 cialem declarationē tex.¶ † Uenio nunc ad glo. et quero cū gl.ij. quid si vēditio pura fuisset: nunquid iuste condemnasset iudex ad rem vacuā tradandam. respōdet qđ sic. Not. bene in hoc gl. que satis bene iudicio meo ꝓbat maxime iuncto tex. in fi. vbi ponunt verba pape: emptorē posse rem

f ¶ De hoc vide do.Ant.in.c.j.de iud.in.iij.col. Et qđ nō possit post cōclusionē interrogare super nouo articulo prius agitato tz Spec. in ti.de deposi.§.iiij.versi.sed si ante. alias est versi. quidā tamē dixerunt. et Ro.in.l.iiij.§.hoc autē iudicium.in.iiij.co.ff.de dam.infect. vbi sequit Jnno. hic et idem videt dicere Bald.in.l.per hāc. circa p̄n. versic. dicit.C.de temp.app. Pet. de ancha.in.c.in fi.j.colum.de confes.lib.vi. sed opi. do.Ant. hic sequitur ro.in.l.admonendi.ff.de iureiur.in.xxviij.col. vbi vide pro qua allego optimū casum et meliorē q̄ sit in iure ad hoc a doc. non pōderatum in.d.c.pastoralis.i fi.de cā poss.⁊ ꝓprie. Et vltra glo.alle.hic per istū quā etiaz Lud.ro.vbi.s̄.reputat sing. adde tu aliam pleniorem in.c.quoniaz contra falsam. in ver.iterrogatus. et ibi late doct.s̄.de ꝓba. intātum qđ dicit do.Ant.de bu.in.c.j.de iudi. se in cōtingentia facti cōsuluisse ꝙ iudex post cōclusionem in causa pōt facere interrogatiōes nō solū ad declarandum dubiam ꝓbationem. iuxta ca. cum ioannes. eo.⁊ quod no.gl. singu.in.§.qꝛ vero. i auc.de testi. sed etiam nō fundandam intētionem aduersarij ꝑ regulam dicte.l. vbicunqꝫ. hic alle.per istum.⁊.l.generaliter.§.j.C.de reb.cre. nō tamen cogitur iudex istud facere.l.non quicquid.ff.de iudi. et sequitur Jmo. ibi ⁊ adde do.Ant.⁊ Jmo.in.c.cum causam.de iur.cal.s̄.in terminis. Bal.in.l.ampliorem.in.ij.col.de app.⁊ in.l.per hanc.in prin.C.de tempo.appel.⁊ in.l.ij.§.qđ obseruari.in.vj.col.C.de iura.calum.⁊ ita communiter tenetur. in cōtrarium tamen facere videtur glo.no.in.l.filiusfa.in.§.veterani.in glo.j.ff.de procur. que vult qđ iudex nō potest supplere vltra tempus parti concessum, quod bene no. facit quod no.in.l. querela.C.de fal.

emptam

¶ Utrum venditor teneatur ad rem tradendã precise emptori de hoc vide quod no. do. Ant. in c. lator. de pig. ⁊ per Archi. in c. qui studet. j. q. j. Item adde qd etiam in obligationibus facti ratione vltime volũtatis quis precise compellitur ad factum. tex. est not. in l. fideicõmissa. §. fi. ff. de leg. iij. Item adde qd qui vendit simpliciter fundum nõ tenetur tradere liberũ: sed qualis est secus si in venditione vẽditor dixisset vendo tibi istum fundũ vti optim⁹ maximus qȝ est. text. est in l. cum venderes. ff. de cõtrahen. empti. et ad idem est text. in l. seruo legato. §. si fundus. ff. de lega. j. sed tu vide gl. in d. l. cuȝ venderes. sed an ille qui tenet tradere fundũ tenet eum tradere liberũ a seruitute. do cto. i. l. stipulatio ista. §. si quis forte. post glo. ibi. ff. de verb. ob. communiter tenẽt qd sic excepto Rap. qui ibi tenet contrarium per text. vbi dicit esse casum in l. meuius. §. fundo. ff. de lega. ij. sȝ text. in d. §. fundo. loquit quãdo fund⁹ debetur ex causa lucratiua sed si deberetur ex causa onerosa: tũc procedit communis opi. doc. in d. §. si quis forte. p quo facit tex. in l. quoties. ff. de edi. edi. cõiuncta l. j. §. cã. eo. titu. ⁊ tex. in l. in vendẽdo. ff. de contrahen. emp. et glo. in d. l. cum vẽderes. et quod ibi not. ⁊ in l. j. in ver. securitati. de actio. emp.

¶ Adde an venditor teneat pcise ad tradendum. Alexan. consilio lxx. iiij. lib.

b ¶ Et ad hoc põdera text. in c. exposita. d arb. vbi de iniquitate laudi dux venetoruȝ cognoscit. et vide quod ibi singulariter scribit dom. Abb. circa princ. post Inno. Iteȝ adde qd h dictuȝ Host. alleg. hic p do. Ant. refert et sequit dominus Abb. in lectu. in c. j. de proba.

emptam precise petere: ⁊ ita venditorẽ esse cõdemnandũ: nec est opus petere interesse. hoc pro tanto dico quia iura in hoc ciuilia varie loqui videntur ac etiã scribẽtes: vt. l. j. ff. de act. emp. ⁊ l. ex empto. eo. ⁊ in l. si traditio. C. e. ⁊ vtrobiqȝ per Bar. plenissime per eundẽ. in l. stipulationes non diuidunt. ff. de ver. ob. Quidã enim voluerũt qd sufficiat prestare interesse sicut in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse: vt in l. si qs ab alio. §. fi. ff. de re iud. ⁊ p hoc intellectu videt facere. d. l. j. ⁊ l. si traditio. ⁊ videt velle gl. in d. l. j. Sed Mar. antiquus glossator iuris ciuilis renuit primum scilicet venditorẽ precise teneri rem venditã tradere emptori si illã habet. ⁊ p eo multuȝ bene facit. d. l. ex empto. Sȝ sm Host. ius canonicũ videtur adherere opinioni Mar. vt patet hic. ⁊ in c. per tuas. de arb. ⁊ c. j. de pac. ⁊ c. iij. eo. ti. ⁊ j. q. j. qui studet. Inn. in c. cum olim. de censi. in prin. tenet qd ad rem venditã bene agit: qr res est in obligatione: vt in d. l. ex empto. Sed liberatur venditor satifaciendo de interesse. et sic concordat. l. j. cũ d. l. ex empto. Sed prima opinio videt cõmunior vt precise compellat rem tradere si facultatẽ habet: alis tenetur ad interesse: quã cõmuniter sequuntur doc. hic ⁊ Bar. in d. l. j. ⁊ l. stipulationes non diuidunt. ⁊ Archi. in d. c. q studet. Io. an. in addi. Spe. in ti. de emp. ⁊ vẽ. §. j. ver. in anterioribus. vbi dicit qd si habet facultatẽ rei tradẽde cõpellitur ad rẽ tradẽdã: si vero dolo vel culpa agit ad interesse. si autem nõ habet sine dolo ⁊ culpa: tunc ad neutrũ tenetur. Ego allego ad hoc gl. singu. que precise facit omnia hec mẽbra. insti. de emptio. ⁊ ven. §. pretiũ. in verbo tradat. ⁊ optime ibi facit tex. pro hac opi. ⁊ intellige iura contraria secundũ distinctionẽ precedentẽ. Et vt habeas subtilius hanc materiã scias qd aut quis obligat ad dandũ ⁊ precise compellit si potest. l. vbi. §. fi. ff. de ver. ob. Aut obligat ad faciendũ ⁊ regulariter in obligatione hominis succedit obligatio ad interesse: vt in l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudic. ⁊ hoc qr videt quedã species seruitutis si precise cõpelleretur facere. vt no. Bart. in d. l. stipulationes nõ diuidũtur. vbi plenissime videas de hac materia. Est ⁊ tertia species obligationis scilicet rem tradi. ⁊ in hac aut obligatur ex contractu[a] emptionis et precise compellitur si hababet facultatẽ vt in iurib⁹ superius allegatis aut in aliis cõtractibus et sufficit prestare interesse per l. si fundũ. ff. de ver. ob. Ratio diuersitatis est qr in contractu emptionis illa obligatio rem tradi participat de obligatione rem dandi ⁊ rem faciẽdi: qr si est venditor dñs debet rem tradendo facere emptorem dñm ⁊ in hoc accedit ad obligationẽ dandi quia dare est accipiẽtis facere. insti. de actio. §. sic itaqȝ. Si aũt non est dñs prestat tradendo causam vsucapiẽdi: ideo si hȝ facultatem tenetur precise tradere qr quasi videt obligatus ad dandũ. hec sunt de mente Bar. in d. l. j. de act. emp. ⁊ in l. stipulationes non diuidũtur. ff. de ver. obl. que bene notabis. An autẽ sufficiat vẽditori prestare patientiam an teneatur rem tradere: dic qd in incorporalibus sufficit prestare patientiã: sed in corporalibus tenetur tradere rem. de quo dic vt no. in d. l. j. Et quatenus dicit tex. qd dȝ venditor tradere possessionẽ vacuãm. intellige vacuam id est non possessam a legatore seu fideicõmissorũ causa vel nomine ventris. ad hoc enim pertinet vacui appellatio: de quo vide quod leg. ⁊ not. in l. ij. §. vacua. ff. de act. emp. 11 ¶ † Opp. qd a iudice laico nõ

c ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Supplet Papa. vide Feli. in c. si duobus. j. de appellatio.

d ✠ Sebasti. Sapia. ¶ An in causa. vide Abb. in c. significauerũt. col. iij. j. de except. Gemi. in §. biduum. versi. quandoqȝ. ij. q. vj. Moder. in l. ita demum. C. de procu.

e ¶ Utrum autem appellatus in causa appellationis a diffinitiua possit deducere nouũ capitulũ. vide hic do. Anto. in vlt. col. ver. vlti. facio vnũ dubium pulchrum ⁊c. Et adde qd mihi videtur de hac q. casus in dicta. l. per hanc. ibi tam appellatori quã aduerse parti. C. de tẽpo. app. et p opi. qd appellatus possit facit optime qd not. archi. in ver. sunt quorum. §. quãdoqȝ. ij. q. vj. vbi dicit qd si i pma instãtia actore petente cẽtum iudex condemnauit reum in quinquaginta in aliis quinquagĩta absoluit si re⁹ appellauit ab illa sentẽtia ⁊ nõ actor appellatus in causa appellationis coram iudice appellationis poterit iterũ petere integra centum si ex eadem cã petat: secus si ex diuersis causis non cõneris. et ita dixit sentire Bar. Brixi. in q. dominicali. q. lxiij. que incipit petebat. ⁊ videdo. Anto. in c. significauit. in iij. de excep.

Anto. Francis.

¶ Dicas circa h de appellato. qd potest inherere appellationi aduersarij ⁊ illã pse qui si sua interfit. l. fina. et ibi plene per doct. C. de appel. quod tamen intellige verum si ipse appellãs incepit psequi: sed si non psequeret vel appellationi renuntiaret non posset appellat⁹ illaȝ prosequi: vt no. voluit Ioan. an. i addi. Spe. in ti. de ap. iij. §. j. in ver. xxxiiij. et vide card. in cle. ꝯstitutioneȝ. in v. q. de elec. ⁊ eundem in cle. j. in. iij. not. de app. vbi dicit qd appellat⁹ potest inuito appellante vti literis impetratis per ipm appellãtem et coram iudice appellationis põt psequi omne ius sibi competere ⁊ non deducta deducere et non probata probare iuxta materiam dicte. l. per hanc. C. de tempo. appellatio. ita Bald. in additio. Specu. in titu. de appel. in versic. officium iudicis. et in ver. an inuito.

debuerit appellari ad papam: vt in c. si duobus. de app. Sol. gl. iij. vt patet in ca. Host. dicit glos. pcedere qd regulariter a laico non appelletur ad papam nisi iudex a quo appellatur superioreȝ in b temporalibus non recognoscat[b]. j. qui fil. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. de foro compe. licet. in aut. vt diff. iudi. §. si tamen cõtigerit. ⁊ notabis hoc dictũ singulariter. cui videtur concordare aliud dictũ singulare Innoc. in c. licet ex suscepto. de fo. cõpe. vbi dixit qd deficiẽte potestate seculari de iure: quia non est dare superiorem vel de facto: quia superior non potest de facto iuris- c dictionẽ suam exercere supplet papa[c]. ar. hic ⁊ in d. c. per venerabilem. ⁊ facit quod plene dixi in c. nouit. de iudi. sic limita gl. que videtur contrariũ 12 dicere. in c. qm̃. x. dis. ¶ † Glo. in verbo pendebat querit quid si capitulum fuisset omnino nouuȝ. respõdet ⁊ bene scilicet qd non fuisset admissum: et est ratio: quia iudex ad quem non debet admittere aliqua impertinẽtia ad causam cum habeat solum decernere an sit bene vel male iudicatum. ij. q. vj. ad fin. et l. per hanc. C. de tempo. appel. et quod dicatur nouum capitulum omnino vel depẽdens ab antiquo dic vt dixi in c. fraternitatis. d s. de testi. Scdo querit an in causa[d] appellatiõis e possunt prosequi[e] aliam causam q̃ expressam in ipsa appellatione: ⁊ rñdet qd sic: vt in l. scio. §. fin. ff. de app. ⁊ intelligo hoc cum appellatur a diffinitiua: de quo dicendũ: vt no. in c. cum causam. j. de app. in vlt. gl. secus cũ appellatur ab interlocutoria: vt in cle. appellãti. eo. ti. vbi de hoc. ¶ Glo. in ver. quolibet. primo colligit quod instrumentum quãtũcũqȝ authẽticũ potest per testes vt falsum reprobari vt hic. scdo querit quot testes requirũtur. Respõdet qd quatuor meliores de scriptis in instrumẽto seu quinqȝ. ratio: quia fides tabellionis equiualet duob⁹. vt in c. quoniam contra. de proba. ipsum vero instrumentũ valet tantum quãtum duo testes: hinc est qd habes duos testes inscriptos ad min⁹. ad hoc. l. in exercẽdis. C. eo. sed reprobatio debet fieri per plures seu saltem meliores: vt in c. in nostra. s. de testi. ergo requirũtur quinqȝ. Nec ob. iste tex. vbi fuerũt producti quatuor tantũ nec dicitur quod erant meliores quia sm gl. isti testes non reprobãt instrumẽtum: sed addebant qd notarius omiserat: ⁊ habes nunc gl. declaratã. Ex qua no. primo quod instrumẽtum quantũcũqȝ authẽticum potest reprobari pretextu falsitatis. intellige quãdo dicitur instrm ex toto falsum: secus si dico aliqua in eo contenta falsa: quia tunc aliqñ non admittitur reprobatio. vt qñ inducit presumptio iuris ⁊ de iure: vt in casu. l. finalis. C. arb. tu. scȝ si vult reprobare confessionem suã. ⁊ in casu. l. antique. C. ad velleia. ⁊ dic de his vt ibi no. per hoc reprobatur sm Io. an. opi. Lau. cremeñ. qui dicebat per testes non reprobari instrumentũ nisi esset suspectum vel ex parte cõficientis vel ex parte pducentis. reddebat rationẽ: quia memoria hominis labilis est nec cõmuniter testes sunt intenti sicut tabellio quare plus creditur instrumẽto scdm eum sed minus bene locutus est: vt patet hic. ⁊ j. lati⁹. 13 ¶ † Secundo no. quod quãdo testes addunt ad instrumentum sufficiũt duo. ¶ Tertio no. quod quãdo reprobãt requirũtur quinqȝ vel quatuor ad minus ⁊ hec est vna opinio: sunt ⁊ alie opiniones quas. j. videbis. Sed vt habeas clare materiam difficilem hic prolixe tractatã per doctores cum queritur de reprobatione instrumẽti fienda

per testes scias qđ quandoqꝫ contra instrumentum producūtur testes in instrumēto non descripti: quandoqꝫ hi qui sunt descripti[a]. primo casu multe reperiunť opinio. sed recitabo principaliores vt magis eluceat materia. Prima est opi. vt incipiam⁹ a glossatore nostro qđ requirunť qnqꝫ vel saltē quatuor. ꝛ idē tenuit in. c. iij. de proba. s̄. vidisti rationem suā. Secūda fuit opi. Accur. in l. in exercēdis. prealle. qui dixit qđ licet duo reprobent instrumentū priuatū. C. de cōtrahen. ꝛ commit. stip. l. optimā. ad reprobādum tamen instrumentū publicū requirūtur ad minus tres. qꝛ instrumentū valet tantū quātū probatio duorū ad minus. vt. d. l. in exercendis. ergo oportet qđ reprobatio ꝑ testes sit plenior. ꝛ pro opi. Accur. facit iste text. dū dicit triū vel plurium. Tertia fuit opinio que recitatur in Spe. eo. ti. §. restat. versi. sed pone. que attribuitur Azo. quod ad directaꝫ reprobationē instrumēti requirūtur tres. ad indirectam per modum de quo. s̄. de test. ex tenore. C. de cōtrahen. stip. optimā. sufficiunt duo. ꝛ facit quod no. insti. de inuti. stip. §. itē verborū obligatio. in gl. not. qđ dies. Quarta fuit opi. Odof. qui dixit quod vbi causa talis est in qua requirūtur plures testes vt in testamentis codicillis ꝛ similibus per plures testes quā causa requirat debet fieri reprobatio. vnde testamentū reprobabiť per octo. codicillus per sex. reliqua vero vbi sufficiunt duo reprobātur per tres. Quinta fuit opi. Nico. de mata. in suis disputationibus qui dixit hoc esse arbitrariū vt videat iudex cui magis sit adhibēda fides. tanta enim posset esse p̄sumptio pro instrumento ex nimia legalitate notarij vel alia de causa quod preferetur instrumētum testibus. ad hoc facit litera hec dū dicit: nō tū quodlibet instrumētum. Sexta fuit opi. quorūdā quos recitat Inno. hic qui dixerūt quod in facto propinquo magis creditur testibus. in antiquo vero remoto magis creditur instrumēto. ff. de proba. si arbiter. ff. de carb. edic. l. iij. §. due. Septima est opi. Inno. qui tenuit quod instrumēto quantūcunqꝫ publice confecto ꝛ quantūcunqꝫ testes habeat inscriptos derogatur per duos testes vel ad plus per tres qui ꝓbant cōtractū de quo loquitur instrumentū nō fuisse celebratū illo tēpore ꝛ illo loco ꝛ inter illos de quib⁹ loquitur cuꝫ ꝓbent ipsos vel eoꝝ alterum adeo remotos fuisse ab illo loco illo die qđ impossibile est eos tunc ibidem fuisse ꝛ cōtraxisse: vt in. l. optimam. C. de contrahen. ꝛ cōmit. stipu. ꝛ. s̄. de test. ex tenore. hāc opi. videtur sequi Spec. in ti. eo. §. restat. ver. sed quero. vbi remittit ad hoc dictū Inno. ꝛ Jo. hic. mouentur omnes isti qꝛ instrumentū non habet fidē nisi ab officio et autoritate notarij cui iustum est dictū duoꝝ preferri: hoc verū nisi instrumentum per testes inscriptos vel alios viua voce iuuetur. in auť. eo. ti. §. si tamē quisꝙ. ꝛ. §. si vero moriank. et sequēti. tunc enim requirūtur plures quam viua voce deponētes ꝓpter autoritatē instrumenti ꝛ testiū viua voce deponentiū. Et pro hac opi. videtur casus ꝭm Jo. an. in. c. cū a nobis. s̄. de testi. si intelligatur qđ ibi dicit testium adminiculo scꝫ viue vocis. Nec ob. qđ ibi loquitur de scriptura iudicis: quia ibi notarij vocātur iudices: vt ibi no. ꝭm vnum intellectum. Item negari non potest ꝭm Jo. an. quin duo testes vacillare saltē faciunt instrumentū. ꝛ fidē eius: nam hoc facit cōparatio literarū que minor est quā assertio duoꝝ testium: patet vtrūqꝫ in auť. eo. ti. in prin. et. §. j. illi ergo nō stabitur nisi aliter adiuuetur. C. eo. tit. l. fi. C. de proba. iubemus. Item facit ratio quam ponit Innoc. j. e. cum. p. vbi dicit qđ ꝓbatio per instrumentum est supernaturalis ꝛ contra ius vt credatur pelli animalis mortui. Sed ꝓbatio que fit per duos testes est naturalis et secundum ius diuinum et humanum: ergo hec est preferenda. Non obstat ratio huius gl. quia ꝭm Jo. an. hic. et Bar. in. l. j. §. si qs neget. ff. quēad. test. ape. bis reassumitur idem per modum notatum. ff. de ver bo. obli. l. quoties in stipulationibus. nam dicendo instrumentum equiualet duobus includit autoritatē notarij. postea dicēdo notarius valet duos vel plus quam vnus: ꝛ reassumit ideꝫ. non est ergo verū qđ scriptura per se equiualet duobus: sed scriptura cum inscriptione testium ꝛ autoritate officij tabellionis est que equiualet duobus: nec valet alia opi. secūdum quam requirūtur duo propter testes inscriptos ꝛ duo propter tabellionem. nam procederet qn̄ testes subscripsissent ꝛ hoc ꝯstaret: sed qn̄ solum sunt inscripti seu subscripti per notarium patet quod sicut fides instrumēti ita ꝛ fides subscriptionis testium dependet a notario. Item scđm opinionem contrariam sequeretur absurdum quod si. xx. testes essent inscripti ad reprobationem talis instrumenti requirerentur. xxj. ꝛ sic facile falsus notarius tolleret facultatem instrumenti reprobandi: sicut enim falsum scribit in contractu sic facile multos testes falsos scribere potuit in instrumento. Quare Jo. and. ex multis concludit tenēdam opi. Innoc. et qđ omne instrumentū reprobari possit per duos testes cum omnis eius fides a tabellionis fide dependeat. ad tex. istum. s̄. adductum pro opi. Accur. respōdet qđ tex. non dicit tres testes requiri contra instrumentum: sed qđ instrumentū non prefertur. Ad rationē. s̄. inductam respōdetur ꝭm eum qđ plena fides instrumēti ꝓcedit ex presumptione publici officij: sed sicut violentam presumptionem per quam al's iudicaretur reprobant duo testes. pone exēplum in. c. proposuisti. de proba. sic ꝛ hanc presumptionē per quam al's iudicaretur reprobant duo testes. Item iuramentū per iudicem delatum in supplementum probationis plena est ꝓbatio ex qua iudicari potest et tamen reprobatur per instrumentum vel duos testes. vt in. l. admonendi. ff. de iureiuran. Item nonne sigillum authēticum probat. iuxta no. s̄. e. c. j. ꝛ. ij. de proba. post cessionem. ꝛ tamen plena probatio fidei illius derogat. vt. d. c. post cessionem. ita in proposito licet instrumentū faciat plenam probationem: tamen reprobari potest per duos testes viua voce in contrarium deponentes: hanc opi. sequitur do. Ant. ꝛ expressius Jo. cal. in sua distinctione. dicit enim qđ licet sit illorum opi. equa qui totum hoc committunt arbitrio iudicis qui iudicabit habita consyderatione ad qualitatem tabellionis ꝛ testium ꝛ negotij an sit antiquum vel recens tamen verior videtur sibi precedens opi. vt duo idonei testes faciāt vacillare instrumentum vt probet nisi aliter iuuetur. Bar. in. d. l. j. et do. Card. hic sequūtur opi. Nico. mat. quam. s̄. tetigi vt non sufficiāt indistincte duo testes seu iudex consyderabit ex qualitate notarij testium ꝛ negotij cui magis sit fides adhibenda. ad hoc. l. optimam. in fin. C. de contrahen. ꝛ cōmit. stip. per quam mouetur Barto. ille tamen tex. iudicio meo non probat: solū enim requirit qđ testes sint idonei et omni exceptione maiores. Ego cōcordando[b] has duas opi. in quas docto. cōmuniter incidunt dicerem qđ iudex habebat arbitrari an illi duo testes sufficiant: quia oportet qđ probatio sit liquida ꝛ manifestissima ꝛ fiat vel per aliam scripturam vel per testes vndiqꝫ idoneos ꝛ omni exceptione maiores. vt. d. l. optimam. hoc autem non deprehenditur nisi iudicis arbitrio. vt. l. iij. ff. de test. et. iiij. q. iij. si testes. Sed si in veritate testes sunt tales quales. s̄. dixi ꝛ manifestissime deponūt contra instrumentum debet iudex arbitrari testes preualere et si aliter faceret licite appellaretur: quia faceret cōtra illam. l. optimā. debet enim arbitrium suum informare ꝭm leges vt dixi in. c. j. de dila. ꝛ quod legi. ꝛ not. in. l. si qua pena. ff. de ver. sig. ꝛ predicta intellige in casibus in quibus iura disponunt vt instrumentū faciat presumptionē iuris ꝛ de iure de quo dic vt. s̄. in prin. dixi.

14 ¶ † Venio ad ꝭm membrū[c] principale qn̄ scilicet aliqui de inscriptis[d] in instrumento cōtradicunt instrumento: quo casu multe sunt opi. vt plene tractat Innoc. ꝛ Bart. in. d. l. j. Sed et clare concludendo veritatem dicit qđ aut testes directe reprobāt instrumentum: puta quia dicūt non sic fuisse actum sicut scriptū ꝛ dic per omnia. vt. s̄. in prece. membro dixi. ꝛ est de mēte Innoc. hic nam hoc casu fortius instrumentū reprobatur ꝙ̄ in casu precedenti. Aut non contradicunt ita expresse: sed per quoddā mediū: ꝛ tunc aut dicunt se non recordari an interfuerint. aut simpliciter ꝛ absolute dicūt se non interfuisse. Primo casu sustinetur instrumentū: qꝛ cū eius probatio sit plena non debet vacillare per depositionē incertā ꝛ dubiam testiū qꝛ in dubio dꝫ fieri interpretatio benigna. de testi. cum tu. ꝛ. j. de verb. signi. abbate. et hoc voluit Inno. ꝛ hoc cōmuniter doc. ꝛ seq. ꝛ Bar. in. d. l. j. Secundo casu subdistingue aut vnus solus dicit se non interfuisse aut plures: quo casu aut ꝓbat per alios se non interfuisse per modū. de quo in. c. ex tenore. s̄. de testib. ꝛ probatur instrumentum falsum. vt in. c. quāto. §. absentium. de his que fi. a prela. nam in eo quod false scripsit hunc testem interfuisse falsificatur instrumentum. d. c. quanto. et arg. ix. dist. si ad scriptu. sacras. iij. q. ix. pura. ꝙ̄ꝙ̄ contractus posset per alios testes probari. Si vero nō probatur absentia per alios: tūc sunt opi. Sed cōmuniter distinguitur qđ aut est de necessarijs in instrumento ꝛ probatur falsum: quia ad hoc exhibentur testes necessarij vt per eos possit probari: ꝛ sic intelligitur. d. l. ij. ff. quemad. testa. ape. aut non est de necessarijs: quia vltra illum remanet in instrumēto numerus necessarius et non vitiatur instrumentum: quia plena probatio que resultat ex instrumento cōfundit dictum vnius testis. argu. c. licet ex quadā. s̄. de testi. hoc sentit hic Inn. ꝛ clarius Jo. cal. ꝛ alij moder. ꝛ Bar. in. d. l. j. Si vero sunt plures dicētes se nō interfuisse. aut ꝓbāt absentiā per alios: et dic

---

Sebasti. Sapia.

a ¶ Descripti. vid Bar. Bal. ꝛ Ange. i. l. j. §. si qs neget. ff. quēad. tes. aper. vbi ēt late p Jo. d imo. p bal. ꝛ Sal. i. l. i exercēdis. C. d fi. istr. ꝛ i l. ij. C. de bo. poss. ꝭm tab. ꝛ Pet. de anc. i ꝯsi. lxxiij. ici. visa limitatio cōmissione. ꝛ in ꝯsi. cclxv. incip. in primo dubio.

b ¶ Ego cōcordādo. add qđ testes pn̄t reprobare instrumētū. Jo. de ana. consil. xcviij. Alex. consi. xlvij. ij. lib.

Zacharias.

¶ Adde plenissi. p Lāf. i. c. qm̄ cōtra. §. instroꝝ ꝓductiōes. nu. 26. ver. q̄ro nunquid istr̄m. ꝛ ibi i apo. Bene. va. i ver. p quot testes. Tu add p̄di. Bar. sozi. ꝯsil. xciiij. ici. ꝓstātissimi. v. ꝓterea. circa fi. vol. ij.

c ¶ Ad ꝭꝫ mēbrū. add Ang. ꝯs. clix. Raph. comē. ꝯs. cxxv. Franc. aret. consi. xcviij.

Sebasti. Sapia.

c ¶ Scđm mēbrū. vid ang. i. §. si qs igiť. i auť. d istru. caute. Bal. in ꝯsi. lv. i. iij. ꝑte. alex. i ꝯsil. xxvij. i. ij. vol. Rom. in rubr. de arbi. i. xv. q. Bal. i. l. j. i p̄n. C. d sen. q̄ sine certa quāt.

d ¶ Et de h̄ vide etiā p Bal. i. l. in exercēdis. i vl. co. C. de fi. instr. et de ista. q. i terminis vide p Spe. in ti. de instr. edi. §. instrumētum. in. v. col. ver. itē qđ testis inscript⁹. ꝛc.

⁊ dic vt.s̄.Aut simpliciter ipsi asserunt ⁊ si sunt de necessarijs idem dicendum qꝺ.s̄.si vero non sunt de necessarijs est dubiū nō paruū. Quidam dicunt qꝺ nō vacillat per hoc instrumentum:quia sunt testes singulares.ad hoc.c.cum dilectus.s̄.de elec.⁊.s̄.de testi.tam literis.Quidam cōtra quia videntur cōtestes respectu falsitatis.Item dicēdo quilibet se interfuisse:dicit etiam de alijs.Inno.variat.videtur tamē magis inclinare vt instrumentum vacillet.tradit tamen vnam regulā qꝺ in dubio magis presumatur pro instrumēto ꝙ cōtra vt res potius valeat ꝙ pereat.Bart.in.d.l.j.tenet instrumentum reprobari.Nam dicit istos esse contestes.omnes enim testes respectu sensus quo percipitur possunt dici singulares:qꝛ sensus tuus nō est meus:sed respectu obiecti ad ipsum sensum testes dicūtur cōtestes:vnde quemadmodum per approximationem sensati seu obiecti ad sensum testes sunt cōtestes vt accidit in actu affirmatiuo quando simul audiuerunt vel viderunt:ita per remissionem sensati seu obiecti a sensu dici debent cōtestes vt quādo deponunt super absentia:qꝛ plures non viderunt.do.Anto.in hoc membro dicit aduertendum qualiter deponunt testes:si enim dicūt se non interfuisse:qꝛ primo illa die fuerint in vnum collecti:⁊ probant:qꝛ sensatum abstrahitur a sensibus in vnum cōgregatis:⁊ sic potest intelligi.c.tertio loco.de proba.Si autem quilibet dicat se simpliciter non interfuisse sunt singulares ⁊ non probat.Nec ob.motiuum Bar.qꝺ sicut appropinquatio sensati ⁊c.qꝛ consequentia nō est bona:qꝛ appropinquatio sensati ad plures attrahit sensus plurium in vnū:sed abstractio nō pōt abstrahere nisi singulariter:qꝛ illud de quo agitur non fuit appropinquatum sensui meo nec tuo:nō autē omnibus simul. Credo hoc dictum verius vbi testes sunt de nō necessarijs.si aūt de necessarijs procedat dictum contrarium.nam tunc cōtradictio etiam vnius facit vacillare instrumentum.vt.s̄.dixi.⁊ per hoc habes clarissime hāc materiā declaratā.¶ Oppo.⁊ videtur qꝺ licet sit probata exceptio tñ nō sententiatur pro reo vt in.c.ij.de or.cog.Sol.glo.in verbo in modum format oppositionē ⁊ non soluit.P.dicit illud verū in exceptione dilatoria secus in peremptoria qua probata bene iudicatur pro reo. Jo.an. dicit qꝺ sentētia qua reus absoluitur pōt ꝓcedere dupliciter:aut ex defectu ꝓbationis actoris:aut per perēptorias rei.hic aūt ⁊ in cōtrario reus absoluit̄ ratione ꝓbationis sue.⁊ sic cōcordant.dic formalius ad cōtrarium qꝺ licet ibi probata spoliatione per modū exceptionis nō restituat̄ reus spoliatus:absoluitur tamen ratione cuius de spoliatione excepit.hic etiā solū excepit ad excludendā intentionem actoris vt non teneretur domū tradere:⁊ sic absolutionē cōsecutus fuit.ex quo patet

15 hec iura sibi non contradicere.¶ † Oppo.videtur em̄ ex quo testes nō deponebant de die seu tpe contractus nō debebat eorū dictum valere. ar.in.c.in presentia.de proba.⁊.s̄.eo.inter dilectos.Gl.in verbo de certo:tāgit hanc questionem seu oppositionē ⁊ non soluit sed solutio redditur in litera vt ex predictis patuit.ex quo enim partes cōfesse fuerāt vnicam interuenisse venditionem:satis colligitur testes de illa deponere:⁊ sic preteritio temporis non reddit depositionē dubiam. Et dicūt hic Goff.Hosti.⁊ Joan.an.qꝺ regulariter ꝙuis testes nō deponāt de die vel tempore:qꝛ nō recordātur nō minus valet ipsorum testimonū

a vt hic:sed si interrogati respōdeant varie nō valet ipsorū testimoniū[a] iij.q.ix.nihilominus.⁊ qꝺ.s̄.dictum est procedit nisi agatur de tēpore ꝓbando:vt.s̄.de testi.ex tenore.tunc em̄ non valet testimonium cū nō dicant id ad qꝺ principaliter inducuntur in.c.de testi.s̄.de testi.⁊.ff.de peti.here.l.si quis libertatem.§.fi.cauere tñ debet iudex ꝑm Host.ne testes malitiose dicant hunc premeditatū sermonē scʒ se nō recordari de tēpore vt postea reprobari non possint.⁊ hec notabis.⁊ vide qꝺ no.s̄. eo.ex tenore.¶ Gl.in verbo postꝙ.colligit duo.sed eā limita ⁊ declara vt.s̄.dixi.in.c.cū clamor.s̄.de test.¶ Gl.pe.opponit de.c.j.s̄.de or.co. vbi dicit̄ qꝺ super incidenti non pronuntiatur.glo.soluit ⁊ male.nā bene potuisset hic pronūtiari super principali:⁊ sic indirecte fuisset ꝓnūtiatū super incidenti sicut fit in instantia cause principalis.dic ergo qꝺ hoc fuit factum ad honorem iudicis a quo cōseruandū cū fuerit processum ex nouis actis.Item licet non sit necessarium vt pronūtietur si tamen pronuntiatur nō per hoc retractatur sentētia vt no.in.d.c.j.⁊ de

16 materia dic vt ibi plene dixi.¶ Glo.finalis est facilis.¶ † Sʒ extra gl. quero de questione notabili.pone qꝺ in instrumēto sunt descripti a ⁊ b expresso eorum cognomine pro testibus.demum dicitur instrumentū falsum ⁊ producuntur duo qui dicunt se vocari illis nominibus sed negant se interfuisse:nunquid hoc sufficiat ad reprobationem instrumenti.do.meus do.Car.consuluit qꝺ non:quia hic nō est probatum istos esse illos qui sunt descripti in instrumēto.:potuissent em̄ sibi mutuare nomina.ar.l.j.C.de mu.no.Item dic ⁊ melius qꝺ possibile est quod tēpore cōfecti instrumēti erant alij qui vocabant̄ hoc nomine qui interfuerunt cōtractui.vnde hec probatio nō concludit necessario. arg.c.in presentia.de proba.⁊ in dubio vt.s̄.dixi fauendum est instrumēto.art. c.cum tu.de test.⁊.j.de prescrip.ad audientiā.Ad hoc ergo vt cōcludāt oportet probari qꝺ tempore confecti instrumēti isti qui producuntur nunc vocabantur illo nomine:⁊ qꝺ tunc non erāt alij qui vocabantur

17 his nominibus.⁊ hec no.pro limitatione predictorū.¶ † Ultimo querit̄ de vtili ⁊ quotidiana questione.videmus enim hic qꝺ ad petitionē appellantis iudex ad quem reformat sententiam:an hoc possit facere ad petitionem appellati:vt si videat detrahendū vel addendum sentētie hoc licite iudex faciat ipo

b appellato postulante.[b] hanc questionem formāt do.de Ro.dec.ccclij.⁊ ratio dubitādi est qꝛ appellatus nō appellādo videtur acquieuisse sentētie. in.c.qꝺ ad cōsultationē.de re iudi.⁊.l.fi.C.de sen. que sine cer.quanti.ergo non dʒ audiri petens eā reformari.Sed hoc nō obstāte per oēs dominos fuit contrarium conclusum:quia ex quo per vnā partem fuit appellatū a tota sententia ipsius effectus in totū fuit suspēsus.l.j.in fi.ff.ad turp. et.c. venientes.de iureiur.ergo sicut per appellantē peti pōt reformatio:ita ⁊ per appellatuʒ.Sepe em̄ quis consequitur ex persona alterius qꝺ ex se consequi non posset.l.petēde.C.de temp.in.inte.re.⁊ c.authoritate martini.de cōces.preben.lib.vj.Itē iudex supplet de facto vbi cōstat ei ex dictis testiū vel instrumētorum.ad hoc quod notabiliter no. Inno.in.c.j.de postu.prela.⁊ no.bene hoc dictū. Hinc alibi dicit gl.no.in.l.j.C.qui ⁊ aduer.quos. iudicem supplere posse de sibi noto ⁊ notorio per illum tex.Addo etiam ad predictā conclusionē.l. omnem honorē.C.quādo prouo.nō est necesse.vbi ad appellationem victi cōsequi potest victor cōdēnationem expensarū omissam a iudice a quo.Nō ob.primum motiuū quia procedit vbi aliter etiā non appellatur sed per appellationem vnius suspenditur sentētia in totum.Ego limitarē predictam cōclusionem nisi appellās restrinxisset se in appellando ad capitula facientia contra eum dūtaxat:tunc enim arbitror causam nō deuolui ad iudicem ad quē:nisi respectu illorū capitulorum que faciunt cōtra appellantē si sunt ab alijs separata per text.in.l.etiam.ff.de mino.tot em̄ vident̄ sententie quot capitula sentētie vt ibi.⁊ not.gl.in c.ij.de ordi.cog.in ver.eadē.in fi.⁊ arbitror idem sensisse do.de Ro.in predicta decisione dū pōderant qꝺ a tota sentētia fuit appellatum:secus ergo si a parte.¶ Et ex his no.bonā practicam appellandi vt appelletur a partibus ⁊ capitulis facientibus contra appellantem sed bona cautela erit ex parte appellati vt etiam ipse appellet quatenus facit cōtra se.Similis theorica not.in instrumēto ꝓducto.de qua dic vt no.in.c.cū olim. de censi.¶ Item not.perpetuo aliam cōclusionē ex predictis quod nedum iudex a quo:sed etiam ad quem:potest ex officio supplere etiam in ꝓlatione sententie que sibi sunt nota vel notoria vel ex actis cause.Iudex enim ad quē:succedit loco iudicis a quo:vnde debet ⁊ potest facere totū id quod debuisset ⁊ potuisset facere primꝰ iudex:vt

18 dicunt dom̄.de Ro.vbi.s̄.¶ † Ad predicta vide Bart.in.l.si expressim.ff.de appel.vbi dicit quod causa nullitatis deuoluit totam causam ad iudicem:vnde poterit iudex in causa nullitatis reformare sentētiam sicut in causa appellationis.⁊ alleg.Innocē.in.c.cum contingat.de offi.delega.⁊ hec sufficiant.

1 ☞ An ex defectu litere dictionis vel syllabe:vitietur rescripum.2.

3 Si falsa latinitas resultat ex appositione vnius litere loco alterius non vitiat rescriptum.

Ex parte. Defectus litere nō vitiat rescriptuʒ.h. Cōmunis diuisio.scḃa ibi:qꝛ.¶ Not. qꝺ modicus defectus scriptoris nō vi-

1 tiat rescriptū pape.¶ † Glo.ponit rōnem dubitandi ⁊ decidēdi:⁊ in fi.ampliat dispositionē huius.c.vt ꝓcedat etiā in defectu syllabe.Inn.magis adhuc ampliat.dicit enim idem forte dicēdū in defectu dictionis vel oratiōis dūmodo deprehendat̄ intellectus pape.Refert tamē alios dice-

c re qꝺ ⁊ si aliquando fit tolerabilis error in litera[c] vel dictione:iudex tamē nisi vitiū sit occultum suspectas habebit literas cum multi sint officiales in curia qui examinant vitia literarum.prius tamen dictum magis placet Innocen.cum per bullam satis tollatur suspicio ⁊ oculi officialium sepe falluntur:sicut in simili legitur in cap. causam matrimonij.s̄.de probatio.Uel posset distingui

---

Sebasti.Sapia.

a ¶ Testimoniuʒ. Uide ꝙ pulchre scribit Ias.in.l. ij.co.penul.C.de bo.pos.ꝑm tabu. vbi dicit ꝙ testes varij in his que nō sunt de substātia nō puniūtur pena falsi nec reprobatur eorū dictuʒ.Item ꝙ sufficit testes cōcordare i substantia ⁊ in effectu nisi ꝓducerentur testes ad ꝓbandum aliqd formaliter vt ibi per eum.

b ¶ Appellato postulāte. Adde ꝙ voluit Fede.cōsi. cxxxiij.clxxiij.

c ¶ Error i litera. Adde Rom̄.in consi.cccxlviij.

Inſtrumētum exemplatū per tabellionem autoritate ordinarij eandē vim habet cum originali.primo ponit̄ queſtio.ſecūdo ſolutio:ibi corā.Materiā huius.c.plene expediui in.c.albericus.⁊ aliquid tetigi in.c.ſignificauit.de teſti.ideo hoc lēte tranſibo. ¶ Caſus literalis.Aliqua inſtrumēta propter vetuſtatē vel aliam iuſtam cauſam quaſi cōſumpta ſunt:petūtur exemplari.querit̄ quid fieri debeat.Reſpondet papa ꝙ preſentant̄ coram ordinario vel coram delegato ſpecialiter ad hoc deputato:ille poſtmodum inſpiciat diligenter illa inſtrumenta ⁊ ſi in nulla parte ſui vitiata ſint:precipiat illa exēplari per publicam perſonā.⁊ habebunt eandē autoritatē cum originalibus.Ber. ¶ Not.j.ꝙ omnis ſcriptura faciens ad inſtructionem alicuius cauſe pōt peti exemplari.hoc colligitur hic in ver.inſtrumēta.qḋ eſt verbū generale comprehēdens oēm ſcripturā facientē ad inſtructionē cauſe.vt in.l.j.ff.de fi.inſtru.facit.c.peruenit.el.j.ſ.de teſti. cog.⁊ generaliter ſm̄ Jnn.⁊ Hoſti.omnia de quibus non habet̄ ſufficiens documentū ⁊ timetur probandi facultas poſſunt peti exēplari ⁊ publicari ne pereat probandi cōmoditas:etiam ſi ſint dicta teſtiū:vt in.d.c.ſignificauit.⁊.c.alberic⁹.de teſt.⁊ dixi plene ⁊ pleni⁹ in.d.c.alberic⁹.facit.l.curēt.ff.de teſti.⁊.l.in lege aql.ff.ad.l.aquil. ¶ No.ij.ibi:vel aliā iuſtam cauſam.ꝙ oīs cauſa iuſta ſufficit ad petendā hanc exemplationē ⁊ publicationē ⁊ pōt dici iuſta cauſa omnis cauſa per quam timetur veriſimiliter ne pereat probādi facultas:hoc probat verbum antecedēs ibi:propter vetuſtatē:iuncta illa dictione vel aliā.nā dictio ali⁹: facit poſitionem eiuſdē qualitatis cum precedētibus.vt no.in.c.ſedes. de reſcrip.⁊ ponit Hoſt.aliqua quotidiana exēpla vltra gl.Pone em̄ ꝙ originalia ſunt transferenda ex cauſa ad locum remotum:⁊ timetur de perditione in via vel conſumptione.ex hac em̄ cauſa poterit peti vt exemplētur vel forte originalia ſunt ſcripta in papyro.de confir.vti.vel inuti.cū dilecta.vel ſunt cōmunia inter heredes vel ſocios quorū quilibet eget vno.l.ſi que ſunt.ff.fami.erciſ.⁊ de fi.inſtru.l.fi.nec debet iudex hoc negare ſm̄ Hoſtien.etiam ſi contra ipſum ſit vt in aut.de defen.ciui.§.ſed neqꝫ.colla.iij.Ex hoc ⁊ ex text.infero ꝙ ceſſante iuſta cauſa iuſte denegatur exemplatio:nam poſſet eſſe alijs pernitioſa cū forte originalia ſint corrupta ⁊ ſic vitium non poterit amplius detegi cum nō ſit amplius neceſſe originalia ꝓducere vt in fi.tex.colligit̄. ¶ †Not.iij. ibi:exemplari.ꝙ inſtrumenta alias publica proprie petūtur exemplari nō autem publicari cum ex ſe ſint publica.Exemplum tamen etiam debet eſſe publicum:al's non faceret fidem.vt in.c.j.ſ.eo.vnde dicit hic Jnno.ꝙ proprie loquendo authentica ⁊ publica exemplantur:priuata vero ⁊ nō authentica publicant̄.qḋ no.vt habes rectū modū loquēdi.⁊ dic quod inſinuatio proprie differt a predictis.fit enim quādo iure diſponente actus geritur ⁊ deſcribitur in actis publicis coram iudice.pone exemplum in donatione excedēte trecentos vel quingētos aureos iuxta.l.ſancimus.⁊.l.ſi quis pro redēptione.C.de dona.⁊ de hac inſinuatiōe vide plene ꝑ Bar.in.l.modeſtinus.ff.de dona. ¶ †No.hic quod exemplatio debet fieri coram ordinario iudice ſeu ipſo autoritate vel coram delegato ab eo ſpecialiter deputato.Et ex verbo ſpecialiter.infertur ſecundum Jo.an.quod deputatus deputans ad cauſam non preſtat autoritatem huic exemplationi etiam ſi inſtrumentum faciat ad cauſam illam:ſed oportet vt ſpecialiter ad hoc deputetur.quod no.ex hoc etiam voluerunt inferre Gofre.Uincen.⁊ Hoſtiē.quod per generalem vicarium epiſcopi hoc non poterat expediri:quod falſum eſt ſm̄ Joan.and.⁊ bene:quia vicarius epiſcopi habet ordinariam:vt nota.in.c.ſua.de offi.vica.⁊ in.c.perlectis.xxv.diſtin.⁊ in.c.licet.de offi. vica.lib.vj.ſed poſſet dubitari de officiali foraneo qui habet delegatū: vt not.in clemen.ij.de reſcrip.habet tamen eam ad vniuerſitatem cauſarum ex quo in aliquibus equiparatur ordinario.vt no.glo.in.c.cum cauſam.de appella.ſed puto per iſtum tex.quod ſua poteſtas ad iſtum caſum non extendatur.facit quod dicam in.d.c.cū cauſam.An autem oporteat ordinarium habere adminiſtrationem.Hoſtiē.hic quod ſic. et idem dixi.ſ.ca.proximo.in caſu illius.c.ſed tu in hoc dic vt ibi dixi. ¶ Not.officium iudicis adiri ſuper hac exemplatione.debet enim priuilegia vel inſtrumenta coram eo preſentata diligenter inſpicere.⁊ ſi in nulla parte vitioſa reperit mandare per publicam perſonam exemplari.non ergo ſufficit eius ſimplex autoritas.Et ex hoc infero cōtra practicam hodiernam nam tabellio qui tranſcribit atteſtatur quod ipſe diligenter inſpexit ⁊ nullum vitium reperit ⁊c.quod eſt officium iudicis ⁊ nō tabellionis:vt colligitur hic in tex.⁊ ideo deberet dicere quod

iudex

a ¶ Ubicūq; imminet instans periculum perditionis instrumētorum possunt exēplari instrumenta parte non citata qđ perpetuo tene mēti. ⁊ pro hoc facit qđ no. Do. post Host. ⁊ Jo. and. in. c. pro humani. §. fi. in antepe. col. de ho. lib. vj. ⁊ adde qđ illud dictum Inn. alleg. pro sing. ⁊ sequitur Ang. in aut. si quis in aliquo. C. de eden.

¶ Adde Fräcis. areti. xxxvj.

b ¶ Adde qđ licet exēplatum autoritate iudicis eq̄polleat originali instrumento scripto manu publici notarij de contractu rogati et habeat executionem paratam nō habebit locum ī exemplato autoritate iudicis: qñ nō est scriptū manu notarij de cōtractu rogati. gl. est not. quam ibi hic pōderat bal. in. l. ꝓbatorias. ī ver. authenticis. C. de diuer. offic. lib. xij. ad hoc faciūt que not. post do. Abba. in. c. in his. de ver. signi. ¶ Addđ Ro. ꝯsi. ccv. ⁊ cciij. Anto. Francis. ¶ Qñ o fiat exemplatio alicui⁹ instrumenti vel alicuius scripture ⁊ ad quē finem fiat ⁊ ad cuius instantiā. vide per Specul. in titu. de instru. edi. in. §. iij. ī princi. ⁊ in versic. vbi autem. et seq. ⁊ in. §. iiij. et in. §. vij. ⁊ adde qđ illa proprie dicuntur exempla seu exēplaria q̄ per aliā manum quā per eum qui est rogatus de instrumēto transcribūtur ex originali: quoniam si essent per eādem manū notarij rogati facta dicerent originalia. de quo in aut. de tabel. in. §. fi. et in. l. vnū ex familia. ff. de lega. j. et ꝑ Bart. in. l. semproni⁹. ff. de leg. ij. et vide Bal. in l. in bone fidei. in iiij. col. C. de reb. cred. vbi dicit qđ exemplū scriptū per notarium bone fame sine autoritate iudicis facit semiplenā probationē. de q̄ materia plene traditur in aut. si quis in aliquo documento. C. de eden. hic alleg.

iudex diligēter inspexit ⁊ nullo vitio reperto mādauit sibi vt exemplaret. nec est dānosum. imo est vtile si notarius vult etiam attestari de suo sensu quod sibi etiā videbatur omni vitio carere sicut in simili dixi post Inno. in. c. qm̄ contra. de ꝓba. cum iudex deprehendit testem variare. ⁊ hoc no. quia cōmuniter in hoc erratur ex defectu non ponderandi diligenter verba text. An autē iudex debeat partem cuius interesse posset facere citari. Inn. qđ sic. tu vide quod latius circa hoc dixi in d. c. albericus. 3 ¶ † Not. ibi nulla sui parte ⁊c. qđ vitia instrumenti si que sunt impediunt hanc publicationem seu insinuationem. non enim debēt insinuari nisi prius decernatur causa cognita super illis. arg. in. c. cum dilecta. de cōfir. vti. dic tamen ſm Host. ⁊ Jo. an. ꝙ aut vitia sunt visibilia vt cancellature rasure ⁊ similia: ⁊ impediūt hanc exemplationem. qđ intellige. vt. s. dixi scilicet nisi prius tollatur illa suspicio per testes vel alio modo legitimo. Aut vitia sunt inuisibilia: vt qđ instrumentum fuit cōfectum ab excōmunicato vel seruo ⁊ similia ⁊ non impediunt: audiretur tñ contradicens ⁊ scriberetur cōtradictio: ⁊ reseruaretur disputatio ad aliud tēpus. in aut. de testi. §. si vero. de test. significauit. ⁊ de priui. ex parte. que iure clare hoc nō probant. dictū tñ placet ⁊ pōt esse diuersitatis ratio inter primū casum et secundū. nam si in primo casu fieret statim exemplatio nō subesset postea remediū impugnandi cū non sit opus ꝓducere amplius originalia in quib⁹ dūtaxat vitia insunt. Sed in secūdo casu nullū subest periculū cum vitium sit extrinsecū quod probari pōt sine ꝓductione originaliū. ⁊ ideo pōt distingui per alia verba inter vitia extrinseca et intrinseca. 4 ¶ † No. ibi, per publicā personam: quod ad hunc actū exemplationis sufficit vnus tabellio cū autoritate iudicis. ⁊ per hunc tex. singu. in hoc loquentem reprobat Jo. an. in addi. Spec. eo. ti. §. ostenso. ver. sed nūquid. opinionem quorūdam qui tenuerūt requiri quatuor seu tres tabelliones. qđ falsum est vt hic vides. licet hoc sit cōmendandum ad maiorē cautelam maxime qñ fit in partis absentia iuxta ea que dixi in. d. c. albericus. nam vt dicit hic not. Inn. qñ aliqua instrumēta sunt in casu perditionis[a] propter vetustatem vel aliquā aliā cōsimilē causam ⁊ adeo est periculū imminēs ꝙ hi quorū interest ⁊ q absentes sunt cōmode vocari ⁊ expectari ⁊ nequeāt statim possunt transcribi ⁊ publice exemplari saluo tñ ſm Hosti. iure absentiū vt ita possint obijcere in hanc secundā scripturam sicut ⁊ in primā poterant. ar. vt lit. non cōtest. qm̄. j. respon. et in. d. c. cū dilecta. de cōfir. vti. Ego tñ hoc casu dicerē qđ adueniēte illo cuius interest debet sibi intimatio de hoc fieri. arg. in. d. c. qm̄. ⁊ eo postulante debet exhiberi originale propter vitia intrinseca ⁊ inuisibilia: alias nō esset sibi consultū per supradicta. 5 ¶ † No. vltimo ex fine litere effectū huius exēplationis. nam talia exempla[b] solēniter sumpta habent eandē autoritatē cum originalibus. ex quo infero ꝙ nō est opus post exemplationem solenniter factam producere ipsa originalia. intelligitur tamē Inn. ⁊ bene qđ totus tenor[c] debet transcribi. alias assertio notarij dicentis se vidisse instrumentum esset potius testimonium reddere q̄ꝫ vetusta exēplare. de quo remittitur ad not. in. c. abbate. de verb. signi. ⁊ vide ibi quod not. in glos. ex hoc ⁊ super ea. ⁊ quod dixi post Inno. in. c. quoniam contra. de proba. ⁊ per hec no. cum pinguedine collecta habes quasi expeditam materiam

c ~✠ Sebastia. Sapia. ¶ Totus tenor. Uide Andr. sicu. in. c. cū in iure. col. xxiij. s. de offi. deleg. Car. in cōsil. xxxiiij. incip. cum inter religiosos.

Pau. de cast. in cōsi. xcj. incip. super eo qđ queritur. Old. in consil. cccxxiij. incip. circa primū. Alexan. in cōsil. iiij. incip. videretur. in. ij. col. in. ij. volu.

d ~✠ Sebastia. Sapia. ¶ Quod tabellio. Uide Ang. in. §. ⁊ hec insuper. in aut. vt sponsal. largi. Moder. post Bar. in aut. si quis in aliquo. C. de eden. Feli. in. c. albericus. colū. ij. s. de testib. vbi tenet post Car. ibi ꝙ

6 huius. c. ⁊ gl. declaratas. ¶ † Sed vltra eas quero breuissime de aliquibus. Primo quid si tam pars q̄ꝫ omnes quorum interest cōsentiant ꝙ tabellio[d] aliquam priuatā scripturam publicet ita quod tali scripture adhibeatur fides acsi a principio per manum publicam fuisset cōfecta: nunquid talis scriptura faciet fidem perpetuam inter illas personas inter quas saltem fuit cōuentum. Hosti. ⁊ Joan. and. dicunt qđ ex vi pacti is qui consensit poterit per talem scripturam conuinci si tamē pactum sic formatum fuerit qđ ad hoc extendatur. l. iurisgentium. §. pretor ait. ff. de pact. et in. l. si conuenerit. ff. de pact. C. de tempo. app. l. fi. facit quod leg. ⁊ no. in. c. j. ⁊. iij. de pac. nō tamē possunt partes facere ꝙ talis scriptura censeatur publica nisi autoritas iudicis interueniat vt hic. nam priuatorum cōsensus priuatam scripturā non potest facere publicā sicut nec priuatam personā facit publicā: nec iurisdictionem alicui conferre. vt in. c. significasti. ⁊ quod ibi not. de fo. cōpe. quod not. idem sentit Inno. dicens ꝙ si partes exemplationi consentiant sine iudice non valet vt hic: lꝫ partiū consensus sufficeret sine iudice ad faciendū instrumentū de cōtractu vel super cōfessione de cōtractu iam facto. 7 ¶ † Et no. hoc vltimū de confessione. valet em̄ ⁊ preiudicat talis exemplatio sine iudice inter cōsentientes ratione pacti ⁊ ꝯfessionis. ⁊ vide ad materiā Spe. in. d. §. ostenso. ⁊ Barto. in aut. si quis in aliquo documento. C. de eden. et qđ dixi in. c. albericus. de test. 8 ¶ † Secundo queritur quib⁹ preiudicat hec exemplatio iudicis autoritate facta. dicit hic Inn. ꝙ quantūcunq; authenticū sit instrumētū nō preiudicat alijs nisi presentib⁹ vel contumaciter absentib⁹: ⁊ contra illud pōt dici ſm tenorē l. fi. C. de fi. instru. vbi dicitur ꝙ nō sufficit instrumētum exhiberi in iudicio nisi ⁊ ei fides imponatur quinetiā denuo illud exhiberi teneatur. ⁊ hec no. Ex hoc dicto no. ego infero ꝙ lꝫ instrumentū sit exemplatum iudicis autoritate nihilomin⁹ ille qui exēplationi non consensit nec fuit presens volens postea dicere contra originale pōt petere vt illud exhibeatur: et tenetur pars exhibere nisi iuret se non habere facultatem exhibēdi sine sua malitia iuxta. l. fi. C. eo. titu. ⁊ idem puto dicendum in eo qui fuit presens exēplationi dūmodo expresse originale non approbauit ex quo iurat qđ malitiose non petit originale exhiberi. argu. d. l. fin. ⁊ sentit in simili Barto. in. l. ij. j. respon. in fi. ff. quemadmo. test. ape. 9 ¶ † Tertio queritur coram quo iudice peti debet hec exemplatio. dicit hic Joan. and. ꝙ corā ecclesiastico[e] in ecclesiasticis: in ciuilibus vero corā ciuili iudice et sic pōt intelligi ſm eū. C. de epis. ⁊ cle. repetita. C. de test. cōsul. ⁊ hoc est satis rationi consonum vt ille iudex adeatur coram quo questio principaliter moueri posset. ar. eorum que dixi in. c. si quis cōtra clericū. in prin. de fo. compe. In cōtrarium tñ facit ꝙ non apud ecclesiasticum: sed apud secularē scꝫ magistrū census hec publicatio fieri debet. C. de test. l. ij. ⁊. l. cōsulta diualia. vbi dicit tex. ꝙ opprobrium est clericis si ad discrepationē forensiū volunt esse periti. Joan. an. dicit hec iura ⁊ similia intelligenda ſm predictam distinctionem. Uel secundo scđm eum posset dici leges illas loqui de religiosis simplicibus. argu. de syndi. c. vno. de postul. c. ij. Uel ſm Hostiē. corriguntur leges per id quod hic dicitur. ⁊. ī. de test. cum esses. Item ſm eum nec ille leges nec alie astringunt clericos nisi veniant in fauorem. iuxta no. in. c. fi. de solu. Ego non credo

etiam consensus parti cum tacit⁹ possit facere qđ scriptura non authentica probet.

e ¶ Utrū publicatio seu īsinuatio instrumētorū seu testamentorꝫ possit fieri corā iudice ecclesiastico: et circa hoc vid no. q. quam plene disputat bal. in. l. testā. C. de testa. et Pet. de ancha. et repet. reg. ea que. ī. xvj. q. principali. lib. vj. ¶ Addđ frā. are. ī cōsil. s. alle. xxxvj. Anto. Francis. ¶ Circa hoc qđ hic dicitur de insinuatiōe instrūi dicas ꝙ illa nō pōt fieri coraꝫ iudice incomparēte ſm Bar. in. l. cōsulta diualia. C. đ test. et qs dicatur iudex ꝯpetens insinuationis. vide Jo. an. in addi. spe. in ti. de instru. edi. ī §. porro. ī ver. donatio. et in tit. de iur. om. iu. in ver. notandū. vbi dicit qđ iudex loci cōtract⁹ vel actus insinuandi est iudex ꝯpetens. de q̄ plene ꝑ Ale. in. l. modestinus. ff. de dona. ⁊ ꝑ eūdem post bal. ī. l. testā. oīa hic allego. vbi etiam dicit ꝙ insinuatio debet fieri corā iudice laico ꝑ statutū deputato etiā si hr̄s citand⁹ esset cleric⁹ vel forēsis. ⁊ addđ ꝙ insinuatio pōt fieri coram iudice etiā extra suū territorium existēte. arg. l. emācipari. ff. de adop. ⁊ hoc q̄r đr esse voluntarie iurisdictiōis ⁊ ea que sunt volūtarie iurisdictiōis possit fieri ī quocunq; loco etiam ī domo propria. quod voluit Oldra. cōsi. suo. cclij. et Alexan. in. d. l. modestinus. imo potest etiam fieri in ecclesia cum non requiratur aliquis strepitus iudiciarius. vt in. c. decet. de immu. eccle. lib. vj. ⁊ potest etiā fieri corā iudice delegato. ſm Bal. in. c. j. in. iij. col. de succes. feu.

a ¶ No. tñ diligenter ĩ pdictis ꝙ qñ exẽplatio testamẽti vel publicatio eẽt ꝺ antiquo oĩa presumerent solẽniter acta ꝓpter antiquitatẽ etiaꝫ qꝺ est forti⁹ si notari⁹ in tali testõ nõ enũtiaret vl' attestaret solẽnitates ĩ exẽplãdo vl' ĩ publicãdo a iur regsitas ĩteruenisse. nec tunc posset opponi qꝺ publicatio testamenti nõ fuerit solenniter facta. Et hoc pp lõginquitatẽ tpis pp quã esset impossibilis aut valde difficilis ꝓbatio. ita colligit ex not. p cano. in d. c. albericus. de testi. ⁊ ista in specie cõsuluit egregie. d. Frã. de are. in testõ cuiusdaꝫ car. qꝺ erat de antiquo. ĩ ꝯsi. cccvj. incip. casus talis est. presupponit ĩ facto. in scꝺo dubio p̃n. Sicut in simili dicimus in sñia qꝺ p̃sumit ꝓ sñia que fuit lata de antiquo etiaꝫ si solẽnitates nõ sunt in sñia enuntiate ꝭm ꝺo. Car. ꝺo. Anto. ⁊ alios in. c. qm̃. de ꝓba. habet in. c. cũ inter. de re iudic. qñ aũt dicat exẽplatio istri antiqui. Itẽ ⁊ qñ sñia dicat de antiquo vide multũ subtiliter eleganter ⁊ egregie. d. Frã. ꝺ are. in cõsi. xxxvi. inci. casus talis est p̃supponitur in facto. in. ij. colũ. per totum.

Anto. Francis.

¶ Ad hoc an ex antiqtate act⁹ p̃sumant solẽnitates iteruenisse. dicas ꝙ antiquitas facit oĩa presumi solẽniter acta nisi ex ĩspectione scripture appareret ꝯtrariũ pro quo vide pulchrũ ꝯsi. d. Pau. ꝺ ca. xlviij. ⁊ tene mẽti qꝺ sentẽtia dr antiqua vltra biẽnium vt no. Hosti. ⁊ doc. ĩ c. cum inter. de re iud. ⁊ adde quod

quod aliquo modo leges ille sint correcte cũ disponant super substantia laicorũ ⁊ vt quietẽ prebeant clericis. quare dico qꝺ aut queritur de publicatione solẽnis testamẽti: vt q² testamentũ est clausum ⁊ sigillatum ⁊ petitur nũc aperiri et publicari iuxta ea que habent: quemadmodũ testa. ape. ff. ⁊. C. ⁊ dico qꝺ talis publicatio est fiẽda corã iudice seculari: ex quo testator fuit secularis: ⁊ ignoratur materia ibidẽ contenta. ⁊ sic loquunt iura ciuilia: aut publicũ instrumentum petit exẽplari ꝭm materiã huius decretalis ⁊ serua predictam distinctionẽ. Et scias qꝺ Inn. hic multum instat circa hãc materiã publicationis testamẽti que nõ sunt trahẽda ad materiã exẽplationis de qua hic. ⁊ inter cetera scias in summa qꝺ materia publicationis testamẽti procedit qñ testamentũ est cõditum cũ solennitate seu in scriptis sed scriptura est priuata iuxta materiã. l. hac consultissima. C. de test. Si autem tabellio scripsit ⁊ septem testes signauerũt ⁊ dixit testator: qꝺ sine scriptis nuncupatiue testari volebat tale testamẽtum facit oĩmodam fidem. C. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima. nec est necessaria publicatio ꝭm Host. licet vtilis sit ad cautelam q² testamẽtum amitti posset. C. de testa. public. ⁊ maxime hoc procedit ꝭm cano. arg. c. cũ esses. de testa. facit. l. in exercendis. de fi. instru. Ex quo dic qꝺ ex quo hodie communiter testamẽta fiũt nũcupatiue ꝑ tabellionẽ nõ est necessaria alia publicatio sed instrumentũ tabellionis facit plenã fidem. Idẽ voluit Bart. in. l. ij. in prin. ff. quemad. testa. ape. ⁊ sentit ibi gl. Et scias qꝺ duo articuli essent in materia examinandi. ¶ Prim⁹ qualiter debeat fieri publicatio testamẽti. de hoc hic ꝑ Inn. in prin. ⁊ Bart. ĩ. l. j. § . fi. ff. quẽad. test. ape. ¶ † Secũdus an ⁊ qñ testamentũ faciat fidẽ sine publicatione. ⁊ iste expeditur pleni⁹ in. d. l. j. ꝑ Bar. ⁊ aliqd ponit ꝑ eũ in. l. j. C. de test. ⁊ in. l. fi. C. de fideicõ. Conclusio est qꝺ etiã si testamẽtum fiat in scriptis ex quo tabellio illud scripsit facit fidẽ sine alia publicatione: sed aliq contra: sed primũ tenet gl. in. d. l. ij. ⁊ Bar. in l. j. C. de testa. Idem si testamẽtum fuit scriptum manu priuata ⁊ signatũ ⁊ subscriptum a testib⁹ sed testator corã tabellione ꝓfessus fuit illud esse testamentum suũ quia scriptura tabellionis sine alio adminiculo facit fidem in. c. cum. ꝑ. s. eo. ⁊. l. in exercendis. C. eo. ⁊ hoc tenet Bart. in. d. l. ij. qꝺ no. quandoqꝫ ⁊ tertio testamentũ est confectum manu priuata ⁊ cõsignatũ ⁊ scriptũ a testibus: et non facit fidem nisi solẽniter[a] aperiatur ⁊ publicet coram iudice. nã iudex mittet ad testes vel testes ad se vocabit si cõmode vocari possunt vt cognoscant sua sigilla ⁊ subscriptiones. hoc facto iudex facit redigi in scriptis vocatis prius quorum interest in publicam formam. Idem puto dicendum quando testator sine qualibet scriptura testamẽtum fecit in presentia testium nam poterit peti vt dicta testium recipiantur: ⁊ sic testamentũ publicetur ⁊ reducatur in publicam formam. iuxta. c. significauit. ⁊. c. albericus. s. de test. idem dico si ipse notarius super hoc scripserit manu propria ⁊ in presentia testiũ legit ⁊ dixit illã esse suaꝫ vltimã voluntatẽ. ⁊ sic de similibus. Et aduerte quia his casibus in quibus testamentũ ex se sine publicatione nõ facit fidẽ si vnus de testibus necessarijs moritur ante publicationẽ corruit totũ testamentũ. ar. in. l. si vnus. C. de test. no. in. d. l. ij.

¶ De presumptionibus. Rubrica.

¶ Quia presumptiones quãdoqꝫ plene probãt vt violente quandoqꝫ semiplenam probationem faciunt quãdoqꝫ alias presumptiones adiuuant vt patet. j. in ꝓcessu ti. ideo post tractatũ de probationibus. de testi. ⁊ de fide instru. merito autor annectit hanc rubricam in qua tractatur de quadam specie probationis. ⁊ vide ad materiã quod dixi in. c. tertio loco. s. de proba. et not. gloss in. c. ferrum. l. distin.

1 ☞ Existens in vno territorio si percutit sagitta existentem in alio territorio: potest vtroqꝫ loco conueniri.

2 Mandans in vno loco vt fiat delictũ in alio loco debet cõueniri vbi delictum fuit commissum.

3 In malefactis semper presumit malus animus que presumptio per aliam tollitur.

4 Qui proponit in aliquo festo locũ famosum: ratione iudi. non excusatur pena.

Sicut noxius.

¶ Ludus noxius inducit p̃sumptionem fraudis. vel sic. In dubio in delictis presumit dolus. Vel tertio ⁊ melius. Sicut manifeste nocẽs est pene obnoxius ita ⁊ occultus licet postea dicat se iocose fecisse. h. d. ¶ Casus literalis loco. Sicut ille qui mittit lanceas et sagittas vt aliquem interficiat noxius est: ita ille qui fraudulẽter nocet amico suo: ⁊ postea dicit ludẽs feci. Ber. ¶ Et aduerte q² verba tex. nõ sunt pape sꝫ Salomonis in parabolis: vt patet in suprascriptione ⁊ habetur originaliter in parabolis. in. c. xxvj. sed q² tex. est hic canonizatus facit fidem: et inducit necessitatẽ sicut si edit⁹ fuisset a papa: q² oĩa nostra facim⁹ qb⁹ autoritatẽ nostrã impartimur. l. j. § . oĩa. C. de ve. iur. enucl. ⁊ in. c. si apostolice. de p̃bẽ. li. vj. ⁊ ptꝫ. s. in proe. hui⁹ ꝯpilatiõis. ⁊ vide gl. ij. q. j. in primis. in verbo lex. ¶ An aũt citra canonizationem dicta Salomonis sint approbata ab ecclesia cũ sint incorporata in biblia. dic vt dicit gl. not. in. c. j. xvj. di. ⁊ idẽ tenet Hiero. in p̃fatione sup libro ꝓuerbiorũ ⁊ videt ꝯcludere ꝙ sint apocrypha. qꝺ est no. Et tñ ob hoc tum ꝙ Salomon non habuit potestatẽ condendi canones: pone casum literalẽ referẽdo ꝯsultationẽ ad papã autorẽ huius cõpilationis. ⁊ idẽ debes obseruare in oĩbus capitulis quorũ autores nõ habebãt potestatẽ legis cõdẽde. ⁊ dicas sic. Quidã accessit ad Greg. ix. querẽs ab eo. pater sctẽ quidã intrauit domũ cuiusdam qui reputabat amicus suus ⁊ clandestine quedam iocalia subtraxit ⁊ reclusit sub mantello suo: cũ aũt dominus domus hoc detexisset: ille ad excusationem suam dixit qꝺ iocose fecisset: vellem scire an ex cõfessione sua ille sit absoluẽdus. Dominus papa respõdet quod huius solutio questiõis ex dictis Salomonis in parabolis colligitur euidẽter q inter cetera dicit qꝺ sicut noxius. i. nocẽs est is q manifeste nititur nocere lꝫ forte nõ fuerit secutus effectus. ita is q nocet occulte: licet in deprehẽsionis actu dicat qꝺ iocose fecit. q. d. qꝺ sibi nõ est credẽdũ ex quo act⁹ in se est nociuus. ¶ Nũc prĩo no. qꝺ habens animũ nocendi[b] si perueniat ad actũ exteriorẽ tenet lꝫ effect⁹ nõ fuerit subsecut⁹ nec per eũ defecerit: hoc tꝫ hic in eo qui mittit lanceã vel sagittam in mortẽ alicuius q ex hoc solo iudicat nocens licet mors non fuerit subsecuta. ⁊ hoc clarius probat in. l. is qui cũ telo. C. de sica. ⁊ in. l. si quis non dicã rapere. C. de episco. ⁊ cleri. Et an ex inchoatione debeat puniri ac si delictum perfecisset. no. in legibus preal. dixi in. c. j. de eo q mit. in pos. ¶ † Not. ex hoc ⁊ ex tex. ar. opti. ⁊ quasi expressum pro decisione questionis quam ponit Joã. and. in regula in obscuris. de reg. iur. lib. vj. in mercu. quod si existẽs in vno territorio[c] percutit sagitta seu lancea vel lapide existentem in alio territorio potest ratione huius delicti cõueniri in vtroqꝫ loco scꝫ vbi delictum inchoauit mittẽdo sagittã vel lapidem quia ex hoc dicitur nocẽs vt hic. ⁊ etiam vbi delictum consummauit. et de hoc vltimo non est dubium. de fo. compe. c. fi. est ergo locus preuentioni inter iudices vtriusqꝫ loci. de quo vide lati⁹ in loco prealleg. ¶ † Et facit hoc ad questionem de mãdãte delictũ fieri in certo loco: nunqd subsecuto delicto per mandatariũ possit mandator conueniri tam in loco[d] vbi mandauit: ꝙ in loco vbi delictum fuit subsecutum. vide tex. bo. in clemẽ. pastoralis. ver. necnon. de re iudi. qui optime facit in arg. iuncta gl. quod non in loco mandati: sed vbi delictũ fuit cõmissum conueniri potest ratione

ĩ alia materia factũ dicit antiquũ post centũ annos vt voluit Arch. ĩ c. si plures. xvj. q. vij. ⁊ hr̃ ꝑ Jo. an. in. c. j. de iure pat. li. vi. ⁊ vide Alex. q plura ad h adducit in cõsi. liiij. in. iiij. pte consi. ⁊ plene per Jo. de imo. in. l. sciendũ. ff. de ver. ob. ⁊ qꝺ dicat vinũ nouũ ⁊ vet⁹ vide q̃ not. in. l. vinũ. ff. si cer. pet. ⁊ in. l. vet⁹. ff. ꝺ vino tri. ⁊ oleo leg. ⁊ vide Bar. ĩ l. cum qd. ff. si certum peta.

Sebasti. Sapia.

b ¶ Animũ nocẽdi. Vide Alex. et Jaso. in. l. j. § . hec verba. ff. qꝺ qsqꝫ iur. circa finem. et Feli. in tractatu qñ conat⁹ puniat quẽ reassumit fere totum hic.

Sebasti. Sapia.

c ¶ In vno territorio. De hac q̃stiõe vide Gemi. in. c. j. § . fi. col. iij. de stat. mo. in. vi. Bal. ĩ. l. si qs non dicam rapere. co. v. C. de epi. ⁊ cler. ⁊ in. l. ij. C. vbi de crimi. agi opor.

Zacharias.

d ¶ Tã in loco. tu vide. j. ꝑ istũ alle. Bar. in. l. non solum. § . si mandato. ff. de iniu. bal. in. l. j. C. de ser. fugi. et in. l. fi. C. si a non cõpe. iu. pe. de su. ĩ. l. heres absens. § . pe. ff. de iudic. Barto. in. l. si annua. de annu. lega. Bal. in. l. nõ ideo. C. de ac. Ange. are. ĩ trac. malefi. in versi. mandatorẽ. ⁊ in versi. existẽs Florentie. Ant. de but. in. c. fi. de fo. compe. et Gemi. ĩ. c. fi. ⁊ ibi celsum in apostil. ad ipsum circa fi. de homi. lib. vi.

tatione delicti. ⁊ vide latius per Bar. in. l. si vt proponitur. ff. de fideius. ⁊ in. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. vbi idem videtur cōcludere quia rei turpis nullū sit mandatū ⁊ dic plenius vt ibi per eū not. ⁊ credo aliquid dixisse in. c. fi. de fo. compe. ¶ † Not. qd in malefactis[a] presumitur prima fronte malus animus ⁊ dolus. facit. l. j. C. de sica. Hic dicit Inn. qd malum ⁊ damnū illatum semper presumitur factum malo aio nisi probetur contrariū vel preualeat alia presumptio. ff. ad le. aql. Item si obstetrix. §. fi. ⁊ l. seq. ⁊ l. item mela. j. respon. ⁊ j. de reg. iur. c. ij. Et no. hoc vltimū vt contraria presumptio tollat presumptionē fraudis qd intellige in presumptione vehemētiori. j. e. literas. Idem quod Inn. tenet hic Host. dicēs qd hec presumptio quandoq; ⁊ in aliquib[9] ex varijs circūstantijs tollit vt ptz. xxij. q. ij. qd aūt ait. ⁊ c. ne qs. de ɔse. dist. iiij. solet. bonus ergo iudex arbitrabitur prima tamē facie est presumptio cōtra delinquentem seu rem illicitam facientē vt satis innuit hic tex. ⁊ voluit hic glo. si. sed ex varijs presumptionib[9] quas probauit reus poterit hec presumptio purgari. Idem sentit gl. pe. insti. de obli. que ex delic. nascū. §. placuit. ⁊ plenius Bart. in. l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. vbi dicit qd si contrectans rē alienā allegat qd credebat dn̄m consentire sibi non credit. imo presumptio est cōtra eum tanq̄ contra furē nisi ex alijs cōiecturis sua allegatio corroboretur. qr in dubio dn̄s non presumit consentire. vt in. l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. ⁊ in. l. cū de indebito. de pba. facit. c. super hoc. de renun. ⁊ vide qd dixi in. c. cū dilecti. de accu. ⁊ sic intellige quod no. in. c. dudum. de elec. in gl. in ver. furtum. ¶ † Ultimo scias qd tex. iste adducitur per Host. ⁊ alios cōtra illos qui in aliquo festo faciūt contra aliquē carmen famosum seu ignominiosum vt propter occasionem ludi non excusantur a pena. C. de famo. li. l. vna. ⁊ v. q. j. c. j. §. iij. ⁊ facit. vj. q. j. ex merito. ⁊ c. deteriores. ⁊ ponit hic Abbas versum pro intellectu litere. Si videor ludo alias sacco cuncta recludo.

1 ☞ Exemplis principum recte iudicare possumus.
2 Confessio facta ratione tormentorum: vel renuntiatio facta ratione pietatis vel iracundie: non preiudicat.
3 Iudex potest procedere ad diffinitiuam ex presumptione violēta non probata nec allegata.
4 Quando presumptio oritur ex facto illius de cuius fauore agitur debet allegari.
5 Sententia valet per presumptiones violentas sine probationibus et de presumptione faciat iudex quod constet in actis.
6 Iudex an possit ex presumptionibus infligere penam corporalē vel pecuniariam: ⁊ quando agitur ciuiliter vel criminaliter.
7 Si due mulieres contendentes de filio decedant, an vtriq; vel neutri vel cui succedere debeat iste filius.

Afferte. Ex violenta presumptione fert diffinitiua. ⁊ est casus notabilis. Diuiditur. nam prima pars ponit factum ex quo. secūda diffinit ibi, respondit. Et aduerte quod dispositio vel decisio non fuit originaliter pape: sed Salomonis: ⁊ habent hec verba. iij. Regum in. c. iij. vn̄ hic in suprascriptione dicit idem ⁊ habet respectum ad capitulū. s. proxi. ¶ Et pone casum literalem vt ibi dixi. vel specialius sic. Quidam proposuit corā Romano pontifice. an iudex valeat sententiā diffinitiuā proferre ex sola presumptione vrgentissima. Respōdet papa quod sic ad quod probandū inducit autoritatē ⁊ exemplum Salomonis qui ex sola presumptione iudicauit inter illas mulieres meretrices cōtendentes de filio. ⁊ vide latius hanc historiā in biblia in loco preallē. ¶ Casus literalis. Cum due mulieres essent simul in vna domo ⁊ vtraq; haberet filiū paruulū infantem contigit qd alter filius mortuus est: ⁊ illa cui[9] mortuus erat filius accepit filiū viuū alterius ⁊ filiū ipsius mortuū posuit latēter ad latus illius cuius erat filius viuus. postea ille due mulieres ceperunt ɔtendere inter se: illa cuius filius erat viuus petebat filiū suū ab alia. Illa aūt respondit filius tuus mortuus est: meus autem viuit. Alia respondebat ecōuerso. accesserunt ad regē salomonē ⁊ ceperūt cōtendere corā rege: cū illa cuius filius erat viuus non posset pbare: dixit rex. Afferte mihi gladiū: allato gladio ait: diuidite infantem viuum et date dimidiā partē vni ⁊ dimidiā partē alteri. Illa cui[9] filius erat viu[9] dixit. domine date illi infantē viuum ⁊ nō occidat. ecōtra illa alia dicebat: nec mihi nec tibi sit: sed diuidatur: tunc ait rex. date sc; ei que nolebat eū diuidi infantē viuū: hec est mater eius. ⁊ ita rex ad hanc presumptionē tulit sententiā rectā. Ber. ¶ † No. qd exemplis principū approbatis recte iudicare possumus.[b] ⁊ sic limita. l. nemo. C. de sen. § dicit legibus nō exēplis iudicandū. vide ad hoc glo. no. in. c. fi. xx. di. Et ex hoc ⁊ ex tex. no. qd exēplis veteris testamenti licite iudicam[9] maxime si sint diuina vt in. c. qualiter ⁊ qn̄. ij. de accu. ij. q. j. deus oīpotēs. ¶ No. q̄ licitū est iudici causa veritatis explorande aliqd simulare ⁊ fingere se aliquid facturū qd in veritate facere nō intēdit sicut fecit hic Salomō in prin. ad hoc bo. tex. cum glos. xxij. q. ij. dominus. ⁊ facit iste tex. pro iudicibus qui in terrorē incutiendum duci faciunt reū ad locum tormenti. licet non habeant animū torquendi: sed causa veritatis inuestigāde. ¶ Not. argu. quod in dubio potest iudex rem deductā in controuersiā diuidere inter litigantes. ⁊ facit ad ea que dixi in. c. licet. de probati. sed hoc pcederet vbi res commode posset diuidi. ⁊ probationes hincinde sunt oino pares. qd potest de facili contingere in interdicto vti possidetis. cū ambo pariter pbant possessionē: sed in casu nostro nō potuisset de iure hoc fieri: tum qr res sc; puer erat indiuisibilis. tum quia probationes non erant per omnia pares: imo altera mulier que subtraxerat filium alteri[9] erat in possessione ⁊ alia nil probabat. Sed salomon illa verba dixit tentatiue vnde iudex nō debet esse facilis ad diuisionē sicut faciunt rustici ⁊ contra illā sententiā rusticorū. vide qd le. ⁊ no. in. l. nesennius. ff. de neg. ge. ¶ Not. qd ex dilectione ⁊ pietate presumitur pro paternitate vel filiatione. ⁊ ex non pietate in filios presumitur cōtra paternitatē. nam vt dixit lex: nullus affectus vincit paternum. l. fi. C. de cu. fu. ⁊ alibi dicitur quod parentes quādoq; magis terrentur in filijs q̄ in seipsis. l. isti quidem. ff. qd met. cau. ¶ † Nota qd licet vera mater dixerit date illi ⁊c. tamen hec cōfessio seu litis renūtiatio sibi nō preiudicauit. Ex quo sentit Uincen. quod sicut confessio causa tormentorum facta nō preiudicat nisi detur postea perseuerātia. l. j. ff. de questio. Ita cōfessio seu renuntiatio facta causa pietatis. sed dic quod satis hec mulier cruciabatur ex timore filij. dic. l. isti qdem. ⁊ melius facit quod no. in. c. ex literis. de diuor. vbi habetur qd confessio facta i calore iracundie non preiudicat. ¶ † No. vlti. ⁊ tene semp mente iudicē posse procedere ad diffinitiuā ex presumptione violenta etiam si presumptio non probet nec allegetur per partes. sufficit enim qd iudex ex varijs circūstantijs iudicio intellectus illam presumptionem percipiat seu eliciat quāq̄ pars credat ob probationis defectum in causa succūbere. ¶ † Ex pdictis ⁊ ex tex. possunt multa elici. Primo moueri posse iudicem ad sententiam ex causa nō allegata vel cogitata per partes. intellige predicta quando presumptio elicitur aliūde q̄ ex facto ipsius de cuius fauore agitur. si autē presumptio eliceretur ex facto partis non debet iudex ex se moueri nisi allegaretur per partem. sic intelligo sing. tex. ⁊ quod ibi not. Bar. in. l. si adulteriū cum incestu. §. ijdem imperatores. versic. incestū. ff. de adulte. ⁊ potest esse ratio: qr cū presumptio oriatur ex facto partis si non allegat presumitur non vera. nam presumptio iuris tollitur per aliā presumptionem. vt not. in. c. requisisti. de testa. in gl. in ver. presumitur. que ratio cessat qn̄ presumptio oritur aliūde. ⁊ p hoc vide in simili tex. not. fm intelle. Inn. in. c. raynuti[9]. §. fi. de testa. vbi iudex fuit motus ex iure non allegato per partem. vnde si iudex vidit in iudicio ius competere alteri parti. licet per partem nō allegetur pōt supplere dūmodo decernat deducta in iudicio: quia illa sunt sibi nota vt notoria quo casu iudex supplet l. j. ⁊ qd ibi not. C. qui ⁊ aduer. quos. facit. c. cum dilectus. de consue. que not. ¶ † Secundo qd valet sentētia lata sine probationib[9]. sufficit eū qd subsint presumptiones violente etiā in actis nō probate. ⁊ pro hoc dico multum limitari gl. in. c. ecclesia sancte marie. de consti. ij. q. j. in summa. et Inno. in. c. tua. prope fi. de cohabi. cleri. ⁊ mulie. vbi cōmuniter no. sententiā non valere sine pbationibus. debēt enim omnia restringi quando nihil agitatum est in causa: qr tunc presumitur lata animo nō instructo. ad hoc. c. cum ex literis. de in integ. rest. ij. q. j. nos in quēq̄. secus aūt si aliquid in causa est agitatum: licet nulle pbationes fuerint facte: qr poterat iudex moueri ex aliquibus presumptionibus quas ipse solus elicuit iudicio intellectus: vt bene probatur hic: vnde imputandū est non appellanti. ⁊ sic intellige no. per Bar. in. l. prolatam. C. de sen. Ad predicta faciunt no. per Inn. in. c. quoniam contra. de probatio. ⁊ c. causam. de re iudi. ⁊ quod ibi no. ⁊ in. c. in presentia. in prin. de renun. ⁊ iiij. q. iij. si testes. in quibus iuribus dicitur quod si iudex ad vnam speciem probationis non applicat mentē suam: sed ex cōfessionib[9]: depositionibus: allegationib[9]: ⁊ alijs que in eius presentia proponūtur informat animi sui motum: ⁊ tūc tāta est iudicialis autoritas

Sebasti. Sapia.
a ¶ In malefactis. No. tn̄ q̄ si malefactū pōt aliquo modo excusari p̄sumit factū eo casu quo l; vt elegāter tradit Bart. in. l. nō solū. §. s; vt pbari. ff. ō ope. no. nūtia. vbi per Ale. plura ad ppositū. vide et iate p Deciū in. c. i p̄sentia. in. xx. no. s. de pba. p Feli. in. c. auditis. col. xxj. versic. obstat tertio. j. de p̄scri. et in. c. nōnulli. §. sunt ⁊ alij. col. vj. s. de rescrip.

Sebasti. Sapia.
b ¶ Recte iudicare possumus. Vide Car. in. c. sane. ix. di. vbi dicit qd exēplis i est iudicādū quādo innitūtur rationi. alia; declarationē tradit do. Anton. et Imol. i. c. cū iter. j. de re iud. vbi dicunt q̄ inter easdē personas exēplis est iudicādū.

a ⁓Sebastia.Sapia. ¶ Diffinitiua. Vide Pau.de cast.in cōsil.ccxcix. incip.visa inquisitione.col.iij.in.ij.parte ꝑm nouissimam impressionē. Bartho.vero.in consi.vj.incip.veritas primi dubij.colū.iij. Alexan.in consi.xv.incip.viso processu inquisitionis.col.ij.in.j.volu.

b ¶ Nota quod licet ex presumptione violēta feratur sentētia diffinitiua non tamē sentētia corporalis. imo videtur ferri sentētia: qꝛ si qs stetit in excōmunicatiōe propter heresim per annū iudicatur hereticus.per capitulū excōicamꝰ. de here.&.c.cū ɔtumacia.eo.titu.in.vj. Sed tu ad illa iura respōde prout not. Inno.in.c.sicut.el.j.de simo. vbi dicit qd̓ speciale est ī criminibus exceptis ī qbus per leuia signa quis conuincitur dūmodo illa signa sint plene pbata. & illud dictū refert Joā.an.in.c.vt officiū.§.j.supver.testiū. de here. li.vj.& sic tūc qd̓.s.dictum est poterit puniri clericꝰ per iudicē priꝰ degradatus. vt dicit text.in.c. excōmunicamus. de here. el.ij.& circa hoc vide & adde qd̓ scribit do. Abb. post Car.ī c. accedens. in.ij. col.de accu.& do. Ant. in.c. qrto.j. eo.& do.Abb.ī.c. tertio loco.in fin. de proba.vide qd̓ no.do.Abb.in.c. cōstitutis.el.j.de test.sed dicit glo. ī.d.c. excōicamꝰ. §.j.qd̓ p̄sumptio de qua ibi non solum est violēta sꝫ violētissima. & vide ad hoc Flo.in rub.C.de pba. et do.Anto.in rub. circa mediū.s.de pba.& in.d.c.tertio loco.in.vj.co. & Bal.in.l.neq natales.in fi.j.col.C.de pba. vide etiā Albe.in rub.C. de proba.& pro ista opi.qd̓ in criminalibꝰ ferat̃ sentētia ex violēta presumptione alle.tex.in.c.rursus.xj.q.iij. Itē pro ea parte etiā arguo.deficiēs in pbatione habet̃ pro cōuicto vt hic & in.c.de hec.de simo.&.c.accedens.de accu.cum si.Sed qñ quis deficit in purgatione condēnatur ex violenta presumptione vt dicit gl.sing.ꝑm.d.Abb.in.c.insinuatum. de simo.ergo ex violēta presumptione profert̃ sentētia in criminalibꝰ. sed vide do.Car.in recollectis in.c.cōstitutis.el grāde.de testi.preterea qd̓ quis condemnetur in criminalibus ex presumptione violēta allega casum expressum ꝑm do.Ant.in.c.porrecta.ibi punias tanq̄ falsitatis autores.de cōfir.vti.vel inuti.sed qd̓ doctrina do. Anto.hic nō sit vera nec Inn.vt in.d.c.qꝛ verisimile. probatur sic.nam dolus dicitur maleficiū vt dicit Bal.in.l.j.§.nūc tractemus. in fi.ff.de tu.& ra.distra.vbi dicit qd̓ si statutū loquitur de cōmittēte maleficiū habebit locū in cōmittente dolū.item condēnatus de dolo dicitur corporaliter condēnatus probatur qꝛ cōdemnatus de dolo est infamis.vt est tex.in.l.j.§.j.& in.l. athletas.§.fi.ff.de his qui no.infa.quia infamia vna afficit personā et eam sequitur quocūq vadat sicut lepra leprosum.vt est tex.cū glo.in.l. ex ea.ff.de postu. Sed de dolo quis conuincitur per coniecturas vt est tex.in.c.ij.de renū.libr.vj.& in.l.filie.ff.solu.matri. ergo prima facie doctrina hic tradita per do. Anto.non videtur vera. attamen vide qd̓ de hoc scribit Pet.de anch.in.l.semel malus.in.v.char.vbi alle.& cōmendat illud dictum Inn.in.d.c.quia verisimile.& sequitur etiam idē do. Pet.in sua repe. regule sine possessione.lib.vj.& adde quod illud dictum Innocē.in c.quia verisimile. sequitur Oldr.in consi.cxcij. Item adde hic casum ī quo qs criminaliter dannatur ex argumētis & presumptiōibꝰ.text. est in.c.p humani. circa finem.in versic.probabilibus cōstiterit.argu.quem ad hoc ibi pōderat Do. in.§.fin. in.j.et.v. colū.de homi. in vj.post Hostien. & est verum quod text.in.d.c.p humani. dicit pbabilibꝰ constiterit documētis. Sed cōtra dictū Inn. in.d.c. quia verisimile. fortiter videtur obstare tex. in.c.de hoc. de simo.inver.in quo si defecerint sunt tanq̄ autores tāti sceleris puniendi: vbi patet qd̓ ex presumptionibus quis punitur de grauissimo crimine. Sol.dic qd̓ tex.in.d.c.de hoc. intelligitur de p̄sumptionibus iuris: dictum autē Innocen. in.d.c. quia verisimile.intelligitur de presumprione hominis que facilꝰ fallitur quā presumptio iuris.ita no. dicit do. Ab.ī.c. accedēs. in.ij.col. de accusa.ex cuius doctrina datur singularis limitatio ad dictum Inno.in.d.c.quia verisimile. Item adde q vbicunq ex presumptionibus proceditur ad condemnationem in criminalibus ista est sufficiens causa minuendi penam a iure pro illo delicto impositam ꝑm materiam.d. l.quid ergo.§.pena grauior. de his q no.infa.ita singulariter no.Bal. in.d.l.sciant.C.de probatio.cum si.pro quo est casus in.c.inter solicitudines.de purga.canoni.pro quo vide Bal.in.d.l.presbyteri. in pe.col. versi.quod quando.C.de epis.& cleri.

¶ Adde an ex presumptionibus violētis quis possit dānari Ro.cōsi. liiij. Jo.de ana.cōsi.lix. Alex.consi.xv.j.lib. Cepo.consil.xxxiiij.&.xxxix. Pau. de cast.consi.cxcviij.in primo impressis.

vt semper pro ipso presumi debeat donec contra ipsum aliqd legitime ɔprobet̃ vt dicit tex.in.d.c. in presentia.&.c.cām. Sed ad vnū aduerte ne circa predicta decipiaris. si eñ presumptio violēta mouet ad sñiam proferendā facias illā scribi in actis.alias si appellaretur & ex actis sentētia non iustificaret̃: licet tu iuste fueris motus: iudex tamen ad quē cui de hoc nō constat iuste retractaret sententiā iuxta no.per Inn.in.c.quoniā contra.de pba.& p doc.in.c.in presentia. 6 ¶ † Inducitur preterea iste tex.per Inno.& Hosti.j.eo.qꝛ verisimile.& Abb.hic quod quādo diffinitiua[a] fertur ex presumptione[b] violenta debet iudex multum tēperare sñiam & maxime ne condemnet nisi raro & modice ad penam nec pecuniariā nec corporalem vt colligit̃ hic ex sententia Salomonis licet eñ ex presumptione adiudicaret vni mulieri filium: nō tamē voluit aliā condēnare ad mortem ad quam iustissime erat condēnanda si legitime fuisset probatum contra eam quod filium alterius surripuisset ꝑm Innoc.ibi qd̓ bene not.d. Anto.dicit hic posse dici qd̓ non agebat̃ ad penā sed p restitutiōe filij ciuiliter. Dic tu qd̓ aut agitur ciuiliter & regulariter nō infligitur pena siue procedatur ad sententiam ex presumptionibus: siue ex alijs legitimis pbationibus. vt in.c.ij.de or.cog.& in.c.j.de excep.&.l.lucius.ff.de his q no. infa. Aut agit̃ criminaliter & cōstat de delicto ex presumptionibus dūtaxat: & tūc aduerte ad validitatē presumptionis. si eñ sunt vrgentissime: tunc potest infligi pena ordinaria quantūcunq maxima: vt probatur in.l.sciant cūcti.C.de proba.canonizata.ij.q.viij.sciant.& in.l.iudicia.C.de rei ven.pone exemplum ex his que dixi in.c.tertio loco.de proba. vbi plenius dixi. Aut presumptiones nō sunt vrgētissime.tamen sunt intantū violente quod potest ferri sentētia ciuiliter.& tūc habet locum iste tex.& in summa ꝑm earum validitatem potest iudex exasperare sententiam mulctando vel aliam penam infligendo. ad hoc tex. in.c.literas.j.eodem. et in.c.constitutis. el.j.s.de testibus.& qd̓ ibi dixi.& de his presumptionibus vide quod not.glos.j.eo.qrto.& quod ibi dicam. 7 ¶ † Glo.omnes sunt clare & ideo nō indigent recitatione excepta.glo.fi.q̄ in fi.sui q̄rit. Pone[c] qd̓ iste mulieres contendentes de filio decessissent lite pendente an vtriq vel neutri vel cui debebat succedere iste filius ex quo vtraq dicebat eū esse filium.Glos.primo arguit qd̓ vtriq.arg.ff.de re.du.qui duos. vbi dicitur qd̓ si habens duos impuberes substituit titiū illi quis supremus moriet̃ & ambo simul in naue moriunt̃: titiꝰ vtriusq est heres. In contrariū adducit quod neutri succedat.ff.de re.du.si fuerit. vbi videtur quod si legatur illi ex cognatis qui primo aliquid fecerit: & simul duo faciunt. vel qui est maior etate et duo sunt pares etate: vel sempronio amico & duo sūt eque amici. vel ex pluribus seruis eiusdem nominis vni libertas relinquitur neutri debetur. Itē sicut cōfessio non nocet quādo ponit aliquid impossibile ꝑm naturam. vt in.l.confessionibus.ff. de interroga.act.ita in casu nostro nō est iste audiendus volens succedere vtriq cū sit impossibile secundum naturam quod habuerit duas matres. Tertio prope finem obscure soluit: sed mēs eius videtur quod debet succedere illi que erat in possessione filiationis.& fuit opi. Vin.Sed Lau. hoc expresse tenuit per rationem positā in fi.glo. Gofre.dicebat quod si puer vtrāq hereditatem possidet habet exceptionem competentem qui̇s proponat contrariam.ff.de exceptio.l.nemo.nisi probetur quod alterius filius fuerit. si aūt alius possideat vtrunq si puer vtrāq petit repellit seipsum tanq̄ proponens cōtraria.in diuersis autem instantijs contra diuersos auditur licet proponat cōtraria.C.de inof.testa.l.cōtra maiores. & possibile est eum vincere quāuis iniuste ageret dummodo non est qui contra id quod intendit aliquid proponere valeat.C.de transact. vbi pactum. Hostiē.dicit quod magis placet sibi dicta opi. Lau.cum prius animas demū linguas fieri eruditas oportet vt in proe.ff.§.antepenul.in fi. Bart.brix.in questione que incipit cū due &c.dixit eum succedere ei que in possessione filiationis erat. Si autē neutra possidebat & vult alteri succedere oportet quod probet se illius filium. Jo. and.nihil hic eligit inter has varietates: sed dicit quod volens dilatare materiam videat questionem Jac.de bel.quā posuit super.l.j.C.quorum bo.in qua querit de prole de qua pbabiliter dubitatur an fuerit primi vel secundi mariti: et ibi in fi.inuenies quod no.Dy.ff.de adi.leg.l.iij.§.si duobus.do.Anto.dicit se putare quod si vna sola est in possessione illius hereditatem obtinebit. quo ad alteram dicendū vt in sequenti membro: si autem neutra est in possessione tūc dicit distinguendum vt distinxit Gofre. qui optime distinguit ꝑm eum.Ego in hac questione tanq̄ cōtingenti raro non multum in istam.tamen illa opinio que videtur placere do. Anto.mihi non placet: quia incontinenti quod immiscuit se hereditati vnius videtur se cōstituisse verbo & facto cognouisse illam in matrem.& sic nō video quod in excipiendo vel agēdo possit detinendo vel possidendo hereditatem alterius dicere contrarium quod esset allegādo se filium alterius vt in.c.per tuas. de proba. iūcta.l.pro herede.ff.de acquirē. here.vnde placet mihi opi. Lau.& Bart.brixeñ. quam sentire videtur glos.& Hostien.& credo qd̓ in casu in quo neutra esset in possessione daretur facultas puero adeundi alterutrius hereditatē: quia confessio in libello facta facit fidem contra

c ⁓Sebastia.Sapia. ¶ Pone.Similem questionem ponit Alberi.de rosa.in.l.septimo.ff.de sta.homi.quod si mulier que consummauit matrimonium cum primo marito postea eo mortuo consummauit eum secundo.& peperit filium cui succedat filius an primo an secūdo an neutri vide ibi late per eum. & per Bald.in.l.vulgo. eodem titulo de statu hominum.

confitentem

confitentem.l.cum precum.C.de lib.cau.ꝛ qꝛ noiauit eum filiũ in actu proportionabili tantum filio. facit aut.si quis liberos.C.de natu.libe. sed electa vna precludit sibi viam quo ad aliam.sicut dicimus cum due actiones contrarie competunt.l.qꝺ heredem.§.eligere.ff.de tribu.ꝛ qꝺ not.Inno.in.c.audiuimus.de collu.

☞ Per exteriora presumitur de interioribus.

Simplicitas que est dolo contraria commendatur.

Ex studijs. ¶ Conuersatio in adolescẽtia facit p̃sumptionẽ in senectute.primo ponuntur verba Salomonis in parabolis.c.xx.secundo ponũtur verba Hieronĩ.illa exponentis.ibi,quẽcunqꝫ.ꝛ pone casum. vt in.c.precedentibus.referendo consultationẽ ad papã. ¶ Casus literalis. Puer aliquãdo presumitur qꝺ bonus debeat esse ex actib⁹ suis quando videmus aliquẽ puerum bona opera facere:puta libenter audit sapiẽtes:studet virtutibus:audit mãdata dei:p ista signa exteriora presumitur quod bonus futurus sit. Ber. ¶ Not.j.quod presumitur habitus[a] virtutũ per earum exercitium.nam † qꝺ exterius agiꝉ interiorem mẽtis dispositionem ꝛ habitum representat.vt in cle.exiui. de ver. signi. ¶ No.ibi,auditioni sapientum ꝛc. qꝺ magnum bonitatis signũ est audire ꝛ consulere sapientes. vnde ait Hiero.super Esa.lib.ij. Primo beatus est qui per se sapit. secũdo qui sapientẽ audit. is autem qui vtroqꝫ caret inutilis est tam sibi ꝙ alijs.ꝛ Tulius li.ij.de officijs.Prima cõmendatio adolescentis proficiscitur a modestia cũ pietate in parentes:in suos beneuolentia:deinde etiam in optimã partem peruenire cognosciꝉ si ad sapientes ꝛ claros viros ꝛ bene consulentes reipu.se contulit ꝛ cum eis assiduus sit. ¶ No.j.ibi maxime simplicitati ꝛc. † qꝺ simplicitas ꝛ humilitas maxime inter alias virtutes cõmendantur.ꝛ intellige de simplicitate que est dolo cõtraria:non illa que est contraria discretioni.de vtraqꝫ vide bo.gl.in.c.si cupis.xvj.q.j.de humilitate vero vide gl.opti.in cle.j.de reli.do. ¶ Oppo.ꝛ videtur qꝺ ex operib⁹ virtutũ non possit quis dici virtuosus quia possunt fieri animo nõ bono: non autem satis est bene facere nisi ex bono fonte procedat.lxxxvj.dist. non satis.hinc dicit glo.in.c.j.de collu. quod deus nõ est remunerator nominum sed aduerbiorum.Glo.j.vt arbitror metu contrarij exponit tex.ibi intelligiꝉ.i.presumitur.qꝛ per exteriora presumiꝉ de interiorib⁹: ꝛ bene loquitur.Vincen.aũt ꝛ Abb.ponunt versus. Intima per mores cognosces exteriores. Rustice qualis erit bos: ex vitulo modereris.Annus qualis erit cognosces tẽpore veris. Et no.de significato illius verbi intelligitur:alia sunt clara.Et in eo qꝺ glo.ij.alle.dictũ Salomonis.dic vt habetur prouer.xxx.ꝛ vide aliud exemplum seu similitudinem de sagitta emissa ad locum destinatum quam ponit idẽ Salomon.Sapientie.vij.non sunt alia.

1 ☞ Presumendum est pro eo qui se offert iustitie:ꝛ contra illum qui subterfugit iudicium.

2 An sola fuga vel contumacia sufficiat ad condemnationem.

3 Non sunt admittendi petentes improbe dilationes vel eis iuramentũ est deferendum.

cis sunt isti. Primus si in literis mandatur vt citet aduersa
rium vel apponitur clausula vocatis vocādis ⁊c. vt. s. dixi.
et bene facit. c. exhibita. ⁊ quod ibi nota. de iudi. Secundus
casus quādo vult dare possessionē quam alius obtinet: de-
bet enim illum vocare quantūcunq̄ simpliciter scribatur:
quia non est de intentione principis vt quis remoueatur a
possessione sine cause cognitione. l. fina. C. si per vim vel alio
modo. iij. q. ix. caueant. ⁊. c. omnia. ⁊ tenent doc. in locis pre-
alleg. ⁊ probatur in. d. c. licet eps̄. de preben. lib. vj. Tertius
casus si executor fuit datus cum clausula que venit purifi-
canda ex facto tertij de cuius preiudicio agitur tunc enim
tacite videtur mandata cognitio: quia causarū merita par-
tium assertione panduntur. in. c. tum ex literis. de in integ.
restit. et. d. l. fi. ⁊ hoc est quod voluit Jo. and. in. d. additio.
Quartus casus quando executor datur ad compellendum
ordinarium collatorem vt cōferat: debet enim cum monere
et citare vt cōferat: et si ille opponit exceptiones legitimas
audiendus est: vt est casus cum ibi no. in. c. accepimus. in fi.
de etate ⁊ quali. ⁊ in. c. capitulum. ⁊. c. constitutus. de rescri.
volunt doc. in locis preallega. non enim debet quis impu-
gnari ⁊ defensio negligi. contra cap. cum inter. de exceptio.
In his enim et similibus casibus executor dicitur mistus:
quia habet cum executione iniunctam misturam iurisdictio
nis: quia ex quo superior prius non cognouit de iure execu
tionis fiende videtur suo commissario etiam iurisdictionez
dedisse. arg. c. ex literis. de offi. deleg. ⁊ dicto. c. accepimus. et
xv. q. ij. §. ⁊ si non cognitio. non autem appellatur iudex q̄r
iurisdictio hic datur accessorie ad ministerium exercendum
qd̄ ex sui natura est extraiudiciale nec deputatur inter par-
tes contendentes: sed quia accessorie habet iurisdictionem
et ratione predicta tractatur ipsius materia. vt in ca. super
eo. de offi. deleg. ad denotandū quod habet iurisdictionem
delegatam. ⁊ innuit ibi glo. ⁊ in. c. tibi qui. de rescrip. lib. vj.
Ex his habes fundamentum huius materie. ¶ Extra pre
b dictos casus remanet dubietas an executor[b] possit assume
re vel non partes iudicis ⁊ an teneatur exceptiones admit-
c tere[c] vbi eligit viam meri executoris. Et in hoc cōcluderem
quod si vult potest iudicis partes assumere etiam si fuit da
tus simpliciter per ea que dixi. s. in. j. articu. Si autem vult
procedere extraiudicialiter dico quod etiā potest: quia cum
actus sui natura sit extraiudicialis potest a principio proce
dere vt vult: sicut ille qui habet duas vias potest eligere a
principio quam vult: vt no. in simili in. c. quintauallis. de iu
reiur. ⁊. c. vt quis duas. de elect. lib. vj. quod dico procedere
etiam si sit apposita clausula sonans in cōditionem per ver
bum si cōstiterit. quia cū hec verba possint referri ad extra-
iudicialem instructionē vt in. d. c. cum cōtingat. non debet
per hec verba alienari natura negotij: nā si tenetur a princi-
pio citare esset poti⁹ iudex quā executor. nec curo de preiu-
dicio alteri⁹ extrinseco. vt puta q̄r ad epm̄ pertinebat colla
tio vt si superior potuisset extra iudiciū se informare vtrū is
pro quo mandat sit de tali loco vel magister ⁊c. sic poterit ⁊
iste: sed vbi ageretur de iure alterius tūc bene fateor vt. s. di
xi qd̄ ille sit vocandus: puta si diceretur in literis si constite
rit epm̄ fuisse negligentem in cōferendo rem: vel si constite-
rit qd̄ talis teneat duas ecclesias curatas ⁊c. nam hoc casu
tacite videtur mādata cognitio quia causarum merita par
tium ⁊c. vt. s. dixi. sed si cōparet is qui pretendit aliqd̄ preiu
dicium fateor qd̄ debeat audiri: ⁊ tunc debet assumere par-
tes iudicis. vt in. d. c. accepimus. in fin. ⁊. c. cū adeo. ⁊. c. si qn̄.
de rescri. cum multis similibus. probatur ratione. ex quo su
perior non cognouit de iure executionis: videtur hoc man
dasse suo cōmissario. arg. in. d. l. a diuo pio. ⁊ pbatur hoc in
fi. vbi potest presbyter iste in se assumere onus probādi istū
impetrātem non esse idoneum ⁊ debet audiri. et sic illud di-
ctum Cōpo. in. c. capitulum. non videtur generaliter proce
dere. nam ad hoc habet iurisdictionem mistam vt vbi expe
diat assumat cognitionez. qd̄ satis videt̄ expedire vbi quis
pro suo preiudicio se opponit. arg. opt. in. d. c. ex parte. ij. de
offi.

Sebasti. Sapia.
a ¶ Merus execu
tor. Vide tn̄ Lu.
ro. in ɔsi. lj. ici. at-
tētis his. ⁊ Feli. ī
d. c. de cetero. col.
ij. ver. ij. cōclusio.
Sebasti. Sapia.
b ¶ An executor.
addē q̄ executor q
cepit pcedere vt
mist⁹ pōt desiste-
re ⁊ procedere vt
merus. vt tradit
Fe. ī. c. cū ordinē.
col. iij. v̄si. et dicit
pe. d anc. s. d resc.
et q̄s exceptiones
dz admittere exe
cutor mer⁹ et q̄s
mixt⁹ tradit Fel.
in. c. pastoralis. §.
q̄r vero. col. ij. gl.
in v̄bo et si sciat.
s. de offi. delega.
Anto. Fran.
c ¶ Circa h̄ de me
ro executore: pu-
ta nūtio dicas qd̄
nō cognoscit de
nullitate snīe quā
hz exeq: nec dz ali
quā exceptionez
admittere vt per
bar. ⁊ doc. ī. l. a di
uo pio. ff. d re iu.
⁊ p bal. ī. l. ⁊ si nō
cognitio. C. si cō-
tra ius vl' vti. pu.
⁊ h̄r p. d. An. ī. c.
de cetero. d re iu.
et p do. Car. ī cle.
j. in. §. pe. ī. v. q. de
fo. cōpe. vbi dicit
qd̄ si admittit ēt
exceptionē nulli-
tatis. ⁊ vid Hos.
ī. c. qd̄ ad cōsulta-
tionē vbi ēt p In
no. d re iu. ⁊ arch.
ī. c. sicut. ij. q. j. ⁊ vi
de p spe. ī ti. d exe.
sent. ī. §. fi. ī v. fin.
vbi etiā dicit qd̄ si
admitteret exce-
ptionē posset ab
eo appellari tn̄ di
cit. d. Car. in loco
p̄alle. q̄ talis exe
cutor ēt mer⁹ pōt
admittere exce-
ptionē nullitatis
nō vt pnūtiet sz
vt istruat se ⁊ si vi
derit veram exce-
ptionē supsedeat
qd̄ etiam voluit
do. Car. in. c. pa-
storalis. ī. §. q̄r ve
ro. de offi. deleg.
subdit tn̄ qd̄ si de
tali exceptiōe nul
litatis fuisset co-

gnitū ⁊ de ea pronūtiatū etiā si sit notoria nō debet illā admittere neq̃ supsedere. qđ ēt voluit. d. abb. ī d. c. de cetero. de re iud. ⁊ đ qb⁹ exceptionib⁹ possit executor cognoscere vltra ea q̄ dicit Inn. ī. d. c. de cetero. ⁊ in ca. ad dissoluēdū. de despō. ipu. vid bar. ī l. pe. ī fi. ff. de ɔfes. dicas tñ qđ executor exequens sentētiam latā in cāriali a iudice incompetēte si hoc est notoriū punit vt p Bald. in. l. in criali. C. de iuris. om. iud. dicas tñ qđ executor nō tenet seruare ordinē iuris ꝑm Inn. ī. c. ex rōne. de appel. ⁊ in. c. ad petitionē. de acc. ⁊ hꝫ p Bal. ī. l. j. in pe. col. C. de iuris et fac. igno. et p do. Car. in cle. j. in. §. pe. de fo. cōpet. et no. bal. in. l. fi. cij. q. C. đ ꝫhē. emp. ⁊ hꝫ p Aret. in. c. statutum. lib. vj.

☙ Sebasti. Sapia.

a ¶ Ubi executor. Uide Feli. ī. c. cāz que. col. xiiij. vers. nō obstāte collatione. s. de rescri.

b ¶ Merito subditur. etiā cōtinuationē reprehēdit Pet. h: q2 nimis restringit istū tit. vbi tractaꝶ pncipalr de iuramento prestito super actu vl ɔctu. vide hic per eū. Item q2 ɔtinuatio est ī gñe sꝫ dꝫ fieri ad proxima. l. ij. ff. de stat. ho. ꝗ dꝫ fieri ad tit. de presumptiōib⁹. Bal. hic dicit viso de presumptionib⁹. sed q2 iuramētū psumiꝶ verū: iō vidēdū est de iureiur. posset sic summari iudicio meo. viso de specieb⁹ pbationis vt de testē instrīs ⁊ psumptionibus sed q2 iuramentum est spēs pbationis: q2 ex delatiōe ei⁹ fert snia vt. l. non erit. §. dato. ff. eo. c. fi. ī. e. cū si. iō seqtur de iureiur. vel sic: viso de pbatione ordīaria: vidēdū est de pbatiōe subsidiaria. sꝫ vbi deficit pbatio ordīaria recurrim⁹ ad iuramentū vt est gl. ī. c. si vo. de sen. exc. ist. de act. §. alie. cū si. ergo ⁊ ista est rō q̄re poniꝶ post pcedētes titulos q2 ē remediū extraordinariū. pōdera ēt q2 iuramētū dr pbatio legitima vt. c. sicut. de pb. ergo debuit incipere a iuramēto et nō a psumptionibus: q2 psumptio proprie non est probatio. vt glossa ⁊ Bar. ī. l. j. C. de fi. instr. et iur. haste fis. li. x. dic qđ ex q̄ iuramētū est probatio subsidiaria ideo postponiꝶ. And. Barba.

¶ Casus ꝟtutis sit act⁹ iuramenti vide beatū tho. ī ij. ij. q. lxxxix. arti. iiij. p Ang. đ arc. ⁊ do. Ja. de may. in. §. itē si qs. isti. de actio.

☙ Sebasti. Sapia.

c ¶ Iuramētū. vide gl. ī. c. sup hoc. s. de renū. q̄ vult qđ h ēt pcedat in iuramento pstito nō in figura iudicij. ⁊ eā ad h not. ibi. d. Ant. ⁊ Jo. de imo. vid bar. ⁊ alios in. l. nā post ea. in princi. ff. de iureiu.

d ¶ Et an piuriū sp sit pctm̄ mortale. vide beatū Tho. ij. ij. q. xcix. ar. ij. ⁊ iij. ⁊ ī ea. q. art. j. pōit latc an periurium possit cōmitti sine falsitate.

offi. deleg. ⁊. c. super eo. eo. ti. l. ij. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. ¶ Sed dubiū est quid si quis se opponat non ex preiudicio priuato sed publico vt q2 cōparet tertius ⁊ dicit illū non esse idoneū nunqd debeat audiri. Et hoc casu forte posset pcedere dictū Compost. vt executor nō teneatur eū audire cū sit executor extraiudicialis: sed agat postmodū ille per viā denūtiationis vel accusationis sicut nec cōmittens ordinario tenebatur admittere vt no. Inn. in. c. ad dissoluēdū. de despō. impu. sed de mero iure cōtrariū puto verum licet enim fatear ordinariū posse non tamē eius delegatū. quia in dubio debem⁹ credere ordinarium noluisse qđ indigno fieret puisio. arg. in. l. si procurator. ff. de cōdi. indebi. ⁊ maxime qñ expressit illam clausulam si est idoneus. Itē sicut in cōfirmatione admittitur excipiens contra electum pro interesse publico iuxta tñ no. in. c. super his. de accu. ita in puisionis actu: cum prouisio habet vim electionis ⁊ cōfirmationis. iuxta not. in. c. cū olim. de cau. pos. ⁊ proprie. ⁊ presumendū est qđ superior voluerit potius a principio occurrere q̄ post causam vulneratā remedium querere iuxta cōsilium. l. fi. C. in qui. cau. in integ. restit. nō est neces. ¶ 14 † Ex his infero incidēter ad duas questiones. Prima est an corā executore sit fiēda litis contestatio. vidisti. s. varias opi. satis credo qđ vbi executor[a] processit cū cōtradictoribus sit fienda litis cōtestatio: quia talis contradictio hꝫ vim cuiusdā petitionis: vt no. in. c. sup eo. de elec. hoc dico saluo eo qđ hodie habeꝶ in cle. dispēdiosam. de iudi. secus vbi pcessit sine cōtradictore. ⁊ hoc satis sensit Jo. an. in. d. c. accepim⁹. ¶ 15 † Secūda questio an ⁊ qñ sit appellandū: et an necesse sit appellare a pcessu executorū ad beneficia. Et in hoc cōcludo cū Inno. ⁊ doc. hic. qđ aut processit sine cause cognitione: ⁊ tunc si non fuit appellatum intra decendiū poterit nihilominus obijci post: quia actus extraiudiciales non transeunt in rem iudica. posset tñ quis intra decēdium appellare si sentiret se grauatū: vt in. c. cōcertationi. de appel. lib. vj. ad idem. c. cōstitutis. ij. eo. tit. Si autē processit cum cause cognitione: puta inquirendo de meritis persone ⁊ alijs in rescriptis cōtentis: tūc necesse est vt hi quibus infertur preiudicium appellent intra decēdium. vlterius autē non sunt audiēdi. de electio. cū dilectus. ⁊. c. fi. de elec. lib. vj. quod potest intelligi ꝑm Jo. and. siue fuerint absentes siue presentes etiam non vocati ex quo cum primo sciuerūt factam prouisionem intra decendiū non appellauerūt. ff. que sen. sine app. rescin. l. j. §. item cū ex edicto. quod intellige nisi a principio fuissent specialiter vocandi. nam tunc processus esset nullus. iij. q. ix. caueant. ⁊ dixi s. post Joan. and. in addi. Spec. Si vero vocati fuissent vt contumaces: tunc non audirentur appellantes. ij. q. vj. §. sunt quorū. ⁊. xxiij. q. iij. de illicita. ¶ An autem per viam denūtiationis vel accusationis audiri possit quis tūc comparens. vide per Fed. cōsi. xxiij. ⁊. xcvij. ⁊ qđ dico in. c. cum olim. de cau. pos. ⁊ proprie. Unum tamē quo ad predicta no. qđ vbi cōditio est notoria: ordo non est seruandus ꝑm Inno. pro quo alleg. c. qm̄. de fil. presby. ⁊. c. ad nostram. de iureiur. ⁊. l. j. C. qui et aduer. quos. iuncta glo. dicit tamen Inno. qđ hoc ipsum debet exprimere vel in relatione vel in interlocutoria: vt si verū est nō sit ei vlterius contradicēdi facultas nisi appelletur. ij. q. vj. biduū. hoc vltimū puto cautum: sed non necessariū per ea que no. idē Inno. in. c. tua. in fi. de coha. cle. et mulie. pro hoc. c. ij. xxiiij. dist. ¶ 16 † Uenio nunc ad vltimum articulum. s. an teneat collatio si clausula apposita in rescripto nō verificatur. Inno. hic cōcludit qđ aut erat clausula sapiens monitionē et instructionē vt illa si est idoneus: ⁊ tñ collatio licet in veritate non sit idoneus: q2 cū illa clausula intelligatur ipso iure si exprimaꝶ non dat nouam formam mādato. ad hoc. c. significasti. ⁊ qđ ibi not. de elect. ⁊. l. iij. ff. de leg. j. vide in simili no. dictum Inno. in. c. prudētiam. de offic. deleg. vbi dicit qđ si exprimatur clausula concernens instructionem circa merita cause que alias intelligebatur nō daꝶ nouam formā mādato. Hinc dicit qđ si executor pro executione mandati excōmunicaret contradictores tenet excōicatio quia iurisdictionē hꝫ. Si vero clausula sapiebat cōditionem: tūc nisi prius verificetur collatio non tenet. quia cum daret nouam formā mādati nō licet cōmissario egredi formam rescripti: qđ si fecerit actus est ipso iure nullus neq3 tenet excōicatio ab eo lata. d. c. cū dilecta. de rescri. ⁊. c. venerabili. de off. dele. ¶ 17 † Nō enim habet potestatē anteq̄ purificetur conditio: vt. l. cedere diem. ff. de verb. sig. Primū tamen dictū videtur Innoc. hic limitare nisi collatio fiat sciēter indigno. Et no. hoc dictū singu. sentit enim: qđ collatio facta sciēter indigno per executorē est ipso iure nulla: qđ clarius tenet idē Inno. loquēs expresse in commissario pape in. c. inter dilectos. de exces. pla. ibi tñ loquitur de collatione facta sciēter notorie indigno. hic autē nullam mentionem fecit de qualitate notorietatis. In contrarium facit dictū Compo. recitatum et non impugnatū per Jo. and. in. c. capitulū. de rescrip. in pe. col. prope fi. vbi dicit qđ collatio facta criminoso non est ipso iure nulla sed annullāda. alleg. bo. tex. in. d. c. inter dilectos. Ego in hoc essem in opi. sing. distinguerē eñ sic qđ aut collatio fit in capaci puta laico femine īfanti vel simili iuxta no. per Inno. in. c. cū nostris. de cōces. pben. ⁊ nō tenet collatio: quia papa per verba generalia non intendebat secum dispensare cum ignoraret defectū. l. barbarius. ff. de offic. pto. ⁊ qđ no. in. c. ij. de schisma. Aut fit capaci licet alias indigno q2 minori iuxta etatem requisitam a canonibus vel alias indigno ea indignitate q̄ reddit ipsam collationē ipso iure nullā. iuxta ea que habenꝶ ⁊ no. in. c. cum in cūctis. de elec. in fi. iuncto. c. q̄q̄. in fi. eo. ti. li. vj. ⁊ tūc licet collatio ordinarij vel ipsius cōmissarij sit ipso iure nulla vt dictis iurib⁹ iuncto. c. si cōpromissarius. eo. ti. lib. vj. sec⁹ puto per collationem factam per cōmissarium pape quia iura inducētia nullitatē sunt penalia ⁊ loquūtur in ordinarijs. ⁊ ideo non debēt extēdi ad papam vel ad suum cōmissarium. l. princeps. ff. de leg. et in. c. innotuit. de elec. hoc enim nullo iure cauetur et pene nō debēt extēdi ad casus nō expressos. de pe. dis. j. pene. no. gl. in. c. fi. de iure pa. pro hoc gl. no. in clem̄. si de beneficio. de preben. in verbo epi. que dicit qđ licet executor differat cōferre beneficium vacās intra sex mēses nō per hoc perdit potestatem cōferendi. nam. c. ij. de conces. preben. loquitur in ordinario. Idē ergo dicendū in proposito qñ cōtulit indigno. fateor tñ qđ propter indignitatē ille poterit priuari seu collatio cassari. vide ad hoc. d. c. inter dilectos. que no. Nec ob. si dicatur qđ papa mandauit conferri si est idoneus quia vt. s. dixi illa clausula sapit monitionem et non conditionem.

¶ De iureiurando. Rubrica.

1 ☞ Quid sit iuramentum sacramētum ⁊ iusiurandum.

2 Super quo est iurandum.

¶ Quia in defectū pbationū recurritur ad iuramentū. ī. eo. c. fin. s. de pcur. ex insinuatione. ideo post tractatum de probationib⁹ tam in specie q̄ in genere merito subditur[b] hec rub. Est eñ iuramentum[c] maximum litium expediendarū remedium. l. j. ff. eo. ⁊ alibi diciꝶ qđ omnis cōtrouersie finis est iuramentū. ī. eo. ⁊ si Christ⁹. vide ad materiā glo. xxij. q. j. in sum. que ponit quid sit iuramentū: quid iurare: que fuit causa institutiōis iuramēti. item formā iurādi ⁊ penā periurij[d]. prosequamur hic primum ne edificemus sine fundamento. nā ignoratis principijs: opꝫ ignorare ea que sequūtur. j. q. j. cū paulus. gl. prealle. dicit qđ iurare est aliquid deo teste dicere. iuramētum est vox ipsius iurātis vel actus ipse vel ipsum qđ iuraꝶ. Host. in sum. eo. ti. §. j. dicit qđ est assertio vel

a ¶ Firmata.pōderandū dicit sacre rei:q₂ Jacobus in sua canonica dicit:nolite iurare nec per celū nec p terrā.ꝛ nūc qualiter prestaꝛ iuramentum sine attestatione rei sacre.Jtē in veteri testō prestabaꝛ iuramentū:viuit anima mea.ꝛ sic sine attestatione rei sacre.And.Bar.

b ¶ Religione.Jtē pōdera q₂ apud liuiū de scdo bello punico in prin. scribiꝛ tactis scripturis iuran.ecce qualiter sine vera religione pstaꝛ iuramentū.facit.c.mouet te.xxij.q.j.sed qd si reperiꝛ qd titius iurauit an psumaꝛ tactis scripturis ad sancta dei euāgelia.Jo.de imo.cōsil.lxxxvj.ɔcludit qd sic.ꝛ idem dixit si notarius iurauit ꝛc.And.barb. Anto.Fran. ¶ Sup qua materia sit prestādū iuramētum et de forma ꝑm quam debeat iurare dicas nō referre super qua materia iureꝛ dūmodo iureꝛ.ita dicit Bar.in.l.q per salutē.ff.de iureiuran.ꝛ Bal.in auꝛ.sacra puberū.C.si aduer.vē.q valet iuramentum prestitum per euangelia corporaliter:tñ tactis quibuscunq₂ scripturis:aut etiā ipsis euāgeliis:vt in autē.vt oēs obe.iudic.puin.in.§.j.ꝛ habetur p Jo.and.i.c.vt circa.d elec.li.vj.in nouella.ꝛ per Specu.in tit.de iura.dela.in.§.j.et vide Bald.in c.ij.in tit.quid sit inue.ꝛ in.c.itē sacramēta.de pace iura.fir.i vsi.feu.ꝛ vid Cy.ꝛ Bal.in.l.testiū.in.j.q.ꝛ in.l.iurisiurādi.post glo.C.de testi.ꝛ vide gl.ꝛ do.Car.in cle.j.in.§.porro.de here.vbi etiam ponit de iuramēto prestando tam a parte q̄ a testibus.ꝛ etiam ab imperatore iurāte fidelitatem pape.ꝛ ibi etiam dicit post gloss.qd non sufficit presentia scripture nisi ille tangātur ad hoc vt iuramētum valeat.ꝛ vide plen.per Alexā.post Paul.de ca.in.l.iij.§.iurari.ff.de iureiuran.vbi etiā dicit qd iurās simpliciter intelligitur iurare per euangelia vel secundum Bar.in.d.l.qui per salutem.intelligitur iurare per deum.ꝛ adde qd iuramentum nō prestatur sine verbis ab eo qui loqui potest.secus autem si prestetur a muto quia sufficit iurari per signa.vt per Alex.in.l.j.in prin.ꝛ in.§.j.ff.de verb.obl.ꝛ in.l.qui iurasse.in prin.post doc.omnes.ibi.ff.de iureiur.ꝛ per Pau.de ca.ꝛ ro.in.l.iij.ff.de iureiur.ꝛ per do.Anto.in.c.cum apud.de spon.de multiplici autem forma iuramenti prestandi per iudeum habetur per Bar.in.l.iusiurādū.in.§.ait ptor.in fi.ff.de iureiur.ꝛ vide q̄ habenꝛ i.c.mouet.ꝛ.xxij.q.j.hic alle.ꝛ in.c.qui studet.j.q.j.ꝛ vide Spec.in ti.de iura.cal.in.§.restat.ver.pe.ꝛ adde qd iuramētum iudei per euangelia vel per Jesum christum non valet ꝑm Bar.in.l.ait pretor.in.§.iurari.ꝛ ibi per Alex.de iureiur.ꝛ in.l.spadonē.in.§.iā aūt.ff.de excu.tut.nec etiā valet si iuret per virginem cogitur tñ seruare tale iuramētū.nec peccat christianus qui taliter illud recipit a iudeo ꝑm Bar.ꝛ Alex.in.j.cōstitutiōe ffor.in prin.ꝛ habetur per Ange.in auꝛ.iusiurandū qd prestaꝛ ab his.in.§.j.ꝛ adde etiā qd iuramētum testis scriptū in actis presumiꝛ tactis scripturis ꝛ solēniter qñ fuit prestitū parte presente ꝛ iudice deferente vt per Jo.an.in addi.Spe.in ti.de testi.in.§.sequiꝛ.ver.ꝛ no.ꝛ per do.Ant.in.c.fraternitatis.de testi.ꝛ per do.Abb.in.c.tuis.eo.ti.ꝛ per Bal.in.l.iusiurandi.C.de testi.ꝛ in.c.j.ꝛ in.§.j.quid sit inuest.in vsib.feu.ꝛ per Alex.in.l.nam postea.in.§.j.ꝛ in.l.idem est.ff.de iureiur.ꝛ adde qd iuramentum prestitū per illa verba de⁹ sit mihi testis:vꝫ ꝛ obligat per tex.i auꝛ.quib.mo.natur.effi.le.in.§.qm̄.et per Alexan.post Ro.in.l.iij.in.§.dato.in fin.de iurein.ꝛ adde qd iuramentū epī fit p solā ppositionē li.euāgelici absq₂ tactu scripturaꝝ.cap.fina.de iura.cal.§.cp̄s nō flagitaꝛ.xj.q.j.et plē.p Spe.i ti.de iur.cal.i.§.pe.ꝛ p car.in cle.j.i.§.porro.prealle.ꝛ sub quā forma iuret Abbas.vide in.c.ne dei.d si.ꝛ sub qua forma iuret Abbas.vide in.c.nullus.hoc eo.ti.ꝛ p Car.in cle.q₂ contingit.in.j.col.de reli.do.ꝛ sub qua forma iurēt clerici non beneficiati vide in.c.cū in ecclesiis.de maio.ꝛ obe.ꝛ d forma iuramēti prestandi per tutorē ꝛ curatorem vide glo.ꝛ Car.in cle.q₂ contingit.i.§.ille.ꝛ p Spe.i ti.de tuto.in.§.j.

negatio de aliquo honesto licito et possibili sacre rei attestatiōe firmata[a].Cy.in auꝛ.sacramēta puberum.C.si aduer.ven.dicit qd est affirmatio vel negatio verbis expressa cū vera religione[b].tamen postea nō psistit in eo qd dicit de expssione verborū concludēs qd expressio verbalis nō est de substantia iuramēti.nā non reperiꝛ ꝑm eum contractus aliquis ad cuius esse verba requiranꝛ nisi cōtractus stipulationis.l.j.ff.de ver.ob.q̄libet diffinitio predictarū pōt tolerari. ¶ †Jtem scias qd iuramentū sacramentū ꝛ iusiurādū sunt synonyma.i.idē significātia quo ad materiā nostrā.De primo ꝛ tertio ptꝫ hic in rubro ꝛ nigro.nā in rubro poniꝛ de iureiu.ꝛ in nigro tractaꝛ de iurō.pꝫ etiā in.l.iusiurandū.ff.eo.De scdo ptꝫ in.d.auꝛ.sacra.Qñq₂ tñ aliter accipiꝛ sacrm:vt.s.de sacra.nō ite.p gl.c.veniēs.de trans.ꝛ.j.q.j.multi.Quare aūt appellaꝛ iusiurandū.dicūt qdā vt no.in.d.auꝛ.sacra.qd ius poniꝛ pro expressione verborū:qd nō plꝫ ibi Pet.ꝛ Cy.ꝛ dicūt qd poniꝛ q₂ multa sunt necessaria vt iuridice iureꝛ quasi sit sensus de iureiurādo[c].i.de iurādo iure.i.iuramēto iure facto.ꝛ dicit Hosti.in.d.§.j.qd melius dicereꝛ de facto iurato vel de iure iurato.Si aūt queris de etymologia nōis.dic qd dꝛ sacrm quasi per sacra astringimentū.Juramentum vero dꝛ quasi iuris astringimētū. ¶ †Sup quo aūt sit iurandū.i.sup qua materia an super euangeliis an sup reliquiis an sup corpore christi.vide glo.not.semp mēti tenendā in cle.j.§.porro.de here.in vers.tacta.ꝛ dic qd ad substātiā iuramēti non requiriꝛ tactura vt ptꝫ ex diffinitiōe ꝛ pbaꝛ.in.c.ꝛ si christus.j.e.sed q₂ forti⁹ stringit iuramētum corporale:igiꝛ iura cōiter exigūt corporale iuramētū.iij.q.ix.hortamur.de elect.vt circa.lib.vj.ꝛ.d.cle.j.cū multis si.Hinc dicit Ang.no.in.c.mouet.xxij.q.j.quāto id p qd iuraꝛ magis scm̄ est tanto magis est penale periuriū.ꝛ no.Jnno.in.d.c.ꝛ si christus.ꝛ hoc q₂ vꝛ magis cōtēnere in transgressione.Hinc est qd quādoq₂ iuraꝛ per deū omnipotētem ꝛ quatuor sancta euangelia:vt in.c.quoties cordis.j.q.vij.Quādoq₂ super altari.Quādoq₂ super sanctorū reliquiis.vt in.c.habemus.xxij.q.j.Jtē scias qd vbi dispositio pro solēnitate actus requirit iuramētum corporale seu cū tactura:non est iuri satisfactū ex solo verbali iuramēto[d]:vt dicit gl.no.in.c.vt circa.palle.De fide aūt qualiter multipliciter sumaꝛ.vide bo.gl.in.d.c.mouet.Et an magis astringat iuramentū q̄ fidei interpositio.dico plene in.d.c.ad aures.qd met.cau.vide archi.in.c.j.de sepul.lib.vj.

1 ☞ Ex iuramento super vsuris soluendis prestito obligatio saltem secundaria acquiritur parti suscipienti.
2 Ex puro iuramento oritur parti suscipienti obligatio saltem naturalis.
3 Juramentum continens turpitudinem ex parte suscipientis tantum est obligatorium.
4 Si ille in cuius fauorem iuratur obligationē remittit non indiget iurans alia absolutione.
5 Judex ex officio suo pōt occurrere pctō futuro.
6 Que remedia competant quando quis iurauit simpliciter soluere vsuras.
7 An remedium qd creditores cōpellantur remittere iuramentum sit subsidiarium.
8 Que remedia competant iuranti soluere vsuras et nullam questionem mouere.
9 Que remedia competant quando vsure sunt solute:ꝛ qui iurauit non repetere et nullā questionem mouere.
10 Nūqd in absolutione a iuramēto sit citāda pars.
11 Filij legitimati succedūt vna cū legitimis ex alia vxore postea natis:ꝛ sic nota qd legitimatio non vitiatur per superuenientiam filiorum.
12 Ubi iuramentum validat cōtractum sublato iuramento non propterea rescinditur cōtractus.
13 An absolutio teneat parte non citata.
14 Quid veniat appellatiōe districtiōis ecclīastice.

Ex administrationis.Creditores cōpellūtur relaxare iuramētum de vsuris sibi soluendis.h.d.quo ad literā sed quo ad intellectum generalius sic.Agi potest ad relaxationem iuramēti cuius implementū turpitudinē cōtinet ex parte suscipientis.ꝛ est casus no. ¶ Casus literalis.Per verba tex.lucide apparet:ideo p Ber.aliter non exprimitur. ¶ †No.j.qd ex iuramēto prestito super vsuris soluendis obligatio saltem secūdaria acquiritur parti suscipiēti.cuius cōtrarium tenuit do.Ant.in.c.debitores.j.eo.sed contra eū iudicio meo est casus hic.nam si nulla obligatio acquireret parti nō cōpelleretur ad relaxationem iuramēti[e]:nā relaxatio psupponit vinculum.j.de desponsa.impube.ad dissoluendum.et l.decem.ff.de ver.obli.nec esset iste iurans tutus ex relaxatione solius partis cū nemo dare possit qd non habet.j.q.vij.daibertum.ꝛ.c.quod autē.de iure patronatus. ¶ †Not.ij.ex hoc ꝛ ex tex.qd ex puro iuramēto oritur parti suscipienti obligatio[f] saltem naturalis.non enim hic ponderaꝛ pactum precedens ꝛ presupposito quod precessisset

c ¶ De iureiur.tu pondera q₂ ideo dicit de iureiurā.q₂ adhuc non est prestitū vnde loquiꝛ de iuramento adhuc nō pducto in esse ꝛ sic loquitur in genere ꝛ bñ quia oīs nostra cognitio incipit a genere postea venit ad indiuidua.l.j.ff.si cer pet.l.j.ff.de ius.et iu.Philosopus in.i.ethi.And.barb.

d ¶ Uerbali iuramēto.Pondera quia.§.sed neq₂.plene loquitur de authoritate Jacobi in sua canonica dū dicit.nolite iurare ꝛc.et sic loquiꝛ de iuramento verbali ꝛ non corporali tamē realiter ꝛ formaliter requirit verba vt ibi decidit tex.cum autem debet deferri muto potest dici vt dicit gl.in.l.cum notissimi.C.de prescriptio.xxx.ann.qd requirūt verba in matrimonio contrahendo in valentibus loqui.ita dicamus in iuramento.Andr.barba.

e ¶ Ad relaxationem iuramēti.Pondera si dici possit qd de facto fiat ista relaxatio ex eo q₂ istud iuramentū erat nullum quia prestitū cōtra ius diuinum ius naturale ius canonicum.quia iurauit soluere vsuras.ꝛ ideo Bal.hic dicit qd si iurasset soluere vsuras expresse non valuisset iuramentū.Jdeo dico quod manauit de facto ista relaxatio.faciat simile de.c.graue.de offi.ordi.vbi per teipsum relaxes.Si opponitur de c.debitores.j.eo.dic qd non fuit expressum de vsuris soluendis nec est absurdū quod ponuntur verba de facto vt patet in.c.accedens.cum similibus vt lit.non cōte.vide.c.quintauallis.vbi verbum reuoces intelligitur de facto.And.barba.

f ¶ Obligatio.pondera.c.sequens vbi dicitur distringi vinculo iuramēti quia probatur qd officio iudicis compellitur ꝛ nō actione ad obseruantiam iuramenti.And.barba.

nullā obligationē induxisset.j.eo.debitores.solū ergo iuramentum fuit hic obligatorium.quod videtur contra Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.vbi dicit quod ex iuramento extraiudiciali nulla obligatio etiā naturalis parti acquiritur per illum tex.sed licet forte procedere possit de iure ciuili:secus de iure canonico:arg.opti.hic.⁊ quia iurās parti intēdit illi promittere licet ad cōfirmationem adducat religionem iuramenti.⁊ de hoc aliquid dicetur.j.eo.cum cōtingat.habet enim iuramētū pactum interclusum.¶†No.iij.quod iuramentū cōtinens turpitudinē ⁊ peccatum ex parte suscipientis est obligatoriū.satis enim est qd ex parte prestantis turpitudinem nō continet:alias non valeret vt in.c.si vero.j.eo.xxij.q.iiij.per totū.Ex quo infero qd promittēs soluere vsuras non peccat.cōcor.j.eo.debitores.sed tu hoc limita ⁊ restringe ꝑut no.Inn.in.c.sup eo.j.de vsur.¶No.iiij.iudicē ecclesiasticum habere iurisdictionem in laicos ratione iuramenti.nō solum quando agitur ad obseruātiam ipsius in.c.fi.de fo.compe.lib.vj.⁊ in.c.nouit.de iud.sed etiā vt cōpellat suscipiētes ad relaxationem quod turpiter receperunt.¶†No.vlt.quod licet iuramentum[a] principaliter obliget deo.j.eo.debitores.tamen si ille in cuius fauorē iuratur obligationem remittit non indiget iurās alia absolutione.quia deus videtur etiā remittere cum ad vtilitatē alterius iuramētum receperit.ad idem de spon.c.ij.secus si principaliter iuraretur cōtemplatione dei.nā tunc etiam papa non remittit sine causa vt dicetur.j.eo.quāto.Et videt̄ mirabile qd deus recipiat iuramētum in fauorē facinorosi hominis:cum Psal.dicit.Odisti oēs qui operant̄ iniquitatē.⁊ lex ciuilis dicat qd nemo ex improbitate sua debet actionē consequi.l.itaqȝ fullo.ff.de furt.Solut.potest dici qd deus nō cōsyderat vtilitatem suscipientis sed religionē ⁊ promissionem iurantis.ex quo enim assumpsit religionem iuramēti ad implemētum promissionis quam potest sine suo peccato exequi:debet ob dei reuerētiam exequi.sed si suscipiēs remittit iuramētum:etiam deus remittit:quia per iuramētū nō intendebat placere deo:sed satisfacere proxime.¶†Venio ad glo.oppo.contra tex.videtur enim qd creditores nō debeāt compelli ad relaxationem iuramenti cum obligatio quesita eis sit de iure naturali q̄ per principē tolli nō debet.in cle.pasto.de re iudi.per Inno.in.c.que in ecclesiarum.de consti.Glo.j.metu contrarij vt arbitor dicit qd hoc facit ecclesia ratione peccati quia sine eorū peccato non potest iuramētum adimpleri.Ex hac solutione not.qd iudex ex officio suo potest occurrere peccato futuro ⁊ impedire ne fiat.facit quod legi.⁊ no.in.c.ex literis.⁊ in.c.ij.de spō.Item pōt cōpellere laicum ad restituēdam rem quā sine suo peccato retinere non potest.¶Glo.subsequenter querit quid si debitor soluisset vsuras ⁊ iurasset nō repetere.respōdet dando duo remedia.Primum vt debitor denūtiet hoc ecclesie quia ille stat in peccato ⁊ sic indirecte compellitur restituere vsuras officio iudicis.Secūdum vt petat absolutionem seu relaxationem huiusmodi iuramēti ⁊ postea poterit repetere.nec violat iuramentum petēdo relaxationē iuramenti licet per relaxationē perueniat̄ postmodū ad repetitionē ⁊ hoc ideo quia cū hoc iuramentū sit odiosum non debet extēdi sed in proprijs terminis obseruari.argu.bon.in.c.ad audientiā.quod met.caus.facit quod no.Innoc.in.c.super hoc.de renun.Ponit tertium remedium in casu quo vsure nō essent solute vt cōpellatur desistere creditor officio iudicis ad exactionem illarū.c.tuas.j.de vsuris.¶Sed vt plenius quā alibi habeas hāc materiam hic vtilem et quotidianā simul collectam distinguo principaliter in duo membra ⁊ in quolibet ponā duos casus contingentes.Aut enim vsure nondū sunt solute aut sic.Primo casu aut iurauit quis simpliciter soluere vsuras:aut iurauit soluere et nullam questionem ⁊ querimoniam mouere nec iudici denuntiare.In secūdo casu quādo vsure sunt solute:aut iurauit debitor simpliciter nō repetere aut iurauit nō repetere et nullā questionē seu querimoniā facere nec iudici denūtiare.¶†Venio ad primum casum primi mēbri.s.quādo simpliciter iurauit soluere in quo dico multa remedia competere iurāti.Primū facile est.s.vt soluat ⁊ sic adimpleat iuramētum ⁊ postea repetat vt.j.eo.debitores.Secūdū remediū vt petat creditorem compelli ad relaxationem iuramēti vt hic.sed hoc remedium dico competere si non instat terminus solutionis fiēde.nam si nō posset fieri hec compulsio quominus interim incideret in periurium nō debet iste audiri:sed dȝ prius soluere ad hoc:rō.c.debitores.j.e.⁊ hoc ibi aperte sentiūt Io.and.⁊ Ant.⁊ idē cōfirmat Io.an.in addi.Spec.eo.ti.super Rub.in vlt.q.Idē dico qd vbi lapsus esset termin⁹ solutionis fiēde ⁊ sic incidisset in periurium:nō enim dȝ audiri volēs attentare remediū huius.c.qr sic staret interim in peccato periurij:⁊ peccata tanto sunt grauiora q̄to diutius infelicem animā detinēt alligatam.in.c.fi.de cōsue.⁊ hoc aperte sentit Fede.consi.ccc.Tertium remedium est vt debitor petat absolutionē ab episcopo.nam ep̄s potest absoluere a iuramento turpiter suscepto:vt no.Inn.eleganter in.d.ca.debitores.prealleg.⁊ in.c.ad aures.qd met.cau.facit.c.j.⁊ qd ibi not.de voto.vbi dispēsat ex causa super voto quod est de iure diuino sicut iuramētum:vt.c.licet.⁊.c.magne.de voto.quod tene menti.¶†Sed dubium est nunquid pretermisso remedio huius.c.posset attentari hoc remedium absolutionis petende.an vero sit istud subsidiariū remedium.Inno.in cap.debitores.videtur velle qd prius sint creditores compellendi iuxta formā huius.c.⁊ si sic nō pn̄t induci:tunc episcopus iste absoluet.nam ep̄s ex causa absoluit a iuramētis etiam licitis.vt in.c.nos sanctorū.⁊.c.iuratos.xv.q.vj.⁊ refert hic do.Antoni.sic vidisse alias cōsultum:sed ipse dicit lȝ hoc sit vrbanius arg.in.l.quidā iberus.ff.de ser.vrbañ.ꝑdi.nō tn̄ necessariū est:quia ista sunt duo remedia eque principalia.j.eo.c.si vero.⁊.s̄.qd me.cau.c.abbas.et.c.ad aures.Sed reperio Io.an.in.d.addi.sensisse oppositū sequēdo dictū Inn.prealle.sed mihi plus placet dictum do.Ant.nam si episcopus absoluit principaliter quādo iuramentum est metu prestitum nec est necesse recurrere prius ad iuramēta suscipientis:vt.d.c.si vero.⁊ no.Inn.in.d.c.ad aures.ergo fortius in casu nostro.nam ex his que fiūt per metū obligatio etiā primaria acquiritur parti vt not.plene in.c.abbas.prealle.⁊ nihilominus episcop⁹ principaliter absoluit cōstito iusto metu.ergo fortius poterit in casu nr̄o in quo ex ꝓmissione nihil acquiritur parti.vt in dict.c.debitores.⁊ iuramētū principaliter dirigit̄ in deū vt ibi patet.ergo cōgruētius adhuc videtur qd ep̄s qui est dei vicarius in sua diocesi absoluat vt in.c.mulier.xxxiij.q.v.Item vbicunqȝ reperiūtur a iure duo remedia prodita videntur eque principaliter competere nec vnū est subsidiarium ad reliquum:vt.l.quoties.ff.de actio.⁊ obli.Nec obstat si dicat̄ qd.c.si vero.loquitur in papa quia in hoc recitat factū.nā cū episcopus possit absoluere vt.s̄.dixi:ergo procedit etiā in episcopo.An autem in absolutionis actu debeat episcopus vocare partē aduersam dicam.j.Itē intelligo qd hoc remedium competat intelligendo vt.s̄.dixi in precedenti remedio quādo scilicet anteq̄ terminus solutionis fiende immineat actus absolutionis posset expediri per supradictā rationē ⁊ predictū remedium absolutionis aperte sentit glo.in.d.c.debitores.in ver.cogēdi.Quartū remedium satis notabile si veritate fulcitur est:vt debitor cōuentus ratione iuramēti excipiat qd non debet cogi ad obseruātiam iuramēti cum ipse creditor teneatur propter suaȝ turpitudinē illud relaxare.⁊ sic illud sibi relaxari petit.⁊ qd hoc fieri possit videtur velle Fed.cōsi.cclxiij.alleg.no.per glo.in.c.pastoralis.de causa posses.et proprie.in gl.pe.⁊ facit quia per viam exceptionis potest peti restitutio in integ.l.nam postea.§.si minor.ff.de iureiurā.et hanc sententiam sequitur hic do.Anto.sed contra hanc opi.adduco ea que in precedentibus membris dixi.et dixit Fede.consi.ccc.vbi in fine dicit qd petens absolui a iuramēto debet preuenire terminum solutionis fiende non enim debet audiri post terminum cum inciderit in periurium quia frustra auxilium legis inuocat ⁊c.de vsur.quia frustra.facit quod no.Ioan.and.j.eod.debitores.vbi vult quod instante termino solutionis fiende non pōt peti relaxatio iuramēti ne interim incidat in periuriū.Ideo in premisso articulo sic dicerem qd aut lapsus esset terminus anteq̄ cōueniatur debitor:⁊ nō potest ꝑdicto modo excipere ne perseueret in periurio sed debet soluere ⁊ postea repetere.arg.j.eo.ca.debitores.Aut terminus non est lapsus sed mora cōmittitur ex sola interpellatione iuxta.l.sciēdum.⁊.l.mora.ff.de vsur.et post interpellationem non poterit supradicto modo excipere ne incidat in periuriū ratione predicta.Restat ergo dicere qd solum poterit sic excipere anteq̄ constituatur in mora soluēdi ⁊ qd possit liquere de turpitudine recipientis iuramentum anteq̄ instet terminus adimplendi iuramentū per predicta.⁊ hec puto verissima.Quintum remediū[b] est vt iudex ex officio suo compellat creditorem desistere ab exactione vsurarū.vt in.c.tuas.j.de vsu.et hoc remediū proderit qn̄ iurans nō cōstitueretur in mora sine interpellatione creditorum.nam alias nō esset tutū quia dies interpellaret pro homine.in.c.potuit.de loca.¶†Venio ad secundū casum quādo scilicet iurauit soluere ⁊ nullam qōnem mouere ⁊c.dico qd habet iste primū remediū scȝ soluēdi ⁊ postea re-

Sebasti. Sapia.

a ¶Lȝ iuramētū. Vide Spe.i ti.de legato.§.nūc oñdēdū.v.hoc q̄ȝ. Cardi.in cle.j.in xiij.q.de iureiur.bal.i aut̄.q̄cis.C.de nup.⁊ i.l.j.co.iij.C.de pact.vbi sentit qd ēt ptes pn̄t tacite remittere tale iur̄m.

Sebasti. Sapia.

b ¶Quintū remediū.Vid Lau.de robur in tract.de vsu.q.cxxiij.⁊ Oldr.in ꝯsi.xviij.ici.ex ordine videat̄.vbi tāgit an si petat̄ creditorez cogi ad relaxādum hm̄ōi iur̄m super vsuris possit iudex absoluere illū qui iurauit in cōtumaciam creditoris.

petẽdi nam non iurauit non repetere. et hoc iuramentũ est stricte intelligendũ.arg.in.c.ad aures.qȝ me.cau.Scȝm remediũ vt denũtiet ecclesie.nam nullũ iuramẽtum obligare potest quin possit quis denũtiare criminosum ecclesie vt in c.quẽadmodũ.in fi.ĩ.e.⁊ no.gl.in.c.ad nostram.ij.ĩ.e.⁊.c.veniens.de regu.⁊ in.c.autoritatẽ.xv.q.vj.dȝ tñ denũtians se fundare super salute ꝓximi ⁊ non principaliter super interesse suo.quia tunc obstaret illi iuramentũ:vt no.Host.in.c.quemadmodũ.Dicit tñ hic do.Anto.qȝ dupliciter potest venire iste denuntiãs[a].scȝ per viam denũtiationis euãgelice vel iudicialis ⁊ tunc habet seruare formã monitionis de qua in.c.nouit.de iud.⁊.ij.q.j.si peccauerit.Itẽ per viam cuiusdã intimationis vt iudex auisatus instet circa correctionem peccati:⁊ in hac non credit monitionẽ necessariã. nihil allegat.sed ego alle.bo.tex.in.c.ꝑterea.ij.de spon. vbi casus de hac intimatione que fit iudici ad pctm̃ obuiãdũ sine aliqua monitione.facit.c.tertio loco.de presump.sed primum dictũ do.Anto.vt habeat hoc casu locũ denũtiatio iudicialis mihi non placet: qȝ illa fundatur magis super interesse proprio q̃ super salute ꝓximi.Tertiũ remediũ vt petat debitor absolutionẽ a iuramẽto absqȝ eo qȝ faciat citari creditorẽ.⁊ hoc remediũ sentit Io.an.in predic.addi.in fi.dicens qȝ per eam non detrahit multũ iuri aduersarij. simile in liberto qui petit veniam a iudice vt possit agere cõtra patronum.l.quiqȝ.in prin.ff.de in ius vocã.sed hoc mihi non placet ex duplici capite. Primo qȝ satis exponit querelam de aduersario ꝓponẽdo ꝙ illicite eũ astrinxit iuramẽto. Scȝo quia non potest negari quin ex relaxatiõe iuramẽti fiat preiudiciũ creditori.ar.in.c.si.de fo.cõpe.lib.vj.ergo non debet fieri absolutio eo nõ vocato:⁊ vocari nõ potest quin aduersarius incidat in periuriũ exponẽdo querelã cõtra illũ.⁊ facit qȝ.ĩ.in fi.dicam. Quartũ remediũ vt iudex ex officio suo cõpellat creditores relaxare hoc iuramentũ vt hic.vel cõpel-

9 lat eos desistere ab exactione.in.c.tuas.ĩ.de vsu.¶ †Uenio ad scȝm principale mẽbrum qñ scȝ vsure sunt solute.Et primus casus fuit qñ iurauit non repetere ⁊ dico qȝ cõpetunt tria remedia. Primũ vt petat absolutionẽ huius iuramenti.arg.in.c.si vero.ĩ.e.⁊ declara vt dixi in precedẽti membro. Scȝm vt petat creditorem cõpelli ad ipsius relaxationẽ vt hic. Tertiũ vt denũtiet hoc iudici. Potest addi quartũ vt iudex ex officio cõpellat ad restituẽdum:vt est casus in di.c.tuas.⁊ declara hec omnia scȝm predicta. Secundus casus qñ soluit ⁊ iurauit nõ repetere nec vllam querimoniã facere nec denũtiare.dic qȝ hȝ remediũ denuntiãdi intelligẽdo vt.s̃.dixi in alio mẽbro. Itẽ iudex ex officio poterit creditorem cõpellere ad restituendum.⁊ declara vt dixi in scȝo casu

10 primi mẽbri.¶ †Nũc extra gl.quero quia.s̃.dixi iurantem soluere vsuras vel solutas non repetere posset petere relaxationẽ seu absolutionẽ iuramẽti.nũquid in hac absolutione debeat creditor vocari. Io.an.late ꝓsequitur in addit.predi.in vlt.q.⁊ tandem cõcludit qȝ quãdoqȝ iuramentũ est temerarium etiã ex parte iurãtis. ⁊ tũc non requiritur partis vocatio.vt in.c.cõstitutis.de testib.pro hoc qȝ tunc potius requiritur denũtiatio qȝ non sit ligatus q̃ relaxatio.⁊ intelligo hoc qñ manifeste constat iuramẽtum non ligare. nam in notorijs non est opus venire ad iudicium:vt in.c.qm̃.de fil.presby.si autem posset dubitari tunc puto aduersarium cui iuramẽtum fuit prestitũ vocãdum:quia cum sua intersit ne relaxetur.ergo dȝ vocari.iij.q.ix.omnia.⁊.c.caueãt.de cau.pos.⁊ proprie.c.j.⁊.l.de vnoquoqȝ.ff.de re iud. Si vero iuramẽtum non fuit temerarium ex parte prestãtis:vt in casibus premissis:tunc dicit qȝ siue agatur vt absoluatur ab obligatione cõtractus quem dicit vsurariũ:siue petat absolutionẽ a iuramẽto de vsuris intra certum tẽpus soluẽdis prestito:siue de solutione non repetẽda semper est pars aduersa vocãda:nisi taliter iurasset qȝ vocari non potest quin incideret in periuriũ. puta ꝺm eũ si iurauit illum in iudicio non vocare vel denũtiare.tunc enim poterit absolui creditore non vocato.hic enim non detrahitur iuri partis sicut cũ libertus petit veniã vt possit vocare dñm in ius.l.quiqȝ.ff.de in ius vocã.hec sunt verba sua.⁊ subijcit qȝ ꝓcedetur in hoc articulo ꝺm formam clem̃.dispẽdiosam.de iudi.idẽ scȝ qȝ pars sit vocãda.sentit Io.an.post Uin.in.c.debitores.prealleg.⁊ Fede.consi.ccc.vbi dicit qȝ petens absolutionẽ a iuramento pretendens cõtractum vsurariũ debet parte vocata ꝓbare saltẽ semiplene cõtractũ fore feneratitium. ⁊ valebit hec semiplena ꝓbatio ad obtinẽdum dũtaxat absolutionem a iuramento:sed postmodũ vt pronuntietur contractus vsurarius oportet qȝ plene fiat probatio nec illa semiplena facit fidem in hoc iudicio cũ ad aliud agatur nũc.

vt in.c.veniens.ij.de testi.⁊ plus dicit qȝ iudex ecclesiasticus nõ debet facere inhibitoriam iudici seculari ne procedat ad executionem cõtractus qui prima fronte non apparet vsurarius nisi parte vocata: sicut iudex ad quem non inhibet iudici a quo nisi vocatis partibus: vt in.c.romana.§.si vero.de appellat.lib.vj.dicit etiam ibi qȝ pendente questione an debeat absolui a iuramento non debet fieri inhibitio iudici seculari:quia corã iudice seculari agitur de executione instrumenti ⁊ coram ecclesiastico agitur de facto absolutionis.⁊ sic cessat.c.tuam.de ordi.cog. Et subijcit etiam ibi notabile verbum qȝ postq̃ quis incidit in periurium:quia non satisfecit in termino prout iurauit non auditur petens absolutionem sed cõpellitur satisfacere[b]:quia frustra legis auxilium inuocat ⁊c.de vsur.quia frustra.sed respectu principalis questionis refert domi.Anto.ĩ.eo.debitores.se audiuisse Paul.et Calde.consuluisse quod aut petitur absolutio a iuramento firmante contractum:et debet pars citari cum ex hoc contingat rescissio contractus et sic agitur de preiudicio partis. Aut illud iuramentum non firmat contractum sed petitur absolutio vt aperiatur via ad rescindẽdum contractum:⁊ non est necesse partem vocari:quia non preiudicatur parti.⁊ quia hec absolutio est potius penitentialis q̃ iudicialis.do.Ant.dicit se putare qȝ aut iuramentum non est obligatorium ex parte iurantis: ⁊ non requiritur vocatio partis.vt supra dixi secundum Io.an. Aut est obligatorium ex parte iurantis:sed cõtinet turpitudinem ex parte recipientis:⁊ tunc aut non est tãta turpitudo quin saltem sibi acquiratur secũdaria obligatio:⁊ debet pars vocari ratione sui interesse:⁊ maxime hoc procedit secundum eum si iuramentum firmat contractum cum ex absolutione sequatur rescissio contractus.secus dicit vbi tanta turpitudo versatur ex parte recipientis quod nulla obligatio ex iuramento sibi acquiritur nec cõtractus firmabatur iuramento. nam hoc casu cum nullum interesse possit pretendere: cum obligatio acquiratur soli deo non est necesse illum vocari:⁊ satis est quod absolutio fiat per illũ qui tenet in hoc casu locum dei.ponit exemplum in iuramẽto de vsuris soluendis,vel non repetendis prestito.nullum enim ius agẽdi nascitur ex parte secundum eum:licet vt quilibet alius possit iudici intimare qȝ iurans peccat non obseruando iuramentum. Et subijcit notabile verbum quod presupposito quod pars sit vocanda tamen tenet absolutio ea non vocata sicut dicitur in absolutione ab excõmunicatione vt no.in c.qua fronte.de appella. Item dicit sibi non placere premissum dictum.Sed quatenus dixit illum qui incidit in periurium non posse petere absolutionem quia iurans erat obligatus ad duo scȝ ad soluẽdum in termino ⁊ ad soluendum simpliciter.de do.⁊ cõtu.cum dilecti.⁊.l.celsus.ff.de arbi.qȝ si non soluit in termino incidit in periurium.sed quatenus remanet obligatus post terminũ potest petere absolutionem.d.Card.in.d.c.debitores.simpliciter tenuit cũ Io.an. et Fed.vt in absolutione sit pars vocãda cũ agatur de ipsius preiudicio ⁊ sic dicit se sepius cõsuluisse. Quid dicẽdum in tanta varietate[c]? certe multa ex predictis mihi non placẽt. et primo illud dictũ Io.and.in addi. predicta quatenus dixit qȝ si quis iurauit non vocare aduersarium nec denũtiare qȝ poterit absolui[d] absente parte cum non possit vocari vel denũtiari sine periurio.nam hoc est falsum respectu denuntiationis.cum vt.s̃.dixi nullum iuramentum possit ligare ad non denuntiandum cum sit cõtra preceptum euangelicum si peccauerit in te frater tuus ⁊c. Item negari non potest quin parti inferatur preiudicium ex hac absolutione cum sine ea non poterat in iudicio molestari per aduersariũ ergo debet vocari ante absolutionẽ vt suum ius defendat: vt in.c.j.de cau.pos.⁊ proprie.cum alijs superius alleg. Secundo non placet dictum Pau.⁊ Cald. quos sequitur do. Anto.in.d.c.debitores.in eo qȝ sentiunt cõtractum rescindi si tollitur iuramentũ quod firmauerat contractum.nam cum contractus ex interpositione iuramẽti habuerit suam firmitatem non debet corruere[e] licet nunc cesset causa cõfirmans ex quo non peruenit causa annullans vt probatur in

11 regula factum legitime.de regu.iur.lib.vj.¶ †Facit qȝ no. Bar.in.l.ex facto[f].ff.de vulg.⁊ pup.vbi post Ray.de forli. cõcludit qȝ si habens filios naturales tantũ fecit eos legitimari vt sibi succederent licet postea duxerit vxorem et ex ea habuerit filios legitimos nihilominus legitimati succedẽt vna cum legitimis ⁊ naturalibus:quia ex quo actus legitimationis est cõpletus ⁊ cõsummatus non debet irritari licet peruenerit ad eũ casum a quo non potuit habere principiũ.vt dicta regula factũ legitime.⁊ sic non sufficit a modo qȝ cesset

---

Sebasti.Sapia.

a ¶ Iste denũtiãs. Uide Lau.de rodul.in ꝑalle.trac.de vsur.q.xxxvj.⁊ Cal.i tit.de accu.cõsi.v.inci.denũtiat ecclesie.

Sebasti.Sapia.

b ¶ Cõpellitur satisfacere.vid Alexã.in ꝯsil.ccxxiiij.inci.visa facti narratione.in.ij.uo.

Sebasti.Sapia.

c ¶ In tãta varietate. Uide circa hãc.q.plura per Laurẽ.de rod.in ꝑall.trac.de vsur.q.xxxj.et per do.Frã.cur.in consi.xlvij.inci.in facti cõtingentia.col.vij.ver.aggrediẽdo.et do.Ias.i.l.nec q̃cq̃.§.vbi decretum.col.v.vẽ.octauo fallit.ff.de offi.ꝓcõ.⁊ leg.et Alex.i ꝯs.ccxxiiij.icip.visa facti narratiõe.co.iiij.v.ꝑterea.in.ij.volu.

d ¶ Poterit absolui. Põdera qȝ in odium recipiẽtis instrm̃ ꝯtingit vt eo nõ citato possit absolui.arg.c.ex tenore.de rescri.⁊ lȝ inferat illi ꝑiudiciũ iputet sibi qȝ ex parte sua illud cõtingit qȝ noluit ad iudiciũ vocari. And.barba.

e ¶ Corruere.nota ꝯtra hoc qȝ resoluta cã resoluit effect⁹ qȝ eo ipso ꝙ remouet iuramẽtũ ꝯtract⁹ est nullus nec dȝ factuȝ legitime.Andre.barba.

f ¶ L.ex facto.ad istud rñde qȝ habuit initiũ legitimũ.And.barb.

qō videat̄ in iudicē consentire: vt ibi innuitur. ⁊ ita trāsit Bart. hanc
etiam opin. sequitur hic do. Cardi. ⁊ semper mihi placuit. moueor. q:
suspicio cōsistit in animo: ideo ex cōiecturis inducitur ⁊ colligit̄. iuxta
id quod no. glos. in. c. adrianus. lxiij. dist. ⁊ in. c. si ille. xxiij. qō. iiij. eligen-
do ergo litigare super alijs exceptionibus corā iudice suspecto videt̄
illū approbare ⁊ renuntiare exceptioni suspicionis. Ad hoc bo. tex. in
c. insinuante. de offi. dele. vbi dicitur quis illico in iudicem cōsentire si
superueniente suspicione in personam iudicis coram illo litigat. Nam
10 eadem est suspicionis ratio in exceptionibus q̄ in principali. ¶ † Hinc
est qō iudex recusans non cognoscit de causa suspicionis contra eum
proposita. sed eligunt̄ arbitri: quia sicut est suspectus in principali: ita
⁊ in incidenti vt not. Inno. in. c. prudentiam. de offi. deleg. ita dicendū
in proposito. si enim habuisset illum suspectum ad quid coram eo liti-
gasset, super alijs exceptionibus. facit. optime. c. j. de iudicijs. vbi per
actum citra litem contestatā quis renuntiat declinatorie contra iudi-
cem: licet non inducatur iurisditionis prorogatio ꝟm vnam opinio-
nem. de quo tamen dic vt ibi plenius dixi. ⁊ per hoc tollitur motiuum
11 do. Anto. ¶ † Preterea iudicē impetrando videtur intantum in illū
consentire vt non possit amplius recusare: iuxta illud qō leg. ⁊ no. in. c.
insinuante. de offi. dele. ita dicamus cum eligit iudicis iudicium super
exceptionibus. Et satis bene facit iste tex. dum dicit ꝙ subeūdo coram
illis iudiciū illi exceptioni renuntiauit. ad idem ⁊ simile. in. c. j. de frig. ⁊
c. ad id quod de sponsa. ⁊ ad contraria que videntur obstare. s. satis est
responsum. Et satis mihi placet hec opi. cum tēperio posito in sexta
12 opi. quod etiam sentit Innoc. ¶ † Placet etiam illud dictum Joan.
andre. vt

a ¶ Contra iudi-
cem. Adde Ro.
consi. cclxix.
b ¶ Contestatio-
nem litis. vsqꝫ ad
quātū tp̄s possit
opponi declina-
toria iudicij. et
adde omnino hic
aliquos casus in
quibus dilatoria
exceptio opponi-
tur post lit. conte.
per do. Anto. in
c. dilectus. de re-
scri. ⁊ l. ij. in. ij. col.
adde hic gl. in. §.
biduū. in. ver. il-
lud. ⁊ in ver. q tūc
ij. q. vj. Et adde
ꝙ si exceptio re-
cusationis ꝯcer-
nit naturā vt q:
sit mutus vel furio
sus pōt opponi
e post lit. ꝯtest. h.
d. Archid. iij. qō.
vij. in sum. ⁊ per
Jo. an. in. c. scici-
tatus, de rescrip.
Anto. Francisc.
c ¶ Litis cōtesta
tio. Circa recusa
tionē iudicis qñ
fieri debat dicas
quod regulariter
debet fieri añ lit.
cōtest. nec potest
fieri post: vt per
Bald. in. l. fi. in. j.
col. C. de sen. ⁊ in-
terlo. ⁊ in. l. aper-
tissimi. in. j. col. C.
de ind. quod intel
ligeverūꝫ: nisi ta
lis suspicio īsur-
geret post lit. ꝯte.
q: tūc etiam pōt
opponi post. ita
ange. in. l. fin. C. de
fer. pre. l. nō distin
guemus. §. cum
quidam. ff. de ar-
bit. non tñ pōt ꝓ-
poni post conclu
sionem in causa
secundū Jo. an.
in. c. cū dilectus
de ordi. cog. nisi
forsan talis exce-
ptio recusatio-
nis fuisset occul-
ta q: tunc posset
ꝓponi etiā post.
ꝑ gloss. in. §. exce-
ptio. iij. q. vj. ⁊ hr̄
ꝑ Spe. in titu. de
recu. iud. in. §. iiij.
ver. quidam tñ. ⁊
de dila. §. nūc vi-
deamus. ver. pe.
⁊ de except. §. iiij.
in versi. ⁊ no. ⁊ de
materia plene
habetur. in. c. su-
spicionis. ⁊ in ca.
insinuante de of-
fic. deleg.

a ¶ Possit pponi. Adde Paul. de a ca. cōsil. lxxxiij. in primo impressis. ang. ɔsil. clxxxvij. Zacharias.

b ¶ In causa appellationis. Ad de Bal. in addi. ad Spe. in tit. de instr. edi. ver. ille qui appellat. Sebasti. Sapi.

b ¶ In cā appellationis. Nūquid aūt exceptio q̄ d̄ bebat opponi intra terminū prefixū a iudice possit oppōi in cā appellationis: vide Fel. c. pastoralis co. xj. v̄s. dū subdit abba. s. de excc. ꝛ ꝙ non possit oppōi i cā appellatiōis ꝙ fuit omissū malitiose i cā principali: tꝫ do. Ant. Car. et Jmo. in. c. super his. in fi. j. d̄ accu. ꝛ Fed. de se. in ɔs. xxiij. inci. titi⁹ elect⁹. ꝛ in ɔs. cij. ici. nobilis qdā. late Fe. in. c. ad audientiā. ij. col. xvij. v̄. omissum i pıncipali. s. de rescri.

c ¶ Nō dꝫ audiri. Adde an exceptio omissa i p̄ncipali possit opponi in cā appellationis. Alexā. cōsi. xxxij. iiij. lib.

d ¶ Snia. No. casus i qb⁹ vꝫ snia ɔ sniaꝫ. ꝛ. d̄ h̄ vid̄ plene p Bal. in. l. post sniam. circa p̄n. C. de sen. ꝛ gl. in. l. j. C. sen. resci. nō pos. p glo. post bar. in. l. j. C. qñ p uoc. non est neces. vbi Ange. addit duos casus i qb⁹ vꝫ snia ɔ sniaꝫ. p̄mus est i casu. l. j. §. fi. ff. de qō. scōs qñ cā est talis nature ꝙ nō reqrit instātiā: sed in ea procedit̄ de facto ꝛ summarie. ꝛ ita d̄t eē casuꝫ d̄ executione instrorū: ꝛ in. c. cū dilecta. i v. co. de off. dele. ꝛ in. c. pastoralis. i prin. in. xj. col. de rescr. ꝛ d̄ hoc articulo vide late p eum in repe. c. ab excōicato. in. viij. col. de rescri. et in c. cām. el. ij. in. iiij. colū. q fi. sint leg.

andr. vt exceptio per quā neget̄ iurisditio semper possit proponi^a qꝛ semper tēdit ad iudicem declinandum: ꝛ ideo nō videtur in iudicem consentire iuxta no. in. c. si a iudice. de app. lib. vj. secus autē in aliјs declinatorijs: qꝛ ille tendunt ad differendum iudiciū: sed non contra iudicem imo presupponūt iudicē hr̄e iurisditionem cū ad ipsum spectet sentētia ꝛ hec no. qꝛ habes plene ꝛ clare hūc articulū pleni⁹ ꝙ̄ alibi declaratū. ¶ Quero que sunt ista priuilegia de qbus rescriptū debeat facere mētionē. Sol. dicit gl. in v̄s. videtur. de priuilegijs: ꝙ forte concedebāt monasterio ius eligendi. ex quo glo. videt̄ velle ꝙ de priuilegio cōcernēte merita cause ꝛ eius peremporiū sit in rescripto ad lites concesso fienda mentio quod simpliciter non procedit ar. in. c. j. de lit. cōte. li. vj. Vñ tene qd̄ no. in. c. cū ordinē. de rescr. ꝛ ad istum tex. dic scdm do. Ant. ꝙ procedit qñ rescriptum habet aliquā clausulā priuilegiatā detrahētem priuilegio vel forte vt arbitror priuilegiuꝫ monasterij habebat clausulā derogatoriam ad rescripta certa forma nō seruata vt in simili habet̄ in. d. c. cum ordinem.

13 ¶ † Sol. vlti. procedit multum intricate: sed diuidēdo eā quo ad intellectū facit tria ɔtra. Primo eīn opp. ꝙ cum sentētia fuisset hic lata cōtra monasteriū debuissent monachi audiri per viā restitutiōis in integrū propter necessariā pbationem omissam: vt in. c. auditis. s. de in integ. resti. ꝛ. c. j. eo. ti. li. vj. Sol. glo. fatetur cōtrarium si monasteriū petijsset restitutionē in integ. sꝫ nō petijt hoc intellige qñ lesio tangit ecclesiā: secus si personas ecclesiarū ꝛ eorū iura. de quo vide bo. glo. in cle. j. de in integ. resti.

14 ¶ † Scdo principaliter gloss. op. exceptio peremptoria in cā principali omissa: potest opponi causa appellationis^b: vt in. d. c. cum Joannes. de fi. instr. ꝛ. l. per hāc. C. de tēp. app. sed isti monachi appellauerūt a sententia lata ɔtra monasteriū: vt ptꝫ in decisa. ergo male dicit litera qd̄ est eis imputādū quare nō opposuerūt tūc. Sol. glo. refert Joā. dixisse hanc decre. procedere quando quis omisit scienter ꝛ dolose exceptionem primo proponendā causa fatigādi aduersariū suum. secus si ignoranter omisisset exceptionē proponere. hec sol. non placet gl. quo ad istū text. qꝛ ex litera non apparet de dolo et malitia istorū monachorū. Sꝫ no. tu sol. istā in se valde singularem ex qua infertur mirabilis limitatio ad iura superius allē. vt ex peremptoria nō possit opponi in appellationis causa qñ scienter ꝛ dolose fuit omissa in causa principali: sed Jo. an. dicit se nō putare ꝙ hoc dixerit Jo. ad solutionē huius cōtrarij sed alterius qd̄. j. subijciam. sed hoc dictū. Jo. placet Phil. qd̄ omnino putat veruꝫ Hosti. alle. in arg. s. de excep. c. exceptionē. insti. de excep. §. item si in iudicio. Jo. and. dicit ꝙ illa decre. exceptionē facere videt̄ potius cōtra: qꝛ ibi qui nō opposuit exceptionem tpe debito malitiose: post tempus audit̄: sed condēnatur in expensis. sic videtur dicendum in hoc casu vt audiat̄ iste qui tēpore debito non opposuit exceptionē rei iudi. sed cōdemnetur in expensis. Sed tandem Jo. an. sequit̄ Host. qꝛ decre. illa exceptionē ponit casum specialem in excōicatione vt satis apparet ibi in tex. propter causas que habentur in. c. pia. de exce. lib. vj. ergo eius contrarium est generale vt is qui malitiose non opponit exceptionem sibi cōpetētē debito tēpore: ꝛ facit hoc causa fatigandi aduersariū postea volens opponere non dꝫ audiri^c. facit de prebē. presenti. §. loca. li. vj. et qd̄ ibi not. Et hec opin. v̄r hic placere. do. Anto. ꝛ facit optime qd̄ no. glo. in. c. ad audientiam. s. de rescri. et satis placet mihi. ar. c. ex tenore. ꝛ. c. sedes. de rescri. et xj. q. iij. priuilegium. omnia eīn debent suis tēporibus conuenire. xxiij. q. iiij. si ecclesia. Itē appellatio sunt inuenta vt esset p̄sidiū innocētie ꝛ grauaminis releuatio: non autē vt defenderet appellantē in sua malitia: vt in. c. suggestum. ꝛ. c. ad nostrā. de appel. ꝛ tene hoc semp menti. Qualiter autem pbabit̄ iste dolus seu malitia. dic ex cōiecturis: vel qꝛ ipse aduersarius hoc dixerit extra iudiciū.

Secundo glo. soluit cōtrariū supra formatum ꝙ

15 hic non fuit appellatum a diffinitiua. ¶ † Quinimo nec potuissent isti appellare ab ea: qꝛ ɔtumaciter recesserunt friuole appellādo ab interlocutoria in eo ꝙ primi iudices noluerūt admittere exceptionē recusatiōis hec sol. est bona in se: qꝛ appellās friuole manifeste non audit̄ volēs postea a diffinitiua appellare: vt in cle. vna. de do. ꝛ ɔtu. sed not. gl. qd̄ illa cle. habet locū etiā in causa ecclesie qd̄ an sit verū: indistincte vide qd̄ leg. et not. in. c. impatorū. de iura. calū. ꝛ. c. j. vt lit. non conte. vbi dixi an cōtumacia pcuratoris noceat dño vt appellare nō possit. facit etiā qd̄ dixi in. c. j. de do. ꝛ cōtu. ꝛ in. c. fi. de iura. calū. §. j.

16 ¶ † Tertio p̄ncipaliter op. glo. ꝙ ex alio capite snia ista fuit nulla quia lata cōtra rem prius iudicatā. ꝛ sic citra appellationē debuit monasteriū sancti. A. audiri: vt. l. j. C. qñ prouo. non est neces. ꝛ. ij. qō. vj. §. item si sententia. cōtra. sol. colligēdo eius mentē dat tres solutiones. Prima est ꝙ sentit Jo. applicando eius dictū ad hoc cōtrariū qd̄ v̄r fuisse ex ipsius mente: qꝛ contrariū pcedit nisi scienter et dolose causa fatigādi aduersariū suum quis omiserit exceptionē rei iudicate opponere. quo casu intelligebat istum text. ꝛ est notabilis limitatio ad iura prealle. ꝛ potest defendi per superius dicta: sed non placet hec sol. gl. sed transit ad secundā solutionē dicens. ꝙ snia valet cōtra primā si de ea nō fuit oppositum siue ignoranter siue scienter: vt satis videt̄ innuere hec litera. imputandū eīn est nō obijcienti vt dicit̄ in text. Tertiā solutionē sentit gl. in fi. ꝙ hic non fuit prima sententia etiā nunc ostensa: licet fuerit allegata pape. sed hec sol. parum valet ad materiā qꝛ text. presupponit ꝙ etiā si nunc ostenderet̄ non dꝫ sentētia pretextu probationis nouiter reperte retractari. Et sic habes ex

d predictis duos casus in qb⁹ valet sentētia^d scda cōtra primā. Ponit glo. ꝛ quatuor alios casus q tamē nō faciunt ad intellect⁹ huius. c. sed ad materiā ampliandā. Ad vnum tñ ex illis aduerte in quantū dicit ꝙ in causa publica valet scda cōtra primā ex probatiōe nouiter reperta: vt in. l. imperatores. ff. de re iudi. ꝛ per illum tex. idem dicit ibi gl. in cā eccl̄ie. qꝛ iura ecclesiarū dicunt̄ publica. j. di. ius publicum. ꝛ. ff. de iust. ꝛ iure. l. j. §. publicū. Sed Jo. hic no. cōtrariū dicēs ꝙ hoc casu ecclesia nō equiparatur reipubice. ꝛ hoc verius. vnde opus est vt eccl̄ia hoc casu petat restitutionē i integrū vt pbat in. c. suscitata. s. de in integ. rest. facit. c. j. pri. ꝛ ibi hoc sentit Jo. an. post Gof. super gl. fi. ꝛ do. Ant. hic: ꝛ hoc teneas ꝛ probat̄ iudicio meo aperte hic in ver. alioquin. Quartus casus cū iudex expresse reprobat sniam primaꝫ corā eo pductā: vt pbatur hic in v̄. nō obstāte f̄m vnum intellectum. ꝛ. j. ꝛ. c. pri. Quint⁹ casus cū reuocat̄ in dubiū: an snia fuerit lata ꝛ iudex pnūtiat non fuisse pnūtiatū: vt in. l. j. in prin. ff. q̄ sent. sine app. e

17 rescin. ¶ † Sextus in casu. l. admonendi. ff. de iureiur. i. cū sententia fuerit lata p probationem nō integrā puta iudice iuramentū parti deferente. nā superuenientibus probationibus potest prima sententia reprobari vt ibi: ꝛ hoc casu dic vt plene not. ibi. ꝛ in. c. fina. de iureiur. vbi dixi.

Additio. Potes addere septimum casum: vt colligit̄: qñ imminet periculū animarū. Et p hoc habes declaratā to-

18 tā gl. ¶ † Sed nūc extra glo. attēde. Nā circa primū intellectū huius. c. sunt varie opiniones inter doctores vtriusqꝫ iuris glo. eīn hic tenet: vt. s. di-

e xi ꝙ scda sententia directe ɔtraria prime tenet^e si de prima non fuit exceptū: siue scienter: siue ignoranter nō fuerit ostēsa. ꝛ ita glo. intelligit istū tex. Si aūt pria snia fuit allegata ꝛ ostēsa nec expsse reprobata non tenet scda. ꝛ sic intelligit. l. j. C. qñ prouo. non est neces. Jo. an. vt. s. dixi posuit secundam opinionē: vt. l. j. procedat quādo nō dolose sententia nō fuit allegata: istud. c. quando dolose causa fatigandi aduersariū fuit tacita. Tertiam opinionē posuit Inno. in. d. l. j. vt procedat quando de prima snia non fuit oppositū nec probatū

itē vide Archi. ꝛ v̄. itē si snia. lata fuerit ɔ reū. ij. qō. vj. vbi d̄t ꝙ in notorijs snia fert̄ ɔ sniam ēt si null⁹ oblatus fuerit libellus. ꝛ ita dicit Host. i. c. cū oliꝫ. de re iud. ꝛ vid̄ oī no i ista materia ēt gl. ꝛ Archi. in d. v̄. itē si snia. et bar. i. l. nā et post ea. §. si dānet̄. ff. de iniu. ꝛ in. l. duo h⁹. d̄ exce. rei iu. ꝛ oīno Pau. d̄ ca. in. d. §. si dānetur. et per dom̄. An. in. d. c. qm̄ ɔ. i vlti. co. de pba. ꝛ in. c. aduersario. i vlt. col. de exce. et ad de qd̄ lꝫ f̄m cōes snias doct. hic et vbiqꝫ vꝫ snia lata ɔ sniam a diuerso iudice in diuersa instātia. tñ snia lata ab eodē iudice ɔ primā interlocutoriā prius latā nō vꝫ nisi expsse appareat ꝙ hoc fecerit aio reuocandi primā. ita not. decidit Bart. in l. ꝙ iussit. in vlti. q. ff. d̄ re iud. quē sequit̄ iste in. c. cū olim. s. e. qd̄ tene mēti: qꝛ est not. limitatio ad istam materiā de q̄ faciebat magnum festum do. meus Franc. de are. in voce legendo. d. c. cum olim.

¶ Adde an valeat snia ɔ sniam: Rom. cōsi. ccccx. cōtra opi. Bart. Zacharias.

e ¶ Tꝫ. Tu dic ꝙ ista est vera et stabilis et firma conclusio ꝙ snia ɔ sniam lata est nulla vt p Lāfr. de oria. in ca. qm̄ ɔ. in prin. nu. 22. v̄s. stat maxima difficultas. s. de pba. ꝛ ibi in apo. meis eūdem in. l. admonēdi. col. ij. circa prin. de iureiu. Fran. are. in l. ait pretor. §. si dānet̄. ff. de iureiu. Phi. cōsil. ccxvj. incip. multū. volu. j. Alexan. consi. xxxiij. vol. j. ꝛ cōsil. xv. colū. fi. eo. li. et Barth. sozi. in suo trac.

fallentia. regula. cccliij. vbi limitatiue ibi. iiij. restrictiõ de quibus ibi procedetur.

arg. in. l. quod in d iem. ff. de compẽ. Istud ca. intelligitur quando fuit proposita exceptio rei iudicate sed instrumẽtum non fuit productum vel alia probatio. hec sol. ad istum tex. diuinat sicut precedens sol. Io. Quartã opi. posuit hic Ioã. and. sic ad propositũ distinguendo ꝙ aut fuit disputatũ de viribus prime ⁊ tunc valet secũda vt dr in glo. Aut non fuit de hoc disputatũ: ⁊ tunc aut is pro quo facit snia sciẽter ⁊ dolose omisit illa vti: tunc valet secũda per. d. c. exceptionẽ. ⁊ alia iura superius inducta. ⁊ hoc casu intelligit istũ tex. Idem dicit si res iudicata opponitur sed non probatur vt dixit Inn. Aut scienter sed non dolose: ⁊ tũc non valet secunda. Aut omisit ignorãter: ⁊ tũc lȝ quidã dicant qꝺ si iudex sciuerit tunc non valet sententia: secus si ignorauerit. ipse tamẽ tenet sniam non tenere cum pars ⁊ iudex ignorauerũt: quia non est equũ vt beneficium ignorantie partis ledatur ꝑ ignorantiam iudicis per quã potius iuuari dꝫ. ad hoc. s. de rescr. ex parte decani. Nec obst. ca. si duobus. j. de app. ⁊. l. si forte. ff. de off. presi. loquũtur enim cum procedit: quia iudex nõ est quo casu ponderatur sciẽtia ipsius vel ignorantia. Et predicta dicit locum habere siue pro actore agẽte: siue contra ipsum pro reo fuerit prius iudicatum cũ predicta. l. j. non distinguat. ⁊ facit qꝺ ibi no. in fi. vlt. gl. Sed certe hec opi. Ioã. an. diuinat ad istũ tex. cum hic in nullo allegatur malitia alterius partis: quinimo iudicio meo si non erro ipse et Inn. si fas est sic cõtra tantos viros loqui dicit expresse contra istum tex. in fi. vbi papa referendo se ad primam sniam dicit ꝙ preterea instrumentorum nouorũ lites non debẽt instaurari: ⁊ sic presupponit secũdam sniam valere. licet omnino cesset dolus partis ⁊ detur penitus ipsi⁹ ignorantia ita qꝺ nunꝗ fuerit allegata. Quintã opi. ponit Bart. in. l. j. C. qñ prouo. non est neces. sepius alle. vbi firmat ꝙ tunc nõ valet secũda sentẽtia cõtra primã quando ambe fuerũt late ex eadẽ instantia. ⁊ sic intelligit istũ tex. si autem ex diuersis instãtijs tũc semper tenet secunda. alle. pro hoc vlt. quod legitur ⁊ no. in. l. si duobus. ff. de exce. rei iudi. ⁊. l. j. C. si plu. vna sen. mouetur ad hoc quia causa quare non valet secunda snia est quia reperitur lata sine instantia cum per sniam pereat instantia. l. grece. §. post litẽ. ff. de fideius. ⁊. l. cũ apud. ff. de iud. solu. Item quia iudex est per sniam functus officio suo. vt in. c. in literis. s. de offi. dele. ⁊. l. iudex. ff. de re iudi. ⁊ he rationes militant solũ qñ sententia fertur ex eadem instantia: secus si instantia reuocatur. Quidam tamen dixerunt ꝙ ideo nõ valet scđa sententia: quia prima fecit ius: ⁊ sic secunda videtur lata contra ius. Hoc dictum reprobat ibi glo. ⁊ Bar. quia non est expressus error in snia. Preterea ꝓm Bar. snia lata cõtra ius non redactum in corpore iuris non est ipso iure nulla. vt. l. cum prolatis. ff. de re iudi. sed illa prima sententia non erat redacta in corpore iuris: ergo ⁊c. Alij dicũt hoc contingere vt sit litiũ finis. ⁊ in hoc resident communiter gl. iuris ciuilis. ⁊ sequitur Bald. in. d. l. j.

19 ¶ † Sed non placet Bart. quia eadem ratiõe nõ valeret sententia lata cõtra iuramentũ vel trãsactionem: cũ iusiurandum ⁊ transactio sint introducta vt sit litium finis sicut ⁊ sentẽtia. vt. l. j. ff. de iureiu. ⁊. l. fratris. C. de transac. Sed vtrũqꝫ est falsum. primum probatur in. l. nam postea. §. si dampnet. ff. de iureiurã. secundum ꝓbatur in. l. eleganter. ff. de cõdi. inde. quare stat in ratione super. ie dicta ex quo infert ad opi. suam prealleg. Sextam opi. posuit hic do. Ant. reprobãdo Bar. in dicto ⁊ in ratione. nam dicit qꝺ dictum Bart. nimis restrinxit tex. illius. l. j. que indistincte dixit non valere secundã contra primam. Item videtur contra hunc tex. seu eius rationẽ qui se fundat sup validitate secunde: quia prima nõ fuit iudicibus ostensa. Item. l. j. ff. que senten. sine appellat. loquitur qñ sententie sunt late in diuersis instantijs: et tamen excipit solum casum qñ reuocatum fuit in dubiũ an prima fuerit lata: ⁊ per consequẽs non placet sibi ratio Bar. quare non valet secũda cõ-

Ad. Sebasti. Sapi. 8 ¶ Quintã opin. Cõis snia est cõtra Bar. ꝓm do. Ant. de but. i. qõ. xxvij. incip. viris pũctis ⁊ quesitis. vide Ias. in. l. nã ⁊ postea. §. si dãnet. ff. de iureiurando.

20 tra primam. † Assignat ergo ipse aliam rationem: scilicet quia sentẽtia facit notoriũ ⁊ sententia lata contra notorium est nulla: vt dixi in. c. inter cetera. s. eo. ⁊ hoc dicit sentire Pe. post Cy. in. l. j. C. de senten. vbi dicit ꝙ causa est quia sententia debet ferri super dubio nõ autem super certo. vt in. d. c. inter ceteras. Ex hac ratione cõcludit ad questionẽ nostram quia indistincte sententia lata contra sententiam etiam in diuersis instantijs non tenet quando sententia fuit prius iudicibus ostensa: et non reuocant in dubiũ de viribus eius vel instantia eius statim iudex pronuntiat contra illam: quia videtur lata contra notoriũ. Ubi autem prima non fuisset ostensa tunc valet secunda: quia iudici non constabat de notorio. Nec facit do. Ant. differentiã an dolose vel nõ dolose omiserit pars opponere de prima. Item an scienter vel ignoranter. quia qñcunqꝫ omiserit sententia nõ reperitur lata cõtra notorium de quo iudici cõstat. ⁊ hec opi. est cõtra Bart. ⁊ Ioan. an. sed in effectu incidit in primam opi. gl. nostre quam etiã sequitur Bal. in. l. j. C. qñ prouo. vbi dicit ꝙ ratione more in producendo primã: valet secunda contra primam. alle. istum tex. cum gl. ⁊ hoc quia prima sententia trãsit in rem iudicatam existenter: sed non apparenter ex quo non fuit producta. addit tamen alium casum quo valet secunda contra primam: scilicet qñ is qui habuit primã sententiam reperitur in culpa vt quia iterum voluit agere ⁊ succubuit. alleg. l. si duobus. ff. de excep. rei iud. Ille tñ tex. hoc non probat sed fuit illa opin. quorundã antiquorũ: ⁊ istum sentit hic Io. an. vt patet ex predictis. Et in hoc Bal. facit quatuor mẽbra. Aut enim sententia transiuit in rem iudicatã apparenter ⁊ existenter: ⁊ non tenet secũda contra primã nisi ratione culpe: vt predixi. Aut transiuit in rem iudicatam apparenter sed non existenter. sed quia sententia erat nulla ⁊ valet indubie secũda. ar. in. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. Aut existenter: sed nõ apparenter: quia non fuit oppositum de sententia et tenet secunda ratione more ⁊ ignorãtie vt hic. Aut nec existẽter: nec apparenter trãsiuit in rem iudicatam: puta quia prima notorie non tenebat vel fuit appellatũ ⁊ indubie tenet secunda. Ego simpliciter sequor opi. Bar. vt lata ex diuersis instãtijs semper teneat mouet quia aut de prima non fuit oppositũ: ⁊ casus apertus est hic qꝺ teneat aut fuit oppositũ ⁊ probatum nihilominus iudex tulit contrariam sententiam: ⁊ dico idem quia ferendo contrariã sententiã videtur primã ex aliquo casu reprobasse: quia prima sententia causat exceptionẽ peremptoriam. vnde cum iudex nõ teneatur specifice pronuntiare super peremptorio sed super principali: quia pronũtiando super principali: satis videtur pnũtiare super peremptorio. vt leg. ⁊ no. in. c. j. de ordi. cog. dando sententiã cõtrariam prime iam ꝓducte videtur super ea pnuntiasse illam reprobando. ⁊ de hoc videtur casus hic ꝓm vnũ intellectũ intelligẽdo ꝙ illa verba posthabita: sunt vna dictio vt sit sensus posthabita: idest postposita ⁊ abiecta contrariũ statuissent ⁊c. ⁊ hũc intellectũ ponit gl. in ver. posthabita. Si autem volumus tenere aliuꝫ intellectũ: quem etiam ponit illa gl. vt sint due dictiones: ⁊ tũc sit sensus ꝙ ostensa sententia iudices contrariũ statuissent: ⁊ ad hunc sensum adducit do. Ant. istum tex. pro se dico ꝙ non probat litera ꝙ secũda sententia non tenuisset. sed dicit ꝙ contrarium statuissent. Sed ꝙ sententia ha-

21 beat tenere adduco tex. j. c. proxi. in fi. † Nam priuilegiũ facit notoriũ: vt no. Inno. in. c. ex insinuatione. de app. ⁊ tamen tenet sententia lata contra priuilegiũ: quia iudex sententiando contra illud videtur illud reprobare: vt ibi aperte dicitur. Nam notorium primum inficitur per contrariam sententiam quia vt predixi debemus presumere iudicem

22 fuisse ex aliqua causa rationabili motũ. s. eo. causam. † Nã ⁊ trãsactio et iusiurandũ inducũt notorium: ⁊ tamẽ tenet sententia contra illa: vt. s. dixi. ⁊ ibi interuenit a principio consensus partiũ ⁊ in sentẽtia nõ: ⁊ sic deberent esse maioris roboris ꝙ̃ sentẽtia: ⁊ nihilominus tollũtur per contrariã sententiam. Idem ergo ⁊ fortius debemus dicere in sententia cõtra sententiam. Et per hoc tollitur ratio. d. Ant. ⁊ eius dictũ. Nec obst. d. l. j. loquitur enim indistincte: quia indistincte non potest intelligi: vt patet hic in tex. Nec obst. d. l. j. ff. que sentẽ. quia potest intelligi quando secunda fuit lata in casu dubij super eadem instantia vel si vis intelligere ꝙ super diuersa: dic ꝙ dubiũ fuerat ibi: quia secũda fuerat lata directe cõtra veritatẽ: quia fuit pronuntiatũ ꝙ non fuerat aliqua sentẽtia lata: sic nõ videbatur valere. arg. c. ij. de pur. vul. ⁊ nihilominus concluditur ibi ꝙ valet. Fortius ergo dꝫ valere qñ fuit producta ⁊ tacite reprobata per cõtrariã sniam: quia tunc nõ fertur secũda contra veritatẽ debemus ꝓsumere ꝙ ex aliqua iusta causa fuerit prima reprobata: vt in. d. c. causam sicut presumimus iustitiã qñ fuit in dubium reuocatum de viribus prime: vt. s. dictũ est in glo. nam inter tacitum ⁊ expressum nõ debet esse differẽtia. l. cũ quid. ff. si cer. peta. ⁊. l. de

23 quibus. ff. de legi. † Preterea ꝓbationes facte in iudicio inducunt notorium: vt leg. ⁊ not. in. c. cum olim. de ver. sign. ⁊ tamen tenet sentẽtia

24 cõtra probationẽ. d. c. causam. ⁊ predicta no. ¶ † Nũc extra gl. primo quero: quia tex. dicit in secundis literis fienda est mentio nedum de primis: sed etiã de processu: nunquid sufficit mentio generalis, ⁊ videtur ꝙ sic: quia prolixitatem actorum non posset forte recipere pergamenum. Sol. dicit Hosti. hoc esset arbitrium: ita tamẽ ꝙ fiat specialis: et expressa mẽtio de principalib⁹ articulis. s. de rescri. cũ dilecta. Item de exceptione. s. de ꝓcur. in nostra. §. fi. de ordinationib⁹. s. eo. cũ olim. s. titu.

¶.ti.j.veniēs.de iudicibus et litigantibus:de his de quibus agit.¶.de do.et contu.ex literis.vbi de hac materia. et in snia ita est interpretandū vt rōq mouet delegantē moueat delegatū.¶.de rescr.sup literis.in fin. Et si delegatus remaneret dubius cōsulat delegantē.de sen.excō.inter.et de iud. cū venissent et optime loquit.et doct.cōiter in hoc eū sequuntur.et idem dic cum causa eripitur a manib⁹ ordinarij:vt.¶.dixi.

25 ¶ †Quero vlterius an pmot⁹ ad regimē monasterij possit
a vocari abbas anteq̄ benedicat[a]:Videt primo q non:sed dz interim vocari electus:lz sit electus et cōfirmatus.ar.hic in fi.sic et consecratio tribuit nomē epale:an vero vocat electus lz sit ɔfirmatus vel p papā pmissum.vt legit et no.in.c. tua.de his que fi.a pla.et de vsu pal.in fi.vbi patet q non appellat quis archieps ante palliū. Host.tenet hic ɔtrium in abbate.alle.c.j.de sup.negli.pla.et de accu.meminimus.et in cle.attēdētes.de statu reg.ṽ.statuim⁹.in qbus iuribus satis bene pbatur q ante bn̄dictionē etiā potest dici abbas. et sic transeunt cōiter doc.hic.et idē firmant in.d.cle.attendētes.et per illūter.dicūt q cū hec benedictio abbatis referatur potius ad cōsuetudinē et solēnitatē quādā q̄ ad substantialia: vbi patet si nō est consuetudo in monasterio q abbas benedicat:poterit sine bn̄dictione monachos suos bn̄dicere: et alia ad suū officiū spectantia exercere.ar.opti.in.c.j.de sup. negli.pla. Quinimo plus dicit ibi Joā. de lig.post Lau.q cū hec benedictio sit de solēnitate et non de substantia poterit abbas vti ante bn̄dictionē baculo pastorali.qd̄ est bene no. Et idē eadē ratiōe puto dicēdū de annulo et mitra:cum vsus istorū pōtificaliū ɔcedat abbatib⁹ potius ad decorē suarū ecclesiarū q̄ ad significationē eorū ad q̄ in episcopo fuerūt instituta:vt patet in.c.vt apostolice.de priui.li.vj. et ibi per Jo.an.hoc satis patet in cardinalibus presbyteris qui ex priuilegio vtūtur epalibus insignijs et cōferunt minores ordines et solēniter benedicūt:et tn̄ nihil habent vltra sacerdotalem ordinē.vt no.Jo.an.in.c.j.de sup.neg.pla.super gl.ij. Qualis aūt sit bn̄dictio abbatis an ordinaria vel simplex.vide bonā glo.in cle.attendentes.preal.et qd̄ no.Joan. an.in.c.tuā.de eta.et qua.et.d.c.j. Et an diebus p̄uatis possit fieri.dic vt no.Jo.an.in.c.cū cōtingat.de eta. et quali.et vide ad materiam quod no.in.d.cle.attendentes.

1 ☞ Confessio procuratoris nocet dn̄o et q ecclesia sit dn̄a dūmō sit cōstitut⁹ a prelato et capitulo:als nō p̄iudicabit. Confessio solius prelati non nocet ecclesie.
2 Possessorio recuperād: sup iure subiectionis agens :quid probare debeat.et quomodo pronuntietur.nu.3.
4 Snia lata cōtra priuilegiū principis etiā iudici ostēsum valet:et iudex censet illud priuilegiū reprobasse ex aliqua cā.
5 Sententia lata etiā contra ecclesiam que transiuit in rem iudicatam non retractatur per instrumenta de nouo reperta nisi per viam restitutionis.
6 Sententia lata in causa publica retractatur per instrumenta nouiter reperta.
7 Petitorium et possessorium si simul intententur potest iudex super possessorio pronuntiare:si super eo viderit rem clarā circa petitorium vero ad vlteriora procedere.
8 Instrumentum an censeatur reprobatū ex eo q ɔtra ipsum feratur sententia.
9 Exceptiones si non admittantur censentur reprobate.
10 Sententia postq̄ trāsiuit in rem iudicatam non retractatur per instrumenta de nouo reperta tam in causa ciuili q̄ criminali.ratio est vt.ī.nu.13.et 17.
Indebitum si fuerit solutum vigore sententie indebite late an possit repeti.
11 Condemnatus si ante executionem sententie reperiatur innocens non potest sine licentia principis relaxari.
12 Testes possunt examinari post conclusionem in causa et ante sententiam super articulis non directo contrarijs ad innocentiam in causa rei criminalis.
Pena imposita per iudicē indebite vel aliter incōgruēter non potest per iudicē reduci:sed oportet q princeps adeat.
14 Sententia continens notoriā iniustitiam potest retractari licet transeat in rem iudicatam.
15 Sententia lz transiuerit in rem iudicatam potest retractari si pars pro qua est lata confiteatur eius iniustitiam.
16 Sententia rescinditur si pars ex legitimo impedimento nō potuit probationes adducere.

Vborta. Tenet snia lata cōtra priuilegiū ostēsum vel non ostensum si ab ea nō fuerit appellatū vl' supplicatū. Diuidit in tres ptes. In prima p̄mittit processum et sententiam sup possessorio latā. In secunda ibi:verū, cōmittit ipsius executionē et causam super petitorio. In tertia ibi:iudicibus.petitionē diffinit: diffinitū moderatur:et qddā soluit obstaculū. ¶ Casus literalis. Inter epz Meldeñ.et monasteriū Attrevatēse sup subiectione ipsius monasterij cōtrouersia vertebat:ppter hoc partibus in pn̄tia dn̄i pape cōstitutis petyt pcurator epi restitui ad quasi possessionē obediētie in eodē monasterio.qua ipsum monachi spoliarāt:qr per ɔfessionē pcuratoris monasterij constitit epm quasi possessionē obediētie in eodē monasterio habuisse.papa ipsum restituit ad eandē.verūtamē qr ex parte monasterij quoddā priuilegiū Innocētij pape exhibitum fuit a in iudicio qd̄ plenā libertatē monasterij exprimebat.mādat papa qbuidā iudicibus vt epm restituāt in quasi possessionem obediētie quo restituto nisi eps cōtra priuilegiū aliqd̄ rationabile ostēderet super subiectione monasterij silētiū imponāt eidē.iudices p̄dicti restituerūt epm:et postmodum ceperūt cognoscere super statu ipsius monasterij ɔ priuilegium Innocentij exhibuit eps quādā sententiā Alexandri pape de subiectiōe ipsius monasterij.iudices receptis pbationibus vtriusq3 partis cām instructā remiserunt ad dn̄m papā.papa auditis et intellectis rationibus partiū qr intellexit rationes epi efficaciores:subiectionē in eodē monasterio adiudicauit eidem vt ibidem habeat tanq̄ diocesanus eps potestatē:ita tn̄ q per hanc sniam nullum preiudicium sedi apostolice generetur quominus cū voluerit suam iustitiā prosequatur.in fine respōdet quasi tacite q̄stioni:diceret aliquis nōne priuilegij vigore debuit tueri monasterium ɔ sentētiā Alexādri.respondet papa si priuilegiū Innocētij fuisset Alexādro in iudicio presentatū et ipse tulisset sniam in ɔtriū:illud intelligit reprobasse. si vero non fuit exhibitū pretextu priuilegij de nouo reperti sententia Alexādri non
1 debet reuocari.Ber. ¶ No.j.ex prin.iūcta glo. † q cōfessio procuratoris nocet dn̄o etiā si ecclesia sit dn̄a:et agat de statu ipsius eccl'ie.qd̄ tene mēti.facit.c.dilectus.de ca.mona.et qd̄ plene dixi.in.c.j.¶.vt lite non conte.qd̄ ego intelligo in pcuratore constituto a p̄lato et capitulo.si aūt esset ɔstitutus
b a prelato tm̄:tūc vr q sicut cōfessio solius p̄lati[b] no nocet ecclesie sicut legit et no.in.c.ij.de cōfes.li.vj.ita et fortius confessio procuratoris solius prelati non dz obesse : ne fortior sit confessio pcuratoris q̄ p̄lati cōstituētis:et ne vna via pmittatur qd̄ alia via phibet.c.tue . de procura.et reg.cum quid a
2 vna via.de reg.iur.li.vj. ¶ Not. ij.ibi:habuisse.† q agenti possessorio sup iure subiectionis nō sufficit pbare q fuit in possessione:vel quasi:et q nūc subditi nolūt ei obedire.qd̄ tz hic Inn.dicēs q hoc ipso q subditus resistit apparet spoliatus.et inde ɔpetit supiori.vel interdictū : vel iudicis officiū:vel cōditio.et remittit ad.c.querelā. de ele.et de rest . spo. sepe.et idem tenet Hosti.qd̄ tene mēti. Sed tu hoc limita vt no.idem Inn.in.c.olim.ij.de rest.spo.vbi dixit.et facit quod ipse notat in.c.ij.de in inte.rest. Itē ex hoc tex.colligo quod ad consequēdā possessionis restitutionē sufficit pbare possessionē de p̄terito indeterminate:vt pz ibi habuisse:et idem
3 probat in.d.c.olim.et vide qd̄ ibi dixi. ¶ †No.practicā pronuntiandi sup possessorio cū agit de subiectione.nam vltra pronuntiationē verbalē dz postea mitti in possessionem re ipsa. Qualiter autē fiat ista missio cū subiectio sit quid incorporale:dico q poterit p̄cipi subiecto vt illi obediat vel mittet in possessionem corporalē ipsius ecclesie tāq̄ p̄latus mediatus.ar.in.c.auditis.de rescri.et in.c.cum venerabilis. de reli.do.et qd̄ legit et not.in.c.examinata.de iudi.et.l.qui ta
4 bernas.ff.de ɔhen.emp. ¶ † No. q sentētia lata cōtra priuilegiū principis tz.et si priuilegiū fuerit in iudicio exhibitum videtur iudex illud tacite reprobasse:lz de illi⁹ viribus b non fuisset disputatū.p̄sumit enim iudex motus ex aliqua cā rationabili.et hūc tex.alle.¶.c.pxi.quod pari modo debet
5 valere snia lata contra sniam.et dic vt ibi. ¶ †Alti.not.qd̄ snia lata etiā cōtra ecclesiā et super statu ipsius ecclesie non est retractanda ex pbationibus nouiter repertis.s.ex reme- c dio iuris cōis:sed bene posset implorari beneficium restitutionis iure minorū.vt in.c.j.de in integ. restitu.lib.vj . Et sic
6 aperte colligit hic † q causa ecclesie nō equiparatur in hoc
c cause publice in qua sentētia retractat[c] ex probatione nouiter reperta.vt in.l.impatores.ff.de re iud.dixi.¶.c.j. ¶ Gl.ij colligit q iura incorporalia nō possidēt sz quasi.alle.iura.
7 vide tu rationē per no.in.c.cōquestus.de fo.ɔpe. ¶ †Opp. cū ageret hic possessorio et petitorio quare papa dūtaxat pronūtiauit super possessorio cū de qua re iudex cognouit de ea debeat pronūtiare.c.cum super.de cau.pos.et pprieta. Sol.gl.iij.dat tres so. Prima q eps iste psecutus fuit corā papa possessorium tm̄:de quo constabat p cōfessionē par-

a ¶ Bn̄dicatur. Adde late Old. cōsi.xuij.vbi ponit an vacēt eius bn̄ficia ante benedictionē et post adeptā possessionem. Anto.Francis.
¶ Circa hoc qd̄ hic dr de abbate electo nonduz tn̄ benedicto:dicas q abbas electus dicit abbas etiā anq̄ sit bn̄dictus et pōt vti baculo pastorali annulo : et mitra. vt p Jo.an.et Joā.de lig.in cle.attendētes i.¶. statuim⁹. de statu.mona . et no.in.c.j.de eta . et quali.et i.c.meminim⁹. de accusa. et vide Old. in cōsil.xiiij.inci. cuz q̄rit an beneficiū. Sebasti . Sapi.
a ¶ Benedicatur. Vide ad h' Are. in.c.meminimus. j.de accu.i.ij.not. vbi dicit qd̄ benedictio abbatis nō dicit simplex benedictio qr confert potestatē cōferēdi ordines et bn̄dicendi.et quis bn̄dicat in abbatem:tradit card. Alexan.in.c.qm̄. lxix.dist.et nunqd differat a benedictione abbatisse. vide Abb.in cle. attendentes . de sta.mona.vide ēt Car.in cle.ij.¶.fi. q.ix.de eta . et q̄li.
b ¶ Solius p̄lati. Adde Frā.are. cōsil.lxiij.Rom. cōsi.cccxxix. Zacharias.
c ¶ Snia retractatur. Adde Ja.rebuf.in.l.j.in prin. et nume.1.2.et.3.et vtrobiq3 in apo. C.de sen . aduer. fis.latis retr.li.x.

tis aduerse licet pri⁹ intētasset vtrūqȝ iudiciū ⁊ petiuit terminū ad reprobandū ꝓuilegiū monasterij. Papa vero q͛ de possessorio clare ↄstabat tulit sup eo sniam: ⁊ ad impugnādū ꝓuilegiū exhibitū sup petitorio dedit terminū epo. ⁊ ex hoc intellectu no. ſm Inn. ꝙ cum agitur possessorio ⁊ petitorio simul: si prius ↄstabat de possessorio debet iudex super illo statim pronūtiare dilata q̄stione sup ꝓprietate. facit optime. c. cū venissent. de inst. Quidam tn̄ volebant hoc restringere qn̄ de possessorio cōstabat p solā cōfessionē. sed hoc non placet Inno. q dicit hoc obtinere qualitercūqȝ de eo ↄstet ad qd̄ inducit: nā sicut suspēso petitorio potest quis ꝓsequi possessoriū. de cau. poss. ⁊ ꝓprie. c. pastoralis. ita pōt hoc casu vno suspēso siue dilato sup alio de quo prius cōstat pronūtiari. qd̄ mihi satis placet. ⁊ pro hoc adduco. c. cū venissent. ⁊ c. cū dilectus. de ↄsue. ⁊ qd̄ dixi in. c. j. de mutu. petit. Secūdo principaliter solu. glo. ꝙ papa ex officio voluit ꝓuidere epo circa proprietatē dādo sibi terminū ad defendendū se contra priuilegiū qd̄ pro se etiā inducebat monasteriū. ⁊ no. etiā hanc sol. Tertio sol. ꝙ eps egit solū possessorio: quo finito abbas petijt causam cōmitti super ꝓprietate. ⁊ hic intellectus magis placet gl. Sed iudicio meo iste intellectus nō cōsonat litere: tum q͛ ver. verū. vbi agit̃ de ꝓprietate venit ↄtinuatiue ad p̄cedētia: tum q͛ papa mandat silentiū imponi epo si nihil ꝓbauerit cōtra priuilegiū: ergo erat actor in cā ꝓprietatis: al's non mandasset silentiū sibi imponi: qd̄ v̄bā actori ↄuenit ⁊ nō reo. vt no. in. d. c. cum olim. de cau. pos. ⁊ ꝓprie. in glo. in ver. opponētes. ideo tene primū intellectū ⁊ no. illū. ¶ Gl. vlt. colligit † ꝙ instrumentum videtur reprobatū si eo iudicio ostenso fertur sentētia. in ↄtrium. ¶ Cōtra qd̄ gl. opp. de. l. quod in diem. ff. de compensa. vbi exceptio cōpensationis nō intelligitur per ↄtriam sniam reprobata: nisi iudex expresse illā reprobauerit. Glo. formaliter non sol. sed dicit illud esse in exceptione cōpensationis. d. Ant. dicit ꝙ ideo aliud in cōpēsatione: q͛ illa potest opponi ad merita vt in executione[a]: vñ si expresse non reprobat̃ v̄r reseruata ad executionē sentētie: secus si expresse reprobat̃. Aliud dicendū in alijs exceptionib⁹[b] q̄ tn̄ possunt opponi ad merita. † q͛ ex eo ꝙ nō admittuntur videntur reprobate cum non possunt reseruari ad executionē nec ibi opponi: cum per sniam excludūtur. l. ij. C. sen. rescin. non pos. ⁊ optime loquitur. Sȝ potest dari alia solutio regularis: videlȝ q̄nqȝ sentētia lata super principali nō potest esse vera nisi intelligatur pronūtiatū super incidēti: ⁊ tūc sententia videtur excludere ⁊ reprobare exceptionē seu instrumentū seu aliā probationē producentē exceptionē. ita debet intelligi iste tex. ⁊ facit. c. ex parte. iij. j. de app. q̄nqȝ snia potest stare absqȝ eo ꝙ exceptio expresse reprobetur ⁊ tūc nō intelligitur exceptio reprobata nisi expresse reprobet̃: ⁊ iste est prius casus. l. quod in diem. nā snia potest stare ⁊ verificari absqȝ eo qd̄ reprobet̃ cōpensatio cū illa possit p̄seruari ad tēpus executionis. ergo nō debet intelligi reprobata cum nō interueniat actus ↄtrius. arg. in. l. sancimus. C. de testa. ⁊ xxxij. q. j. c. cū renūtiatur. ⁊ hec est solēnis limitatio ad multa iura. maxime ad istū tex. ⁊ ad. c. s̄. pri. ⁊ videt̃ de mēte glo. in l. pe. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. ⁊ Bar. in. d. l. ꝙ in diem. ¶ Extra gl. opp. ↄtra ter. in eo ꝙ papa dicit ꝙ nullum preiudicium ex hac sentētia debet irrogari Romane ecclesie si in futurū vellet p̄tendere ⁊ allegare exceptionē monasterij. hoc eñ videt̃ cōtra. c. pe. j. eo. ⁊ l. sepe. ff. eo. ti. ex quo eñ se defensioni non opposuit videt̃ sibi preiudicasse. Solu. Inno. dicit ꝙ papa ignorabat qd̄ habebat in monasterio: alias sibi p̄iudicasset. ¶ Not. hāc limitationem ad illa iura vt nō sufficiat quē scire litem motā ↄtra aliquē nisi etiā sciat ius sibi in re illa cōpetere de quo dr̄ pleni⁹ in. d. c. Uel scd̄o pōt dici ſm eū ꝙ ratione publici ⁊ necessarij officij excusat̃ hic papa quia de qua re iudex cognouit de ea debet ꝓnuntiare. vt. l. de qua re. ff. de iud. ⁊ c. cū super. de cau. pos. ⁊ proprie. videtur de hoc ter. in. c. inter dilectos. de fi. instr. Secus autem esset in officio volūtario vt aduocationis. de quo in. c. ex literis. de trāsac. ⁊ l. inter officium. ff. de rei vend. tutius tn̄ est ſm eum vt iudex semper suū ius excipiat sicut papa hoc fecit. ⁊ hec sol. est bona: sed ad materiā vide qd̄ plene dixi in. c. cum super. s̄. e. ¶ † Quero, debitor soluit creditori suo, sed instrumentū remāsit apud ip̄m creditorē tractu t̄pis repetitur p̄textu instrumētū illud debitū. ⁊ reus nō valēs probare solutionē: q͛ perdiderat instrumentū solutionis fuit cōdemnatus ad soluendū: post sniam ⁊ lapsum t̄ps ad appellandum. reus reperit instrumētū solutiōis queritur nūquid possit impedire executionē vel si soluerit possit repetere. Joan. an. hic remittit ad Spe. de sen. exeq. §. vlti. ver. illud vbi ponit Spec. varias opi.[c] Nam quidā dixerunt ꝙ potest agere ad interesse sicut agitur contra argentarium qui noluit instrumentum edere. Alij dixerunt ꝙ potest petere beneficiū restitutiōis ex clausula generali. arg. in. l. pretor. §. marcellus. ff. de iud. Tertij distinguebāt ꝙ aut fuit allegata exceptio solutionis: ⁊ iudex ea reprobata tulit sententiam condemnatoriam ⁊ non debet amplius audiri: al's secus. arg. l. cum autem. ff. de nego. gestis. ipse vero Spe. videt̃ velle vt post solutionem possit repetere conditione sine causa. arg. in. l. fideiussor. §. in omnibus. ff. mand. ⁊ si potest repetere fortius habet ius retentionis ante solutionē. arg. l. j. ff. de superficie. Joā. and. ibi in add. retulit Ja. de rauē. ⁊ Pe. de bella per. tenuisse in. l. j. C. de cōdi. inde. vt indistincte reus non audiatur per. l. sub pretextu. C. de transact. sed Jaco. de are. distinxit an solutio fuerit facta ipsi creditori an suo autori: quasi primo casu possit agi propter dolū ipsius creditoris secundo non sed Cy. ibi tenet ꝙ etiam si creditor nō fuisset in dolo tamē ex quo sententia fuit lata ex falsa causa debet iste restitui. arg. in. l. si is ad quem. ff. de acqui. heredi. Aduerte quia illa opini. Spec. fuit glo. in. d. l. fideiussor. §. in omnibus. ⁊ in. l. si sine. §. cum autem. ff. rem ratam habe. sed Bar. in. d. l. j. dicit ꝙ doct. reprobant illas glo. ⁊ merito ſm eum. concludens ꝙ solutū indebitū per sententiam nullo modo potest repeti cū venit contra sniam: sed si esset aliqua actio que contra sentētiam nō repugnat sed asserit eam esse verā: tunc dat̃ repetitio: vt est casus in. l. in commodatum. in fi. ff. cōmoda. vbi dicit̃ ꝙ si ego perdidi rem commodatā ⁊ coactus sum de valore satisfacere si postmodū res illa ꝑueniat ad te possum agere contrario iudicio cōmodati: vt aut rem illam mihi reddas: aut qd̄ habuisti pro satisfactione restituas. Ad idē. l. si fullo. ff. de condi. sine causa. vbi agit fullo conditione sine causa ad repetendū quod pro estimatione rei perdite ederet si res nunc peruenerit ad dominum: quia nunc apparet ꝙ sine cā dedit. mihi placet hec vltima sentētia vt nullo modo possit agi si directe venit contra sententiam que iā transiuit in rē iudicatam. Et vltra alios adduco duos[d] text. valde no. ⁊ miror ꝙ nemo istorum allegauit. Primo in. l. diui. ff. de penis. vbi patet qd̄ etiā in causa criminali nō potest aliquis citra principem rescindere sententiam etiā per beneficium restitutionis in integrum ex eo qd̄ nunc cōstat de innocentia rei: sed solius principis est rescindere seu beneficiū restitutionis indulgere. Secundo videtur text. tā in criminali q̄ in ciuili. in. l. j. §. fin. ff. de questio. et vtrobiqȝ facit Bart. magnum festum de illis iuribus † Unde in. d. l. j. dicit notandum per illum text. qd̄ si aliquis est in carceribus. condēnatus ⁊ ante executionem sententie constat de innocentia illius non potest potestas illū absoluere. sed ad solum principem spectat. ¶ † Ponit tamē ibi vnum speciale ⁊ singulare in causa criminali ꝙ post cōclusionē ⁊ ante sentētiā possunt recipi probationes per instrumenta[e] vel testes super articulis non directe cōtrarij ad innocentiam rei[f] probandam. de quo vide quod not. in. c. fraternitatis. de test. no. in. d. l. diui. vbi colligit ipse casum in quo sententia rescinditur pretextu instrumentorū repertorū de nouo. Nec obst. d. l. imperatores. prealle. q͛ ſm eum ⁊ bene illa loquitur de iure cōi sed beneficio principis potest rescindi. vt in iuribus per me allegatis. ⁊ predicta bene notabis. et ꝓ his optime facit. l. moris. §. iste ferre. ff. de penis. vbi patet ꝙ si iudex imposuit penam non congruentem legibus non potest illam amplius reuocare sed ad principem eundum est. ¶ † Predicta coadiuuat hec ratio. nam exceptio rei iudicate fuit inducta ad iuris rigorem conseruandū vt litium sit finis ne immortales existant. vt no. in glos. in. l. qui excep. ff. de cōdi. inde. ⁊ c. pastoralis. §. q͛ v̄o. de off. dele. Ideo ad hunc iuris ordinis rigorem conseruandū non debet quis audiri volens ꝓbare ꝙ de nouo reperit probationes. sepe eñ daretur materia malignādi: ⁊ instrumenta falsificandi: testes corrumpendi: qd̄ esse non debet. argu. in. c. quanto. de diuor. ¶ † Predictam conclusionē arbitror veram nisi notorietate facti constaret nunc sententiā esse iniustam: tunc enim per alium citra principē poterit ex iusta causa superueniētē retractari. ⁊ hoc casu intelligi pōt. c. ij. de pur. vul. ⁊ sic dico limitanda not. ibi per Hosti. probo ratiōe: q͛ iniusta sentētia que transiuit in rem iudicatā sustinet̃ ex sola presumptione que est pro iudicis processu: vt in. c. in presentia. de renun. ⁊ c. causam. s̄. eo. leges enim que iustitiā fouent non mandarent aliter iniustam sententiam seruādā ne inde nascerent̃ iniurie vnde iura nascunt̃. j. de accu. qualiter ⁊ quando. j. l. meminerint. C. vñ vi. sed vbi notorie nunc constat de iniustitia cessat presumptio. ⁊ cedit opi. veritati. viij. di. veritate manifesta.

Sebasti. Sapia.

a ¶ In executione. Et ita se iudicasse attestatur Jo. de imo. in. c. cū ioānes. col. vj. s̄. de fi. instr. consuluit Ro. in cōsil. lxxvj. inci. c. cā nobilis viri. col. iij. ⁊ qualiter procedat: vide Ale. in cōsil. xciij. inci. q̄rit̃ vtrū in. iiij. vol. Ang. de are. in. §. in bone fidei. col. iiij. instit. de actioni.

b ¶ In alijs exceptionib⁹. Adde ꝙ voluit Rom. ↄsi. cccxij. ⁊ ang. ↄsi. cc. ⁊ ccxvij.

Sebasti. Sapia.

c ¶ Spec. varias opi. Uide practicā quā circa hoc ponit Bar. in. l. iu. 8 lian⁹ verū debitorē. col. vj. v̄. oppo. q͛ ſm hoc. ff. de cōdi. inde. ſm quam obtinuisse attestatur Ang. are. in. l. fi. col. pe. ff. a quibus app. non licet q͛ etiā no. Ale. in. l. imperator. ff. de re iud. col. vi. sed reprobat Jas in. d. l. iulian⁹. col. viij. ver. circa primū inquantum glos.

d ¶ Adduco duos. Facit ad predicta glos. in ver. euincit̃. in. l. iij. §. item ipse. quā ibi multū not. Ang. ff. si cui plus q̄ ꝑ l. fal. q̄ idē voluit in instr̄o testamēti postea reperti post sententiā vt ꝑ illud snia retractari non possit. ⁊ sic etiā in vltimis volūtatibus q̄uis in hoc sec⁹ sit in trāsactione. l. j. in p̄n. ff. quēadmo. test. ape. l. de his. ff. d̄ trāsac. et aliud sit in iuramēto. l. fi. C. de re. cre.

e ¶ Instrumenta Uide Paul. de ca. ↄsi. cccxxv. vbi pulchre loqtur. Anare. Barba.

f ¶ Innocētiam rei. Adde Frāc. are. ↄsi. cxliiij.

Sebasti. Sapia.

f ¶ Innocentiam rei. Uide Ale. in l. si ab hostib⁹. in prin. ff. solu. mr̄i. vbi ponit mirg…

15 festa. ¶ † Hinc notabiliter dicit Innoc. in c. quia plerique. de immu. eccl. ꝙ si pars que obtinuit pro se sententiā fatetur illam iniustam: debet iudex illā retractare[a] q2 cessat hoc casu legis presumptio: ergo fortius idē dicēdū qñ notorietate facti que plus valet ꝗ confessio cōstat de iniquitate sententie. Preterea videm9 ꝙ euidēs ⁊ notoria iniustitia existēs tpe snie reddit illā nullam. vt in c. inter ceteras. ⁊ ibi dixi. s. eod. ergo idē qñ notorietas superuenit vt saltem nunc retractet ⁊ hoc casu possunt itelligi illa iura. l. in cōmodato. ⁊ l. si fullo. superius alle. lz aliter ea adducit Bar. ¶ † Uide alium casum notabilē qñ. s. pars que nunc petit restitui aduersus sniam nequiuit probationes debitas ⁊ necessarias pducere. puta q2 testes sui erāt in captiuitate vel peregrinatione vel furore detinebantur: ⁊ ps petit a principio ante sniam vt differret diffinitio cause: sed nō potuit omittere inceptū cause cognitione pmissa per iudicē poterit snia per beneficium restitutionis rescindi superueniēte pbationū copia. ita no. voluit Inn. in c. vltra tertiam. de test. Et potest esse ratio. nā sicut rescinditur sentētia qñ pars ex legitimo impedimento non potuisset interesse: vt in c. cum bertoldus. s. e. ita in casu nostro dato impedimento probationis producende.

16

17 **Additio** Nico. † Hec vā nisi alia subsint que sustineāt sniam. Exemplū: quidā cognouit solutā que cōi opinione tenebat pro maritata quā ⁊ ipse credebat cōiugatā ⁊ eo punito pena statuti ac si cognouisset maritatā cōstitit postmodū illā nō maritatā: an debeat snia retractari: ⁊ dicendū ꝙ nō: q2 culpa fuit in re ipsa ⁊ dolus in operatione: ⁊ cōis opinio in qualitate. ⁊ sic alias disputando fuit cōclusum[b]: vt ponit Jo. and. in reg. cū quis. de reg. iur. lib. vj. in mer. ⁊ vide ad predicta bonam ⁊ plenā gl. in c. plerunque. de do. post diuor. resti. ⁊ hec sufficiant.

1 ☞ Prelatus et quilibet superior potest a suis subditis de crimine incusari.
2 Inquisitores positi ad inquirēdum de aliquo crimine possunt repertū culpabilē priuare officio: ⁊ beneficio. et num. 3.
4 Inquisitores an possint dici iudices: ⁊ in quibus differant a iudicibus. ⁊ nu. 8.
5 Processus appellatione an veniat sententia.
6 Snia lata ex dictis testium quorum aliqui sunt habiles ⁊ aliqui non: sustinetur per illos habiles.
7 Inquisitores deputati super aliquo crimine ⁊ in certo loco non possunt de alio crimine ⁊ in alio loco inquirere.
8 Inquisitor deputatus super pluribus criminibus ⁊ cōtra plures personas non tenetur super omnib9 ⁊ contra omnes simul procedere.
9 Inquisitores habent delegatam non autem ordinariam iurisditionem.
10 Publicatio processus nō est de substantia iudicij: adeo qȝ sententia lata processu non publicato valet.
11 Sententia contra ius litigatoris dicitur data quando non publicatur processus.
12 Conclusio seu renuntiatio in causa non dicitur de substantia iudicij.
13 Exceptio contra testes an possit opponi in causa appellationis: si in prima non fuit opposita. ⁊ nu. 19.
14 Appellatio an ex hoc censeatur iusta ex eo qȝ pars obtulit se probaturam indignitatem testium.
15 Appellatione pendente omnia attentata veniunt reuocāda. et nu. 17.
16 Appellatio iudicialis ⁊ extra. quomodo differant.
18 Exceptio contra personas testiū debet tangere negotium principale: saltem per obliquum.
19 Testes si non sunt idonei perit totum negotium.
20 Cōspiratores habent ac si essent capitales inimici: et ideo repelluntur a testimonio: licet aliquo casu admittantur.
21 Iudex potest ex officio suo testes indignos repellere.
